peperit. Vt ſcintillula in flammam, ita opinio tandem in haereſin erumpit.

§. 17. Separatiſtas, ἀφωρισμένους, Phariſaeos dixeris, partim qua terminum, *ut in ſcholis aiunt*, a quo, partim qua terminum ad quem. Quoad *terminum a quo*, ſeparabant ſe 1) *a perſonis, tam Sadducaeis, quam hominibus plebeiis.* Hos contemptui habebant, illos auerſabantur: Hos abiecte per faſtum, ex ſuperſtitioſa nimiae ſanctitatis perſuaſione uocitabant עם הארץ, *populum terrae*, ὄχλον, *turbam*, λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων, Luc. XVIII. 11. uel, ut ciues quandoque inflati Germanorum Paganos, aut Nobiles plebeios abiecte adpellant das Land-Volck, gemeine Volck, בור, *plebem, rudem*, quae legem non norit et ἐπικατάρατος ſit. Vid. MAIMON. *ad Pircke Auoth c. V. 7.* WAGENSEIL. *Sota Exc. Gem. c. 3. §. 8. 2.* LIGHTF. *Op. T. H. p. 27.* Cum primis publicanos et peccatores auerſabantur, illicitumque putabant, edere cum illis, *Matth. IX. 11. Luc. VII. 39.* tam ſtolidi, ut eorum attactum fugerent, ne profanarentur, GOODWIN. *l. c. p. 192.* et PFEIFFER. *Antiq. Hebr. p. 105.* 2) Separabant ſe ab rebus, utpote ab habitu et cultu hominum, in ipſis ueſtibus nimiam ſanctitatem affectantes. Vnde CHRISTVS eorum damnat Phylacteria, *Matth. XXIII. 5.* Tum ab rebus ſingulis in traditionibus uetitis, quibus homo, ut Phariſaeus exiſtimabat, immundari poſſet. Vid. praeter MAIMONIDEM et MOS. COTZENSEM, IOS. KARO *in Schulchan Aruch*, R. IACOB ABENDANA, *Spicil. ad Michlal Iophi in cap. 13. Exod.* PAVLVS FAGIVS *ad Targ. Ex. 13.* FVLLER. *Miſc. l. 5. c. 7.* DAN. HEINSIVS, *Exerc. Sacr. l. 2. c. 7.* CHR. CARTWRIGHTVS, *Elect. in Exod. p. 152. 156. ſeq.* WALAEVS *Comm. Eu. p. 251.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. p. 244.* PFEIFFER. *in Antiqu. Hebr. c. XI. p. 79. ſeqq.*

§. 18. Terminum ad quem quod ſpectat, ſeiungebant ſe 1) *ad meditationem legis, praeſertim oralis, uerbi non ſcripti, παραδόσεων τῶν πατέρων, diligentiſſimam et accuratiſſimam.* Vnde *Paulo* eſt ἡ ἀκριβεστάτη αἵρεσις, *haereſis accuratiſſima*, Syro יולפנא רישיא, *ſecta praecipua*, et, ut habet Arabs in opere Anglicano, *diſciplina Phariſaeorum illa excellentior.* Vid.

Digitized by Google

Vid. SELDEN· *de Iur. N· et G· l. 1. c. 2. p. 31.* Statuta maiorum mordicus tenebant. Scripturam S· legem et ספר, *librum*, ἁπλῶς uocabant, תורה שכתב, *legem scriptam*, ἔγγραφον; Traditiones, uero, seu uerbum ἄγραφον, νόμον πατροπαράδοτον, תורה שבעל פה, legem, quam Dominus ore tradiderit Mosi in monte Sinai, tanquam κατήχησιν et perpetuum legis scriptae commentarium, Moses Iosuae, hic Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetae uiris Synagogae M· illi posteris, quam fabulam copiosius recenset MOSES COTZENSIS in Praef. lib. Praecept. Vno uerbo: Quod Papicolis uerbum non scriptum, id Pharisaeorum תורה שבעל פה, seu παράδοσις, quam Iudaei eodem modo etiamnunc, ut Papicolae uerbum ἄγραφον, SCRIPTVRAE S· siue Verbo scripto, praeferunt. Nonnulli puram aliquam Cabbalam et uerbum non scriptum orale admittentes, uarios excogitant ritus, et, cum araneis uenenum ex floribus sugentes, monstra opinionum generant, quod faciunt praesertim illi, quibus uisum, caudas Samsonis fuisse strophas stramineas, maxillas asini, quibus Simson percussit Philistaeos, instrumentum esse bellicum, nomine proprio sic adpellatum, Ionam omnia uidisse in imagine per somnium, diuersorii Niniuitici illius nomen fuisse zum Wallfische, filiarum Sacerdotum non nisi imaginem crematam, itidem effigiem saltim Pauli lapidibus obrutam, more nostra aetate non infrequenti, Baptismum initiationis Sacramentum apud Israëlitas iam ad montem Sinai adhibitum, et quae sunt entia rationis id genus alia, quae sana omnino Antiquitas ignorat. 2) Pharisaei separabant se *ad sanctimoniam* religiosioris *uitae exactissimam*, ultra uulgarem hominum sortem ascendentem. Hinc ille: *O DEVS! ago tibi gratias, quod non sum*, ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, *Luc. XVIII· 11.* Vnde maiorum statuta sancte seruantes cauebant, ne aliquo modo offenderent, aut polluerentur. Mira habet hanc in rem *Maimonid. Tract.* טומאת אוכלים. *c. 6. §. ult.* טמאין לאכל אוכלין שמותר פ"א ולשתות עשקים טמאי חסידים הראשונים היו אוכלין בטהרה וגזרתן מן הטמאו כולך כל ושיהו חולין והן הנקראים פרושים ודבר זה קדושה יתירה היא

ודרך חסידות שיחיה נברל ארם ופורש משאר העם
ולא יגע בהם ולא יאכל וישתה עמהם שהפרישות
מביאה לידי טהרת הגוף ממעשים הרעים וטהרת
הגוף מביאה לידי קדושת הנפש מז הדיעות הרעות
וקדשת הנפש גורמת להדמו בשכינה שנ׳ והתקדשתם
והייתם קדושים בו קדוש אני ה׳ מקדשכם:

Licet licitum ſit, et cibos immundos comedere, atque humores immundos bibere, attamen priſci Aſſidaei cibum communem in puritate comedebant, et toto uitae tempore ſibi ab omnibus immunditiebus cauebant; Hi adpellantur Phariſaei: Id quod diximus, ſanctitas excellens eſt, et pientiſſima uiuendi ratio, ut homo ſe ſeparet ab reliquo populo, neque illum tangat, uel edat, aut bibat una. Etenim ſi quis ita ſe ſeparat, facit, ut corpus ſuum a malis actionibus purgatum ſit. Corporis autem mundities cauſatur ſanctitatem animae a prauis opinionibus. Sanctitas uero animae nos DEO ſimiles reddit, ſicut ſcriptum eſt Leu. XX. 7. 8. Sanctificate uos et ſancti eſtote, quia ego Iehoua, qui ſanctificaui uos. En egregium Theologum! Notabile ieiunium, ex communi ſententia, Phariſaeis per ſeptimanam bis, die Lunae et Iouis, ſolemne, quia nempe *Luc. XVIII. 12.* Phariſaeus dicitur bis ieiunaſſe. Sed exemplum non ſtatim facit regulam. Ab indiuiduo et a particulari ad uniuerſale non ualet conſequentia. Contrarium adparet ex *Matth. IX. 14.* ubi Phariſaei πολλὰ νηστεύειν inducuntur. Quilibet, quantum quidem ego iudicare poſſum, ieiunia eligendi facultatem habuit, leuique ſaepius de cauſſa arbitraria ſibi praeſcripſit. Inter Traditiones eorum eminebat LOTIO. Eluebant enim *pocula, ſextarios, aeramenta et lectos, Marc. VII. 4.* Vid. GOODW. *l. c. p. 190.* et PFEIFFER. *Antiq. Hebr. p. 105.* LOTIO praeſertim MANVVM notabilis, quae fiebat πυγμῇ, *Marc. VII. 3. crebro*, ut uertunt paſſim, uel *accuratius, diligenter*, iuxta *Syrum* בשולאית, μετὰ σπουδῆς. Vtebantur enim accuratiſſima lauandi methodo, per παράδοσιν πρεσβυτέρων accepta, quam נטולת ידים, *eleuationem manuum*, adpellabant, a GOODWINO, aliisque deſcriptam. Non capiebant cibum χερσὶν ἀνίπτοις, *Matth. XV. 2.* Conſueuerunt

uerunt βαπτίζεσθαι πρὸ τοῦ ἀρίστου, *se lauare ante prandium*, *Luc. XI. 38.* Precatio, qua in lotione utebantur, haec erat: ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים: *Benedictus sis Domine, DEVS noſter, rex ſeculi, qui ſanctificaſti nos praeceptis tuis, atque inſtituiſti nos eleutionem manuum.* Redeuntes e foro manus lauabant, *Marc. VII.* 4. Dilatabant quoque Phylacteria, ſeu Tephillin, de quibus, praeter auctores antea citatos, uid. MAIMON. *Tract. de Tephillin.* Inter illorum dogmata praecipua notatur μετεμψύχωσις, in uulgus nota, Pythagorea. In eo tamen ab Ethnicorum placitis receſſerunt, quod, piorum tantum animas, ab exceſſu ſtatim, aliorum in corpora transmigrare, Phariſaei crederent. Vid. IOSEPH. *l. 2. de B. I. c. 7. p. 788.* μετεμψύχωσιν illam Talmudici uocant סוד הגלגול, *myſterium reuolutionis*, dum miſeri et coeci illi homines, אדם, Adamo, Dauidi, Meſſiae, per et propter hoc reuolutionis myſterium, unam, eandemque animam fuiſſe, ſibi perſuaſum habent. Error meo iudicio exinde ſubnatus eſt, quod locum de Spiritu Eliae, dupliciter in Eliſam ſuperueniente, non recte interpretati ſunt. Quapropter, quo iure, iudicent alii, Iudaeos *Matth. XVI. 14.* pronuntiaſſe hoc argumento, atque illa perſuaſione ſeductos, CHRISTVM eſſe Iohannem Baptiſtam, aut Eliam, aut Ieremiam, aut unum ex Prophetis, non pauci arbitrantur. Vid. HOTTINGER. *in Not. ad* GOODWIN. *l. c. p. 180.* Ceterum ob ſanctitatem, quam affectabant, nimiam, et legis notitiam, ſuo ipſorummet iudicio non uulgarem, maximo apud quosuis in honore habebantur. Hoc ex capite multi eorum Synedrii Aſſeſſores conſtituti ſunt, unde Iohannes, quando Synedros inducit, Phariſaeos auocat, cum plurimi Collegae ad ſectam ſe haud dubie Phariſaicam adplicauerant. Vid. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Ioh. IX. 13.* De Phariſaeorum ἀσφαλείᾳ, quam in ſcholis de cathedra publice defendebant, et qua, rebus et facultatibus gazophylacio deuotis, egentes, ne parentibus quidem exceptis, ſanctimoniae praetextu et deuotionis larua, abigebant, cum dicerent hypocritae, diuitias ſuas eſſe קורבן, res DEO oblatas, δῶρον ſacris uſibus deſtinatum, uid. *Matth. XV. 5.* et PFEIFFER. *Dub. Vex. pag. 911.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad*

Matth. XV. 5. pag. 368. POKOK. *ad Portam Moſis c. 9. p. 411. et* HOTTING. *Theſ. Phil. l. 1. c. 1. ſ. 5. p. 31.*

§. 19. Scribae nomen dignitatis, non ſectae, competit eulpuris Laicis, uel Clericis. *Inter* Laicos γενικῶς ſcribae dicuntur in Antiquitate Iudaica, qui pueros inſtituunt, εἰδικῶς publici Notarii, Secretarii, Aduocati, γραμματεῖς βασιλέως, *2. Reg. XII. 10.* item סנהדרי כתובין, *ſcribae forenſes*, uel Synedriorum, qui uota collecta calamo excipiebant ſedentes, a dextra alter, alter a ſiniſtra, de quibus, praeter Talmudicos, uid. BERTRAM. *de Rep. Iud. p. 381. ſeq. et* HOTTING. *Theſ. Phil. l. 1. c. 1. p. 64.* Eccleſiaſtici, ſiue Clerici, γραμματεῖς τοῦ νόμου, τοῦ λαοῦ, νομικοὶ, νομοδιδάσκαλοι, ſimpliciter Scribae et cum emphaſi, codices deſcribebant, pericopen praelegebant, legem, praelecto textu, explicabant, ſedentes in cathedra Moſis et habentes claues ſcientiae, quas acceperant manu promotoris ſui, cum Doctoratum inirent. Vid. *Eſr. VII. 6. Luc. VII. 30. Matth. VII. 28. 29. Marc. I. 22. Marc. XII. 35.* Iſti, quorum fit in Paſſionis hiſtoria mentio, citra dubium fuerunt Eccleſiaſtici, hoc eſt, publici Eccleſiae Doctores, quorum functio primaria, explicare τὰς γραφάς. Vnde νομοδιδάσκαλοι dicti ſunt. Certos inter illos ordines floruiſſe et gradus, nemo uocabit in dubium, ſed hanc graduum differenriam per uoces γραμματεῖς τοῦ νόμου, νομοδιδασκάλους, νομικοὺς ſignificari, negandum puto, quia promiſcue uſurpantur apud Scriptores S. modo pro ſcriba primi, modo ſecundi ordinis, atque ſic amplius, ſine ordinis diſcrimine, prouti terminus nunc κατ' ἐξοχὴν et ſenſu ſtrictiori, nunc γενικῶς et ſenſu laxiori capitur. BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 2. p. 98.* γραμματεὺς in ſacris peritum legis et Doctorem ſignificat, *Matth. VII. 29. XVII. 10. XIII. 52. XXIII. 34.* Vnde νομοδιδάσκαλοι, *legis Doctores*, νομικοὶ, *legis periti. Marc. XII. 28.* γραμματεὺς habet, *Matth. XXII. 35.* diſerte νομικὸς, id quod facit quoque *Arabs*, ideoque, uoces has ἰσοδυνάμους eſſe, conſtat. Quare *Syrus* τὸν νομικὸν uertit ספרא, γραμματέα, et *Matth. XXII. 35. peritum legis*, qui intelligit legem. Vnde THEOPHYL. *in Luc. XI.* Νομικοὶ γραμματεῖς ἦσαν, ἢ διδάσκαλοι τοῖς βουλομένοις, τὰ τοῦ νόμου ζητήματα λύοντες; *Legisperiti ſcribae erant et Doctores eorum, qui uolebant, legis quaeſtiones ſoluentes.*

Digitized by Google

uentes. Vid. IAC· LYDIVS *in Flor. Sparſ. ad Paſſ. de Scribis.*

§. 20. Praeter hos Euangeliſtae in Synedrium collocant ἀρχιερέας, *principes Sacerdotum*, et ἀρχιερέα, *principem Sacerdotem*, Caiapham. Cum non niſi unus eſſet Pontifex M· quinam illi ἀρχιερεῖς, ſeu *principes Sacerdotes*, in controuerſiam uenit. CHRYS· *in Matth. Homil. 79.* THEOPHYL· *in Matth. XXVI· 3.* IOACH. CAMER· *ad l. c.* DAV· PARAEVS *ad l. c.* alii intelligunt per ἀρχιερέας Pontifices maximos, dignitatem olim qui geſſerant, quoniam Pontificatus tunc temporis non perpetuus, ſed annuus factus erat. GRRHARD· *Harm. Euang. c. 150.* SPANHEM· *Dubb. Euang. 37. P· II· et* VOSSIVS *Harm. Euang. l. 1. c. 2.* interpretantur capita familiarum ſacerdotalium, uel colluuiem illam Sacerdotum per ambitum et largitiones ad Pontificatum graſſantium. ANTON· BYNAEVS *de M· C. l. 1. c. 2. p. 97.* omnes eſſe ex genere pontificali, putat, id eſt, ex ea familia, quae in dignitatem Pontificis M· ſanguinis proximitate uicinius ſuccedendi ius habebat, quomodo legatur *Act. IV· 6.* ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, *et quotquot erant ex genere pontificali.* Atenimuero γένος ἀρχιερατικὸν ſignificare familiam illam, unde conſtat? Vox igitur ἀρχιερεὺς, ſicut aliae multae, πολήσυμος eſt. 1) Sumitur κατ' ἐξοχὴν, *ſenſu ſtrictiſſimo* et prorſus *ſingulari eminentiſſimo*, quo SOLI CHRISTO tribuitur, Sacerdoti Summo, aeterno et ἀναμαρτήτῳ, qui cum emphaſi dicitur τοιοῦτος-ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, *Ebr. VII· 26.* 2) *ſenſu ſtrictiori et eminente*, ἰδίως, quo ſoli Pontifici M· competebat, qui erat כהן גדול, *magnus*, aut *ſummus Sacerdos*, הכהן הראש, *Sacerdos caput*, *ſiue princeps et caput Sacerdotum*, ἱερεὺς κατ' ἐξοχὴν, ἱερεὺς, ſed cum addita emphaſi ὁ μέγας ἀρχιερεὺς praegnanter et ἀρχιερεὺς μέγας. 3) *ſenſu laxiori*, quando tribuitur quoque capitibus, ſeu praefectis ordinum ſacerdotalium, a Dauide inſtitutorum et Salamone confirmatorum. Huc pertinent itidem capita, ſeu praefecti in templo. Proximus a Sacerdote ſummo, Vicarius כהן משנה, *Sacerdos ſecundus*, Talmudicis סגן dictus, qualis erat Hannas, poſtmodum duo inſignes קתוקולין, ſiue קתוליקין, quaſi καθολικοὶ, adpellati, et praeter

praeter reliquos ראש המשמר, *caput uigiliarum*, et praefectus Templi in dirigendis uigiliis. Hac obſeruatione igitur praemiſſa, per Sacerdotem M. Caiapham, ἀρχιερέα, ſenſu ſtrictiori ac eminente intelligi caput omnium Sacerdotum, Pontificem maximum; Per principes autem Sacerdotum, ἀρχιερεῖς, ſenſu laxiori capita, ſeu praefectos ordinum Sacerdotalium, iuxta *Camer. ad Matth. II. 4. p. 1.* non tantum illos, qui membra erant Synedrii, uerum reliquos omnes ſimul, qui inter Sacerdotes eminebant, ad planum perductum eſt. Supra audiuimus, Sacerdotibus proprium aliquem fuiſſe conſeſſum et concilium. Poteſt igitur, ut cum caſus ille tragicus eſſet prorſus extraordinarius, omnes ad unum Sacerdotes praecipui, immo illi quoque, qui Sacerdotis M. dignitatem aliquamdiu geſſerant, in re tam ardua et maximi momenti turmatim confluxerint, eum in finem, ut per collegas, ut hodie fert loquendi mos, qui ex Ordine Sanhedrin ſimul erant, ad Senatum illud, de quo agebant, more tum uſitato, deferrent. Vid. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. in Matth. II. 4. et ad Matth. XXVI. 3. it. de Miniſt. Templi. c. V.* PETR. CVNAEVS *de R. H. l. II. c. 6.* BERTRAM. *de Rep. Iud. c. 18.* BEZA *ad Matth. II. 4.* ANT. BYNAEVS *de M. C. l. I. c. 2. p. 92.* alii.

§. 21. Poſtremum Aſſeſſoribus accenſentur πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, *Seniores populi*, hoc eſt, omnes illi, qui eximia apud populum auctoritate et honore uigebant, certis ordinibus praepoſiti, quomodo nos Collegiis Seniores conſtituimus, qui mos omnibus hodie ferme gentibus in uſu. Tales electi ex Iethronis conſilio Iſraelitis erant, *Exod. XVIII. 21.* poſtmodum in Synedrium recepti. Sed diu ante Iethronis tempora Seniores extiterunt. Patriarchae familiis praefecerunt Seniores, *Gen. XXIV. 2.* Dixit Abraham ad ſeruum, ſeniorem domus ſuae, qui praeerat omnibus, quae illi erant. Fontes habent: אל עברו זקן ביתו המושר בכל אשר לו, *Graeci* uertunt: Τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ ἄρχοντι πάντων τῶν αὐτοῦ. Erat igitur princeps et praefectus, propterea que ſalutatur זקן, quod nomen tunc erat praefectorum, unde *Targ. Hieroſ.* עברו שליטא דהוה שליט בכל מה דירות: *Seruo ſuo principali, qui omnibus, qui ei erant, praeficiebatur ut gubernator.* Sic Ioſephus

phus deſcendit ad ſepeliendum patrem cum זקני ביתו, *ſenioribus domus ſuae*, *Gen. L. 7.* Seniores Iſraelitis in Aegypto praefuerunt. *Exod. III. 16. et 18. IV. 29. XII. 21. XVII. 5. 6.* PHILO de *Vita Moſis l. 1.* uocat δημογέροντας τοῦ ἔθνους. Similiter poſt exitum ex Aegypto tales erant illi, *Exod. XVIII. 21.* quos commendat DEVS Moſi, *Num. XI. 16. 24.* ut in Synedrium cooptarentur. Exinde Synedrium שובעין חכימיא, *70 Sapientum et 70 Seniorum Synodus* adpellatur. *Targ. Hieroſ. Num. XXI. 18. it. Deut. XXXI. 9.* ואל כל זקני ישראל *LXX.* καὶ τοῖς πρεσβυτέροις υἱῶν Ισραήλ. Ex quibus ſingulis, ſapientia et dignitate excellentes Orientalibus, praeſertim Hebraeis, nomine Senioris ueniſſe, manifeſtum eſt. Vid. *Exod. XIX. 7.* ubi *Paraphr. Hieroſ.* לחכימיא דישראל, *Sapientibus Iſrael*, *Leu. XIX. 32.* Honora פני זקן, uultum ſenioris, ubi *Onkelos* מן קדם דסבר באורייתא תקום ותהדר אפי סבא: *Coram eo, qui doctus eſt in lege, ſurgas, et honora faciem Presbyteri.* Talmudici de honorandis Sapientibus legem, quam ex inſtituto explicant, inſcribunt: מצות כיבוד חכמים *Praeceptum de honore Sapientibus exhibendo;* et, *Seniores* non ſe annis, ſed doctrina et prudentia, metiri, fatentur, אפילו ינוק וחכים, *etiamſi iuuenis ſit, modo ſapiens.* MAIMON. *Tit. Talm. Tora c. 6. et* SELDEN. *de Syn. V. H. l. 1. c. 14. p. 385. ſqq.* Titulus ille etiam gentibus uſu receptus eſt. Aegyptorum mentio iam iniecta. Eadem notione nomen illud competit, *Num. XXII. 4. 7. 8.* זקני מדין, *Senioribus Midianitarum*, זקני מאב, *Senioribus Moabitarum* etc. Carthaginenſibus erant et Graecis γέροντες, *Seniores*, (αἱρετοὺς μᾶλλον ἢ καθ' ἡλικίαν, ARISTOT. *Polit. 2. c. 9.*) ab quibus *Suffetes* apud Poenos, qui tanquam conſules et iudices gubernarent, ueniunt. LIVIVS *l. 28. c. 37. l. 34. c. 60.* Vocem illam interpretes paſſim ex Hebraeorum שופטים deducunt. SELDENVS uero *de Synedr. p. 409.* cum SCALIGERO *in Feſti Verbo τὸ Sufes* deriuat a צופה, *Tzuffe*, ſiue *Suffe*, Speculator, Ephorus, Epiſcopus, Epopta, ſeu, ut Graeci *1. Sam. XIV. 16. 2. Sam. XIII. 34.* etc. transferunt, σκόπος, Speculator. Praeceptum, quod *Leu. XIX. 32.* de honore Presbyteris exhibendo extat, Graecis quoque more receptum eſt. PLATO *de Rep. l. 4.* XENOPH. *in Memor. l. 2.* Καὶ γὰρ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι παντα χοῦ νομίζεται, καὶ καθήμε-

καθήμενον ὑπαναστῆσαι καὶ - - - *Vſus obtinuit* (inquit ille Plato,) *ut iunior Seniori occurrenti ubique de uia cedat, et ſedens adſurgat.* De Laced. teſtis eſt HERODOT· *l. 2. 80.* Λακεδαιμόνιοι, οἱ νεώτεροι ὠυπέων τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες εἴκουσι τῆς ὁδοῦ καὶ - - - - *Lacedaemonii, minores* (pro more) *maioribus nati obuii cedunt uia ac deflectunt, aduenientibusque e ſedili ſurgunt.* AELIANO· Hiſt. Animal. l. 6. c. 61. praeceptum illud maximo habetur in pretio, quando in laudem illius ſic erumpit; Λυκοῦργος δ' ἐνομοθέτει νόμον Φιλανθρωπότατον, ὡς ἐγὼ ὤμαι, νόμων, θάκων καί τε ὁδῶν ἀφίσασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους: *Ex omnibus legibus humaniſſimam iudico, qua Lycurgus praecepit, Senioribus minores tum de ſedibus, tum de uia decedere* etc. Adiicit DOVGTAEVS Anal. S· P· I· Excurſ. 49. p. 85. *Atque hinc Homerus denique, non ſine reſpectu omnino habito ad morem huiusmodi, inter homines, ſolemniter obſeruatum, Deos reliquos quotcunque ſub occurſum Iouis illico conſurgentes inducit;*

- - - Θεοὶ ἅμα πάντες ἄνεσταν
ἐξ ἑδέων σφοῦ πατρὸς ἐναντίον, οὐδέ τις ἔτλη
Μεῖναι ὑπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔσαν ἅπαντες.

- - - *Dii uero ſimul omnes ſurrexerunt*
E ſedibus ſui patris in occurſum, neque aliquis ſuſtinuit
Expectare uenientem, ſed obuii ſteterunt omnes. Iliad. 1.

Illud apprime tenenduum, Graecorum πρεσβυτέρους καὶ γέροντας eſſe ἐντίμους καὶ ἀριστῆας, *Optimates, Seniores* aeque atque apud Hebraeos olim זקנים. *Homer. in Achillis Scuto, Iliad. 6. et β.* etc.

- - εἰ δὲ γέροντες,
ἕατ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις ἱερῷ ἔνι κύκλῳ.

Seniores autem ſedebant in politis lapidibus, ſacro in circulo, ubi *Scholiaſtes Euſtath. ad Iliad, β. p. 167.* Οἱ παλαιοὶ παρὰ Ομήρῳ τοὺς λέγεσθαι, qui χρόνον μὲν οὐκ ἦσαν γέροντες, ἄλλως μέντοι ὡς ἔντιμοι μετὰ τῶν γερόντων κατελέγοντο; *Tempore, ſeu aetate, non erant Seniores, ſed, quia ex honoratoribus eſſent, cum Senioribus recenſentur.* Eodem ſenſu *Maeonius uates, Il. γ.* uocem δημογέροντες accipit:

accipit: ἔιατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῆσι πύλῃσι; *Sedebant populi Seniores in Scaeis portis*, populi nempe Troiani magnates. SVIDAE sunt itidem οἱ τοῦ δήμου ἐντιμότατοι, *qui in populo honoratissimi*; EVSTATHIO ἡγήτορες τρώων, *primates Troianorum*. Vnde apud eundem HOMERVM, *Iliad. δ. et Odyss. ν.* γερούσιος ὠν, *unum Senatorium*, et δαὶς γερουσίη, *Senatorium conuiuium*. Hoc nomine Lacedaemoniorum magnates insigniuntur apud ARISTOTELEM, PLVTARCH· *in Lysandro* et alias: *Optimates in Sparta regibus adiunctos Apollo* πρεσβυγενίας *dixit, Lycurgus autem diserte* γερουσίαν ὠνόμασεν, *Senatum adpellauit*. Samiorum magnates ita dicti, de quibus uid. IAMBLICH· *de Vita Pythagorae l. 1. c. 5.* De Alexandrinis in Aegypto, aliisque multa recenſet SELDEN· *de Synedr. V. H. p. 412. ſqq.* De ſingulis promiſcue Veterum gentibus idem teſtatur πολυμαθέστατος DIONYS· HALICARN· *Antiq. Rom. l. 3.* τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἀρίστους γέροντας εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ καλεῖν; *Priſci Presbyteros et Optimates ſenes adpellare ſolebant*. Arabes in lingua ſua Seniorum exprimunt per אלשיך *Alſcheich*, quod ſonat Senior, et accipitur *moraliter* pro Doctoribus, *ciuiliter* pro uiris in republica aut collegio eminentioribus, et *generatim* pro honoratioribus. Sic *Auicenna* ſaepius אלשיך אלרוחי, *Senior princeps*, non ob aetatem, ſed ſapientiam, unde ANT· GIGGAEVS, *Theſ. Vol. 2. col. 1237.* ait: אלשיך *eſt Epitheton, ſeu titulus, quo grauiores uiri et praecipue literatiores inſigniuntur, ac reſpondet Graecorum Presbytero.* Vid. EDWARD· POCOCK· *in Anth. Nomenclat. p. 364.* Quod ad Occidentem attinet, res eſt in propatulo. De Latinis uid. SELDEN· *de Syn. V. H p. 416.* SIGON· *de Antiq. Iur. Ciu. Rom. l. 2. c. 1. et* ROSIN· *in Antiq. Rom. l. 7. c. 5.* Inde quoque *Areopagus*, aliaeque Athenienſium curiae ac βουλαὶ Senatus dici ſolitae. Vid. SIGON· *de Rep. Athenienſ. l. 2. c. 3.* Ritus ad Gallos, Italos, Hiſpanos, Germanos, alios tranſiit. Eundem in modum Chriſtiani ueteres habebant πρεσβυτέρους, *Seniores, Act. XI. 30. XIV. 23. Tit. I. 5. etc. Act. XX. 17. Iac. V. 14.* quibus praficiebantur ἐπίσκοποι, ut זקנים, ſiue Senioribus in Iſrael, erant Iudices Summi, Poenorum ἡγέμονες, ſiue Senioribus, *Suffetes*, Graecorum πρεσβυτέριος ἀρχιπρεσβύτεροι, Romanorum Senatoribus Conſules ordinati. Conſuetudo igitur illa ab Oriente, et Hebraeis in Occiden-

Digitized by Google

tem uenit. Atque ſic omnes inter, quoniam inde ab Abrahamo, temporibusque ſubſecutis זקנים, πρεσβύτεροι, γέροντες, fuerint, ex quo capite Synedrium Talmudicis שיבה, hoc eſt, *Senioratus*, uel *Senatus*, dictum, et quid ſibi uelit in Actibus: πᾶσα ἡ γερουσία ἰσραὴλ, *totus Senatus Iſrael*, uel, ut *Syrus*, *Arabs*, *Vulgatus*, alii uertunt, *omnes Presbyteri, ſeu Seniores*, ſatis conſtat. Breuiter ut dicam, intelliguntur in gente Iudaica nobiliſſimi non aetate, non κατ' ἡλικίαν ſpectati, ſed doctrina, ſapientia, dignitate excellentes, *1. Maccab. XIV. 20. VII. 35.* quales in Synedrio M. locum occupare poterant. Vid. CAMERO *in Myroth. Euang. ad Matth. XXVI. 3.* GROTIVS *ad h. l.* BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 2. p. 115.* DOVGT. *Anal. S. ad Ruth. 4. 1. p. 125.*

§. 22. Reſtat, ut de Graecorum ὑπηρέτας et Hebraeorum שוטרים pauca adiiciamus, quum eorum in Paſſionis hiſtoria non ſimplex, ſed frequens fiat mentio, praetereaque miniſtri Aſſeſſorum eſſent publici. Horum V. T. ſaepe numero meminit, u. c. *Deut. I. 15.* ubi Hebraeus habet ושוטרים לשבטיכם, *et miniſtros, apparitores, lictores tribubus ueſtris*, et *Samaritanus* itidem שוטרים, *Schoterim*, *Graecus* uero γραμματοεισαγωγεῖς; *Iudaei Germanienſes* Buitil, *Bedellos*, *Graecienſes* רברטורוש, ῥαβδατόρους, hoc eſt, ῥαβδούχους, ſeu *lictores*, *apparitores*, *Syrus* ספרא *Scribam*, item *Arabs* כתאבא, *Scribam*, quia Schoterim erant, ex ſignificatione שטרא et שטר, quae uoces Talmudiſtis γράμμα ſignificant, et ad res forenſes pertinent, introductores et diſpoſitores contractuum ſcriptorum, obligationum, codicillorum, ſcriptarum litium, actionum, controuerſiarum, poſtulationum, aeque ac apud Athenienſes εἰσαγωγεῖς, qui actiones forenſes ad iudices deferebant, ſeu (εἰσάγοντες) introducebant, quamuis alii hos cum SIGON. *de R. H. l. 7. c. 7. p. m. 371.* male pro Magiſtratibus uenditant. Vid. IVL. POLLVX *l. 8. c. 9. §. 6.* Miniſtri illi, acutiſſimo iudice SELDENO, erant, *qui baculo utebantur et flagellis, ſtantes coram iudicibus et circumſtipantes in plateis et uicis, iudiciorum, praeiudiciorumque ſolemnium executores.* Quapropter ad *Deut. XVI. 18.* uerba Talmudici intelligunt per iudices Magiſtratus ordinatos in Synedrio, coram quibus litigant partes,

per

per Schoterim autem illos, qui cum baculo et loro assistunt iudicibus, et circumeunt in foro, plateis atque tabernis, ut rectificent portas et mensuras, et percutiant iniquos ex ore iudicis. In quocunque autem ipsi cernunt prauitatem, eum adducunt Synedrio, ut indicetur, et puniatur pro merito malitiae. Vid. L' EMPEREVR *ad* BERTRAM *c. 5.* GROT· *ad Ios. 8. 33.* CONRING· *de Rep. Hebr. §. 27.* LIGHTF· *Hor. Hebr. ad Matth. V· 25.* CARPZOV· *ad* SCHICKARD· *de I· R· H· c. 4. theor. 14.* GOODW· *Mos. et Aar. l. 5. c. 3.* LVND· *l. c. p. 483.* PFEIFFER· *Antiq. Hebr. p. 119.* SELDEN· *de Syn. V· H· l. 2. c. 5. p. 643. et 646.*

§. 23. Locus *Deut. XVI· 18.* cumprimis diuersimode transfertur, quae uersiones tamen ab se inuicem, ut apparet, distinctae unum hominum genus designare possunt. Graecis uocantur γραμματοεισαγωγεῖς, quod nomen praecipuam Schoterim functionem non inelegante subinuoluit. Erant enim reuera contractuum scriptorum etc. τῶν γραμμάτων, introductores et εἰσαγωγεῖς, ut interdum Graecis ἁπλῶς dicuntur. *Chaldaeus* substituit uocabulum פרענין et סרכין, *uindices*, hoc est, *executores*, qui baculo et flagello delinquentes castigarent. *Syrus*, *Arabs*, *Samaritanus*: Scribae, nempe contractuum etc. *Graecienses Iudaei*, nec male, transferunt רבדטורוש, ῥαβδοφόρους, *uirgas ferentes*, *qui cum baculo et flagellis* discurrerent: *Germanienses Iudaei* בויטלן, Buetelen. Seldenus Pedellos uocat, siue Bedellos. Iudices enim prodeuntes in publicum κατὰ πόδα sequebantur, eorundemque uestigiis inhaerebant, ut in ciuitatibus hodie et in Academiis ministri Magistratum sequuntur. *Iosepho* dicuntur ὑπηρέται, *lib. 4. Antiq. c. 8.* quo significatu Spiritus ueritatis cum Scriptoribus Graecis, *Aesch. Xenoph.* etc. ipse sumit, *Ioh. VII· 45. et 32. Matth. V· 25. Marc. XIV· 65.* Ὑπηρέτης autem ab ἐρέσσω, siue ἐρέττω, *remigo*, proprie denotat remigium genus inferius, unde ὑπερέσιον et ὑπηρετήσιον, *tabula*, cui insidebant ἐρέσσοντες, *pellis*, aut aliud quidpiam, quod remiges sibi substernebant. Sicut enim ὑποδιδάσκαλος est praeceptor, qui alii subest: Ita ὑπηρέτης quoque dicitur, qui ἐρέτῃ, uel ordinis, uel directionis et dominii intuitu, subiicitur. Fuerunt igitur ὑπηρέται inter nautas infimae sortis homines.

Poſtea μεταφορικῶς ad omnes illos, in quos periculoſum et aerumnoſum munus coniicitur, ueteres accommodant. Sic antiquis Graecis ſacerdotes ſonant ὑπηρέται, *ſubminiſtratores*, et miniſtri militares ὑπηρέται. *LXX. Senibus* idem ſunt ὑπηρέται, quod Hebraeis עבדים, *Serui*, ſeu *miniſtri regii*, *Prou. XIV.* et alias. Apud Graecos ſeruis, ſiue miniſtris magiſtratus publicis, competit. Omnes enim illi homines, nemine excepto, munere funguntur aerumnoſo et periculoſo. Vid. PFEIFFER. *Antiq. Graec. l. 3. c. 35. p. 589.* et *l. 1. c. 27. p. 49. it. l. 3. c. 4. p. 489.* HAMMOND. *cum Annot. Cler. p. 43.* ſatis bene: *Vox ὑπηρέτης, miniſter, ſeu lictor, quae eodem ſenſu Io. XVIII. 3. occurrit, alio rurſus uſurpatur Luc. IV. 20. ex cuius loci collatione adparebit, eosdem homines, qui in Synedriis, ſiue in iudicum Conſiſtoriis, erant adparitores, uel lictores, fuiſſe etiam in Synagogis loco diaconorum ad miniſtrandum, ad adferendum, uel auferendum librum legis* etc. *Sic ipſa uox διάκονος, apud Matth. XXII. 13. ſignificat eos Magiſtratuum miniſtros, qui homines in carcerem ducebant, quod lictorum, ſiue uiatorum, erat officium. Pro uoce ὑπηρέτης eſt apud Luc. XII. 58. πράκτωρ, i. e. lictor, qui exſequitur ſententiam a iudicum conſeſſu pronunciatam.* D. PAVLLVS elegantер admodum aerumnoſum uerbi diuini miniſtrorum ſtatum, eorundemque miſerias depingit, quando illos, *1. Tim. III. 1.* per metaphoram uocat ὑπηρέτας. Eccleſia enim militaris ſub nauigationis perpetuae ſimulacro quam conuenientiſſime repraeſentatur, ubi directores et remiges, uerbi diuini miniſtri, quaſi tabulis inſident, in quibus maximis periculis et aerumnis plurimis expoſiti ſunt. Vid. BEZA *ad Matth. V. 25. p. 18.* Romanis itidem lictores uſitati erant, qui Conſules, Praetores, Dictatorem in publicum prodeuntes uel praecedebant, uel ſequebantur, toga, uel ſago amicti, cum faſcibus et ſecuribus. Vid. ROSIN. *Antiq. Rom. l. 7. c. ult.* et KIPPING. *Antiq. l. 2. c. 4.* Denique res cedro digna, quando piger *Prou. VI. 7.* ablegatur ad formicam, quae prompte facit דרכה, *uiam ſuam*, id eſt, *commercium*, Handel und Wandel, *negotiationem*, nec opus habet שומר, eiusmodi ῥαβδούχῳ, ſeu ῥαβδοφόρῳ, quales Graecis dicebantur bacillum ferentes etc. *Act. XVI. 35.* et apud PLVTARCH. POLYB. *alios.* STEPH. *Theſ. T. 3. p. 660.* ἐγγοδιώκτῃ, iuxta *LXX. Senes* ἀναγκάζοντι, et *Arabem:*

bem: illo, qui cogat eam, aut, more Schoterim, uirgis percutiat, aut cum baculo et flagellis ad labores adigat. Ex quo illud relinquitur, abiectiſſimos ſaepe numero uermiculos, inſtar Doctorum, nobis eſſe oportere, qui homines calliditate, aſtutia, diligentia etc. non infrequenter, ſuo modo, ſuperant.

§. 24. Quoniam SERVATOR praedixit diſcipulis: *παράδωσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια*, et SCRIPTVRA praeter Synedrium M. de quo ſupra ſatis dictum, aliorum conſeſſuum inferiorum meminit; Pro inſtituti noſtri ratione illos examinabimus. Eiusmodi Synedria duo Hieroſolymis erant. Vnum conſedit in monte ſupra portam inferiorem Templi, alterum ſupra portam Nicanoris. Tales conſeſſus forenſes ſingulis in ciuitatibus, quae 120. familias numerare poterant, ordinati fuerunt. MAIMON. *Sanh. c. 1. n. 3.* עיר שאין בה מאה ועשרים מעמידים להם ג׳ דיינין: *In urbe, in qua non ſunt 120. patres-familias, conſtituunt tres iudices.* Conſiſtit Synedrium medium in 32 Aſſeſſoribus, ex ordine Sacerdotali, Leuitico et populi Senioribus ſelectis. Praeterea oppidulis et uicis minima quoque Synedria fuerunt conſtituta, ſiue סנהדרין קטנה, *Synedrium minus*, cui tres erant iudices praefecti. Omnes hi conſeſſus pariter utriusque iuris, tam ciuilis, quam eccleſiaſtici, exercitium habebant, praeterquam quod res arduae, maximique momenti in Synedrio tantum Magno peragerentur, leuidenſibus Mediis, uel Minimo relictis. Vid. *Gen. XXIII. 10. Deut. XVI. 18. XVII. 5. 8. XXI. 19. Ruth. IV. 1. Hiob. XXXI. 21. Pſ. CXXVII. 5. Prou. XIV. 19. XXII. 22. XXIV. 7. Eſ. XXIX. 21. Ier. XXVI. 10. Thren. V. 14. Amos V. 10. 12. 15. Zach. VIII. 16.* etc. Hebraeis erant, ex communi tantum non omnium ſententia, dicaſteria huiuscemodi ſub dio, ut Romanis, teſte VALER. MAXIMO *l. 8. c. 1. tit. 8.* et DEMPSTERO *ad Roſin. Antiq. Rom. p. 725.* quod Heuaeis etiam in uſu, *Gen. XXXIV. 20.* In primis in portis urbium, quanquam ceteroquin ad LIGHTFOOTI ſententiam accedo, qui non in ipſo portae introitu, ſed in aliquo conclaui ſupra uel prope eam, ut in monte Templi, ſupra portam Nicanoris fuiſſe, exiſtimat, LIGHTF. *de Templi Hieroſ. p. 604. et* CAROL. SIGONIVS *de Rep. Hebr. l. 6. c. 6.* Extructum uero publico in loco uidetur propterea, ut

ut iuſtum ſemper et aequum ob Aſſeſſorum oculos uerſaretur, et, quod iniuſtum, iudices ſedulo auerſarentur, ut omnia, adſtantibus ſingulis, teſtimonium de iuſto iudicio publice perhibentibus, in omnium conſpectu, diiudicarentur, et quilibet publica frui defenſione poſſet. Vid. PFEIFFER. *Antiq. Hebr. p. 98.* et LVND. *l. 3. c. 18. p. 482.* Erat utique in portis certus et determinatus locus, ubi iudices pro more ſedebant. Exemplum, *1. Reg. XXII. 10.* Achabi et Ioſaphati illuſtre eſt, qui ſedent בגרן *in area*, auf dem Platz für der Thür, am Thor Samariä, ad quem locum *R. D.* KIMCHIVS addit gloſſema: כחצי גורן עגולה: *Velut dimidium rotundae areae, ut unus poſſet contueri alium*; Atque ſic Ioſaphatus et Achabus cum toto Collegio quaſi in ſemi-circulum conſederunt, quod in medio tamen recte relinquit PFEIFFER. *Antiq. Hebr. p. 99.* In loco iudicii ponebantut ſedilia et regibus throni. Vnde *2. Sam. XV. 2.* Abſalon iuxta *Ralbag* ſedet על יד דרך השער, *ad ſemitam uiae portae*, et iuxta *LXX. Senes et Ionath.* qui κατὰ πόδα fontes ſecuti; Ἀνὰ χεῖρα τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης, על נכש אורח תרעא. Exiſtimant quidem aliqui, portam ſumi συνεκδοχικῶς, pro ipſa urbe, quo ſenſu quandoque accipiunt *Talmudiſtae et Onckelos*, *Deut. XVI.* In omnibus ciuitatibus tuis; item *Ionathan*: In omnibus ciuitatibus ueſtris. *Syrus*: בכלהין קוריא, in omnibus urbibus, *Samaritanus*: בכל קורים, in omnibus ciuitatibus, Arabs: פי במיע מבלך, in omnibus habitationibus: *Iudaei Hiſpanienſes apud Seldenum*: אין טוראש טוש סיבדריס, en todas tus ciuidades: Item *Graecienſes*: אוש אולו טא קשטרישו, εἰς ὅλω τὰ κάστρισο, in omnibus urbibus; *LXX. Senes*; Ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου. Atenimuero, quanquam שער, per Synecdochen, urbem ſignificare poteſt, hoc tamen loco pro portis tutius accipitur. Ita legunt *Vulgatus*: In omnibus portis tuis: *Iudaei Germanienſes*: אין דיינן טארן, ein deinen Thoren: D. LVTHERVS: In deinen Thoren. *Verſio Tawiſiana Perſica* דר המה דרוז תי, in omnibus portis tuis, et *Arabica* Romae cum Vulgato edita: In omnibus portis tuis. Conſonant *Talmudici*, Antiquitatum petitiſſimi, et ueteres et recentiores, Scriptores tam *Graeci*, quam *Romani*. Immo plurima e citatis loca id clariſſime loquuntur, u. c. *Deut. XXI. 19. ad ſeniores ciuitatis illius, et ad*

שער

שער, PORTAM, *loci illius*. Absurdum, si quis ita interpretaretur: AD SENIORES VRBIS ILLIVS ET AD VRBEM LOCI ILLIVS. Si Magistris habenda fides, sedebant in circulo, uel area semi-circulari, ad imaginem Synedrii M. quod, cum Scriptura taceat, suo loco relinquimus. Aderant *expectantes*, siue *Candidati*, non e numero iudicum, neque sedentes in scamnis, aut sellis iudiciariis, sed peculiaribus sedilibus insidentes admodum submissis, uersus terram declinatis. In iudicio ipsis nullus locus, nullum uota dandi ius, praeterquam quod quandoque absentibus ordinariis Assessoribus, in rebus arduis, si nimirum, uti diximus, ordinarius iudicum numerus non esset completus, consulerentur. Vid. LIGHTF. *Hor. Hebr. ad Luc. X. 25.* Virgas, siue baculum, Seruatoris aetate gestisse, illamque ad cerimoniam *Es. IX. 4.* alludi, nonnulli putant, quamuis ceteroquin ipse textus longe aliud eloquatur. Postmodum illis שופרות, *cornua*, siue musica instrumenta ex cornu, Antiquitatum periti assignant, quibus fuissent usi in excratione, qualem hodie Bannum et excommunicationem uocant. Item quando maledictus et excommunicatus in libertatem et pristina restitutus fuisset priuilegia. Insignia sunt instrumenta חצוצרות, ex argento buccinae ductiles, quibus conuocabatur plebs ad concionem, aut principes ad consultandum de Republ. quibus etiam dabatur signum castra mouendi. SCHINDLER. *Lex. Pentagl. p. 640. Cum claugebant ambae*, inquit, *conuocabatur plebs. Cum una tantum, principes: Cum uero essent monenda castra, clangebatur cum uociferatione, quod motio castrorum belli indicium esset. Num. X. 2.* IOSEPH. *A. I. l. 2. c. 11.* γίνονται δὲ δύο, ἀφ᾽ ἧς μὲν ἑτέρᾳ πρὸς παρακέλευσιν ἀθροίζονται τοῦ πλήθους πρὸς τὰς Ἐκκλησίας, ἀφ᾽ μίαν μὲν ἐπισήμαντος, ἔδει τοὺς ἀρχοὺς συνελθεῖν σκεψομένους περὶ τῶν ἀκείων. Ἀμφοτέρας δὲ - - - *Duas* (tubas fecit,) *quarum una plebs ad concionem uocabatur, altera principes ad consultandum de Republ. excitabantur: Vtrisque uero clangentibus, uniuersus populus conuocabatur.* De his instrumentis Musicis uid. KIRCHER. *in Musurg. Vniu t. 1. l. 2. c. 4. p. 47. sqq.* SENNERT. *Diss. de Musica Hebr.* DIETER. *in Antiq. Bibl. P. I. p. 349.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Matth. VI. 2.* BVXT. *Lex.*

Lex. Talm. in טוט, LVND· *Jüd. Heiligth. l. 3. c. 47. p. 651.* R· ABR· ARIA MVTINENSIS *in libro* שלטי הגבורים, c. 4 alii. Habebant denique ſcuticas, quibus contra legem delinquentes caſtigarentur. Vid. CARPZOV· *ad Schickard. de Iur. Reg. Hebr. c. 2. Theor. 7. num. 1. p. 143.*

§. 25. Synedrium M· conuenit ἐν αὐλῇ τοῦ ἀρχιερέως. Nam tum Synedrium e Liſchkath Gazith iam emigrauerat in tabernas, et e tabernis in urbem ſanctam. Summus uero Sacerdos conuocandi ius, ὅλον συνέδριον, quorſum uellet, habuit: At, cum Praeſes eſſet, congregabantur σύνεδροι ordinarie ἐν αὐλῇ ἀρχιερέως, *in aula S· Sacerdotis.* Αὐλὴ, inquit BVDAEVS, *apud Athenaeum pro triclinio praegrandi, id eſt, occo, in quo nuptiae in regia celebrantur. Hodie ſalam dicimus. Legimus etiam apud Athen.* αὐλὰς *fuiſſe uocatas haſce domos, uel quod ante illas eſſent ampla loca ſubdinalia, uel quod ſatellites illis ſolerent* παραυλίζεσθαι. *Hoc ut ulterius probent, ad auctoritatem Menandri, Diphili et Polybii prouocant.* Αυλὴ, quantum quidem ego iudicare poſſum, ueteribus locus apertus erat ſub dio, ubi greges, oues, caprae, aliaque minora animalia, ut ex Maeonio conſtat uate, noctu in agris a paſtoribus includebantur, ſeptis idcirco ad cuſtodiendum gregem ſtructis, ex more perantiquo etiamnum uſitato, quem uocant paſtores einpferchen, die Schafe in die Hürden, oder, ut antiqui Germani aiebant, in die Hurten bringen. *Num. XXXIII· 24. Iud. V· 16. 2. Par. XXXII· 28. Eſ. XIII· 20. Luc. II· 8.* ubi uerſio N· T· uulgata τὸ ἀγραυλοῦντες tranſtulit; Ἐμείασιν ἔξω εἰς τὰ χωράφια, *manſerunt extra in agris.* Ἀγραυλεῖν enim dicitur παρὰ τὸ ἐν ἀγροῖς αὐλίζεσθαι, *uitam in agris ſub dio degere*, quod *Ariſtoteles* dixit θυραυλεῖν. *Syrus interpres* quando uertit: דיורין הוו תמן qui manentes erant illic, h. e. commorantes ibi tanquam in diuerſorio, uim Graeci uerbi penetrare uoluit, id quod inter omnes accuratiſſime fecit *Arabs: Paſcentes in agris et uigilantes.* Germani dicerent: Sie hatten die Hürden aufgeſchlagen auf dem Felde, und hüteten des Nachts. ꝛc. HESYCH· αὐλίζομαι, μένω, ἐνδιατρίβω. *Hom. ad Iliad. κ.* uerſ. 155. ῥ. u. 521. ψ. u. 684. HESIOD· Θεογ. *uerſ. 26.* Ἄγραυλοι οἱ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενοι. Αγραυλοῦντες igitur HOMERO et HESIODO ſunt ποιμένες ἄγραυλοι, ἢ ἐν ἀγρῷ

IUNTE-

νυκτερέυοντες. Vnde ἀυλισμὸς HESYCHIO eſt διανυκτέρευσις, *pernoctatio.* Vid. *Sirac. 14. 26.* ὑπὸ τοὺς κλάδους αὐτῆς ἀυλισθήσεται, *ſub ramis eius morabitur*; *XXIV. 11.* CASAVB. *Ex. 2. contra Baron. Num. 14. p. 156.* Hac praeſertim ex cauſa BYNAEVS ἀυλὴν τὴν ἔξωθεν, *Apoc. XI. 2.* exponit per ſpatium extra templum, quod tecto nullo tegitur, *Hebraeique* חצר uocant, *LXX. Seues* autem ἀυλὴν, et PHILO *de Vita Moſ. l. 3.* τὸ ὕπαυθρον ἀυλὴν dicunt. ATHENAEVS ab ἄω deriuat, ut ſit locus apertus, et uacuus ſub dio, qui a uentis perflatur. Vnde ἀυλὴ, *aula, regia, palatium* κατ' ἐξοχὴν, Fürſten-Hoff und Königlicher Pallaſt, διὰ τὸ ἐκεῖ παραυλίζεσθαι, καὶ παρακοιμᾶσθαι τοὺς δορυφόρους τοῖς βασιλεῦσι, *quod ibi ſatellites regii excubent, et ſomnum capiant.* Vid. *Luc. XI. 21.* Huiusmodi palatia Athenis et Romae plurima extabant, domibus praemiſſa, quemadmodum nec Hebraeis inſolita fuerunt. Sic legimus de aula Pilati. *Marc. XV. 16.* item de aula Aſamonaeorum, cuius IOSEPHVS meminit, ac in primis de atrio, uel palatio Caiaphae, quo Σύνεδροι ad conſultandum de morte CHRISTI concurrebant, non quidem ſub dio, ſed haud dubie in conclauibus hunc in finem illic extructis. BYNAEVS, COCCEIVS et SAGITTAR. ἀυλὴν proprie eſſe חצר, *locum ſubdialem*, ſed poſtea obtinuiſſe, ut βασιλεια, ſiue regiae ἀυλαὶ adpellatae fuiſſent, quomodo nobis aula, Hoff κατ' ἐξοχὴν, ἁπλῶς et ſimpliciter poſita, ſit palatium principum, aut magnatum; Atque ſic, ἀυλὴν domum ipſam ſignificare Caiaphae, opinantur. Atenimuero in atrio, ac in ſpecie in tabernis ad id extructis, conueniſſe, uero ſimilius eſt. De cetero uocabulum ἀυλὴ plures ſignificatus admitttt. Tali nomine Graecis ἰδίως adpellabatur interior domus, ubi feminae concluſae diuerterentur, diuerſa a προαυλίῳ, *aula anteriore.* LVCIANVS uocat ἄυλειον. Vid. CAVSAVBON. *ad Athen.* POLLVX. *Onom. l. 1. c. 8. Stob. Serm. 72. et* PFEIFFER. *Antiq. Graec. l. 2. c. 13. pag. 351.* GRAEV. *in Lect. Heſiod. c. 16.*

§. 26. Congregationes illas, quibus princeps Sacerdotum et praefecti, cum Scribis ac Phariſaeis, intererant Sanhedrin fuiſſe, ſupra audiuimus. Id ſaltem nos mirari oportet, quod doctiſſimus SAGITTARIVS *P. I. c. 8. p. 61. ſq.* adiicit:

Nonnulli tamen ea propter dubitant, plenum M. Synedrii conſeſſum fuiſſe, quod Senatores conuenerint in Baſilica magna, quae conclaue Gazith adpellabatur, ſiue in conclaui e caeſo lapide; ſed ἐν αὐλῇ ἀρχιερέως. Et ſane, quia ſua conſilia maxime occulta eſſe uoluerunt, ideo potius in Pontificiis aedibus, quam in publico Templi loco ſuum conſeſſum habuiſſe, ueriſimile eſt. Ab quo non multum abit D. GERHARDVS, *H. E. c. 167. p. 678.* et VOSSIVS, qui de congregatione illa ſcribere non ueretur: Difficile dictu, an Synedrium fuerit. Nam quando recurrimus ad ea, quae iam expoſita ſunt de Sanhedrin migratione ex Liſchkath Hagazith in tabernas et e tabernis in uaria urbis loca, difficultas, quae ſubnaſci inde poterat, omnis exſpirat, et facile tollitur.

§. 27. τὸ συνήχθησαν ſubinuoluit coitionem, quae fit conſilii capiendi cauſſa, et non multum abludit a uoce συνεβουλεύσαντο, *Ioh. XI. 47. Act. IV. 5.* Eſt enim συνάγειν εἰς ἕν, *in unum colligere*, iuxta DEMOSTHENEM, συνάγειν, *concludere, ratiocinari.* STEPH. *Theſ. T. I. p. 87.* in concilio coire. Coniunctim uero in unum congregati conſilia ineunt, ut adimpleretur, quod dictum per Prophetam, *Pſ. II. 2.* נוסדו יחד, *fundati ſunt una*, uel: *Ardua de re concilium egerunt una. Chaldaeus* expreſſe יתחברו בחדא, *aſſociati ſunt in unum*, ſiue una; et *LXX. Senes;* συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, non fruſtra, ſed ut agerent de סוד, *arcano*, re priuatos intra parietes clanculum tractanda. Illi enim ὕπαρχοι et ἄρχοντες Act. 4. ſunt רוזנים, ἄριστοι, Aſſeſſores Synedrii, qui, ut uates canit, נוסדו, *fundati ſunt.* Eſt autem Metaphora, quod proceres fundamenta Reipublicae et conſilia eorum fundamenta actionum. Praeterea uiri doctiſſimi obſeruant, quod οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ συνήχθησαν, congregati fuerint, eo ipſo tempore, quo CHRISTVS diſcipulis mortem proxime futuram annunciauit his uerbis: οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας πάσχα γίνεται etc. ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς etc. *factum eſt, cum Ieſus abſoluiſſet* etc. quod e particula τότε, nec male, coniiciunt. Vid. BYNAEVS *de M. C. p. 131.* Ad illud καὶ ἐγένετο inſimul notant, Graecos imitari morem loquendi Hebraeorum, qui cum nouum quid auſpicantur, τὸ ויהי, *et fuit*, ſiue *et fiebat*, praemittunt.

mittunt. Sic legimus ſub initium Ioſuae, ubi prima ſtatim uocula ויהי, *et fiebat*, uidelicet poſtea, cum mortuus eſſet Moſes. Similiter *Gen. IV. 1.* ויהי מקץ ימים, *et fiebat in fine dierum*; et in libro Ruthae: ויהי בימי, *et fuit in diebus* etc. Huic igitur ויהי non ineleganter reſpondet Graecum καὶ ἐγένετο, *Matth. VII. 28. XI. 1. XIII. 53. XIX. 1.* et hoc loco, quo Euangeliſta hebraizat. Vid. *Vorſtius apud* BYNAEVM *de M. C. l. 1. c. 1. p. 9.* Denique, feſti tum huius, tum reliquorum, diem omnes noſſe poterant. Nam in moribus olim poſitum, ut ſcribae emboliſmos, ſiue intercalationes, annorum ac menſium principia, dieſque feſtiuitatibus ſolemnes, tabulae inſcriberent, eamque ſuſpenderent de foribus Synedrii. Vnde *Chaldaeus Paraphraſtes ad Cant. VI. 4.* ספריך מלין חוכמתא כפרקטינין רמיא וידעין למני חושבני עבורין ומעבורין שנין וקבעין רישי ירחין ורישי שנין בתוע בית סנהדרין: *Scribae tui pleni ſunt ſapientia, ſicut piſcinae aquarum, et ſciunt conſtituere rationes emboliſmorum, et intercalant annos, et ſignant principia menſium et annorum in porta domus Synedrii.* In primis Paſcha, quotannis fixo die celebrandum, non poterat non eſſe notum, quare Seruator dicit, οἴδατε, *ſcitis, quod poſt biduum Paſcha ſit.*

§. 28. In congregatione illa Synedrium tulit ſententiam; μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ, *non in die feſto, ne tumultus fiat in populo. Matth. XXVI. 5.* Per feſtum intelligitur imminens Paſcha, non primus tantum dies, qui *Syro* eſt *dies congregationis*, quia die primo et ſeptimo erat מקרא קדש, *conuocatio ſancta*, quod placuit quibusdam, uid. PETRVS KEVCHENIVS *in Annotat. in Matth. XXVI. 4. 5.* Neque agnus paſchalis; Sed μετωνυμικῶς tempus, totum illud ſpatium a mactatione agni ad finem Azymorum, ut habent recte BYNAEVS *l. c. p. 144.* GROTIVS *ad Matth. XXVI. 5.* GERHARDVS *in Harm. Euang. c. 167. et* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Ioh. III. 1.* Tria uero feſta ſolemnia, nempe חג המצות, *feſtum Azymorum*, חג השבועות, *feſtum hebdomadum*, et חג הסכות

חסכות, *feſtum Tabernaculorum*, ἐξοχικῶς hoc gaudent nomine, ob maximam ſolemnitatem. Hinc LVTHERVS illud ἑορτάζειν, 1. Cor. V. 8. neruoſe tranſtulit: Laſſet uns Oſtern halten. Certè τὸ ἑορτάζειν elegantius et conuenientius uix reddi poſſet, quam perpetuum Paſcha celebrare, continuis in gaudiis Paſchalibus uiuere, id quod textus circumſtantiis accuratiſſime reſpondet. Vetus obtinuit mos, teſte MAIMONIDE *de Rebellibus*, ut huiuſmodi refragator et laeſae maieſtatis ſacerdotalis et iudiciariae reus non plecteretur, niſi ſub tribus feſtis. Tum enim populus uniuerſus concurrebat ex omnibus tribubus. HAMMOND. *in Matth. XXVI. 2.* Vnde *Talmudici*, olim peccatores peſſimae notae, praeſertim ſacrorum uiolatores, ſub diebus feſtis dediſſe poenas, tradunt, ut homines turmatim confluentes haberent παραδείγματα, ut Graecis dicuntur, exempla ad peccatorum euitationem expoſita, quo trahunt illud *Deut. XVII. 13.* Et totus populus audiet et timebunt, neque amplius praefracte agent. Vid. SANHEDR. *c. 10. §. 4.* SELDEN. *de Syn. V. H. l. 3. c. 3. §. 7.* DRVS. *ad Matth. XXVI. 2. et* FAGIVS *ad Deut. XVII. 12.* Ob tumultus uero metum, qui iſto tempore, teſte IOSEPHO, non infrequens, in primis, quod Iudaeis non pauci CHRISTVM regem et Propheram uenerabantur, nolunt eum interficere ſub diebus feſti. Vid. GROTIVS *ad Matth. XXVI. 5.* Sed cum auſpicatiſſima ſeſe offerret occaſio, praeter opinionem, dirigente ita DEO, conſilia mutant. Ceterum non una, ſed iterata, immo pluribus uicibus, Synedrium conuocarunt. Initio, ut ἁπλῶς ac in genere conſilia de Morte CHRISTI caperent, daß ſie ihn tödteten, deinceps ut de ſupplicio ſigillatim conſultarent, quomodo e medio tollerent, et quales circumſtantiae circa ſupplicium illud praeciſe eſſent attendendae, wie ſie ihn tödten möchten.

§. 29. *Bethania* uox eſt origine Hebraea. ORIGENI et THEOPHYLACTO apud *Bynaeum* uocatur οἶκος ὑπακοῆς, HIERONYMO בית עני, *domus afflictionis*, uel οἶκος ὑπακοῆς. LVDOV. DE DIEV *ad Matth. XXI. 17. Hebraice domus afflicti, Syriace domus occupati;* DRVSIO, *domus ouium*, quod ibi multae fuiſſent oues, et quia צאן Hebraeum apud Syros ſcriberetur ענא, ſiue ען, unde עניא. WASER. *de Antiq. Menſ. Hebr. l. 1.*

l. 1. c. 10. itidem exponit: בית עניא, *caſtellum, domus,* uel *ager ouium.* LIGHTF. *Cent. Chor. Matthaeo praem. c. 41. p. 202.* deriuat a uoce אחינו, *dactyli palmarum ad maturitatem nondum perducti*, ut ſit quaſi בית—חינו, *locus dactylorum.* Aſſentiuntur BYNAEVS, DASSOVIVS, alii, in primis, quod altere regione tractus ab immaturis ficubus dictus eſt Bethphage. Mons igitur oliuarum longe diffundens ſe ab oliuis in ſpecie Bethphage, et a palmis inibi creſcentibus, de quibus ſub SERVATORIS in urbem ingreſſum rami amputabuntur, Bethaniae nomen accepit, quemadmodum uicus in illo tractu pariter Bethania nominabatur, ut recte ſentiunt BYNAEVS *in Antiq. Paſſion. p. 136.* et LIGHTF. *ad Ioh. XI. 18.* licet RELAND. *Palaeſt. l. 3. p. 470.* locum non niſi unum ita adpellari, exiſtimet. Fuit autem Bethania patria Lazari, Marthae et Mariae, prope Hieroſolymas, ad partem Orientalem montis oliuarum, ſita 15 ſtadiis, quae efficiunt duo circiter millia paſſuum ab urbe Hieroſ. remota, ubi CHRISTVS in coelum eſt ſublatus, nempe in parte montis, quae a palmis nomen nanciſcebatur. Ad Bethaniae montes congregabantur agni in iuge ſacrificium et Paſcha coemti, et eadem, qua CHRISTVS hora, accenſis facibus et oſculo excipiebantur, qua de re infra ampliſſimus dicendi erit locus.

§. 30. *Simeon*, Hebr. שמעון, Talm. סמעון et סימן, Graece Σιμεών, Συμεών, *exauditio*, uenit ab radice שמע, *audiuit, exaudiuit, Gen. XXIX. 33.* Noſter, ut in moribus olim poſitum erat, a ſtatu praeterito *leproſus* dicitur, quoniam lepra aliquando fuit infectus, licet lues illum deſeruerit. Nam in Scripturis quandoque, mutata re, priſtinum nomen manet, ut HIERON. *notat ad Matth. XXVI.* Sic Bathſeba uxor Vriae, cui antea nupſerat, Matthaeus publicanus, *cap. 10. 3.* Rachab meretrix, *Hebr. XI. 31.* BYNAEVS exiſtimat, Simeonem tum temporis lepra infectum non fuiſſe, quia CHRISTVS aedes intrauerit. Sed enim CHRISTVS uenit ad deperditas oues domus Iſrael, Medicus non firmorum, ſed diſcumbentium; atque ſic, ſalua auctoritate atque ſanctitate ſua, limina leproſi tangere poterat. Leproſis, licet ab hominibus ſecluſi ceteroquin iſti eſſent, *Leu. XIII. 46. Num. V. 1, 3, XII. 10, 14. 2. Reg. XV.*

XV. 5. exire interdum erat licitum. *Iuxta legem occludebantur, aſt cum de eorum lepra adhuc dubitaretur, eſſet, an non, quae occluſio duas durabat hebdomadas. Quod ſi eo interuallo lepra non ſanaretur, leproſi extra urbes et caſtra proiiciebantur, et ſic libere incedere ac obambulare poterant, ita tamen, ut, quando ſynagogam inirent, ſeiunctim ſederent, nec alios immundarent, teſte Maim. de Lepra c. 10. §. 12. Foris autem exeuntes, caput obuelabant et ora tegebant, praetereuntibus acclamantes:* Immundus ſum, immundus ſum, *ſi* MAIMON. *habenda fides l. c. §. 6.* Haud dubie tamen Simeon geſſit nomen leproſi, non a ſtatu praeſenti, ſed, uti diximus, praeterito, quod ante tempus lepra infectus fuerat.

§. 31. Ad u. 7. *ἀνακειμένου*, recumbentis, *τῶν συνακειμένων αὐτῷ.* D. LVTHER. ad noſtrum loquendi et ad menſas aſſidendi morem translationem accommodat, von denen, die mit JEſu zu Tiſche ſaſſen. In fontibus ſonat: Die mit ihm zu Tiſche lagen. Diſcumbendi ritus uetus mos eſt, cuius mentio ſaepe fit in ſacris, quando uoces extant; *ἀνακεῖσθαι, κατακεῖσθαι, ἀνακλίνειν, κατακλίνειν, συγκάθημαι, συνανάκειμαι, ἀναπίπτειν.* Obſoletam illam ergo conſuetudinem examinabimus. Primos homines, ante ſcamnorum, menſarum et ſellarum uſum, cibaturos in gramen, aut herbam, ſe conieciſſe, ex *Gen. XVIII. 4.* colligi quadantenus poſſe, quidam exiſtimant. Sed enim, uti una hirundo, ut in prouerbio habet, non facit uer; Ita a particulari ad uniuerſale non ualet conſequentia. Nam omni aeuo moris fuit, ut peregere aduolantes, in primis apud Orientales, ob maximum ſolis aeſtum, refrigerii cauſſa, ſub arbore uiridi, aut denſa, requieſcerent, et laſſitudine confecti recrearentur. Nullas ante Abrahamum menſas, ſcamna nulla, nullas ſellas fuiſſe, quis tam abſurdus foret, ut crederet. Veteres perinde ut nos aliquando *καθίζοντες*, *ſedentes ad menſas*, cibum capiebant. Vid. *Gen. XXVII. 19. XXXVII. 25. XLIII. 33. Exod. XVI. 3. Iud. XIX. 6. Ruth. II. 14. 1. Sam. XX. 5. u. 24. 25. 1. Reg. XIII. 20. Prou. XXXIII. 1. Ier. XVI. 8. Ezech. XLIV. 3.* Aſſentit PHILO, quando *περὶ τοῦ Ιωσὴφ*, *p. 376.* ſcribit: *μήπω τῶν ἀνθρώπων ἐν ταῖς συμποτικαῖς συνουσίαις κατακλίσει χρωμένων, nondum recepto more ab hominibus eius aetatis accumbendi in conuiuiis.*

conuiuiis. Similem in modum aliae gentes federunt in epulis, ut ATHEN· *ex Hom.* notat *l. 1. Deipnos.* καθίζονται ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες, οὐ κατακλίνται; *Heroes in conuiuiis sedent, non recumbunt.* In solemni, splendidoque Alexandri M· conuiuio duces CCC· argenteis, aureisque sellis purpura obductis, insidebant. De Romanis idem testatur SERV· *ad Æneid. 8. Maiores nostri*, inquit, *sedentes epulabantur, quem morem habuerunt a Laconibus et Cretensibus*; de Germanis TACITVS: *Lauti cibum capiunt, separatae singulis sedes, et sua cuique mensa*; de Gallis et Hispanis antiquis STRABO. Quae cum ita sint, BYNAEVS *l. c. p. 154.* bene monuit CASAVB· quod *Ex. 16. c. 22. p. 431. f.* omnes initio gentes graminibus, aut pellibus, postmodum mensis, accubuisse, accubitumque illum Romanis, Graecis, Persis, Medis, Indis, Hebraeis usitatum ab solis Iudaeis, paucisque, praeter illos, aliis, retentum et in dies usque seruatoris seruatum fuisse, putat. De cetero moris accumbendi prima iniicitur mentio, *Amos II· 8.* (nisi uestigia inuenisse liceat, *Cant. I· 11.* ubi מסב מטה *κατάκλισιν* uertunt *Graeci. Vid.* GROT· *ad Matth. XXVI· 26. 20.*) Vbi Ionath. per ueſtes intelligit triclinia: תעל שזין מסתין בסטר כל אגוריתן, atque super lectulis stratis, siue, ut uox Chaldaea sonat, triclinis accumbentes in omnibus aris suis. Scriptores N·T· crebro mentionem istius iniiciunt. Sic *Matth. XXVI· 20.* ἀνέκειτο, *Marc. XIV· 8.* κατακειμένου αὐτοῦ, *Luc. XXII· 14.* ἀνέπεσε καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ. ATHEN· sedendi more Veterum allegato, mox subiicit: *Nunc autem eo prolapsi sumus, ut discumbentes cibo fruamur.* PLATO *de Rep. l. 2.* ἐπὶ κλινῶν κατακλίσθαι. Ritus igitur ille, iudice GROTIO, *ad Matth. XXVI· 20. ab Assyriis*, addo Persis, *defluxit, usuque Graecorum et Romanorum confirmatus est.* Tres autem olim accubituri lectulos habuerunt, aliquando plures, pro numero adiacentium. Primarius discubuit in medio, proximus a tergo ipsius, et tertius ante faciem in sinu. Optime SAGITT· *l. c. p. 202*: *In sumendo cibo recumbebant in lectulis, ut quasi circulum quendam facerent, capitibus quidem semper introrsum ad epulas, pedibus uero extrorsum porrectis.* Sinus apud Veteres sedes fuit amoris, unde, in alterius sinu discumbere, signum singularis beneuolentiae, intimiorisque amicitiae. Erat ordinarie locus, auctore PLVT· *Sympos. L. 1. Q. 3.* ἢ γυναικὸς ἢ παίδων, aut uxoris, aut filiarum,

quae et ueteribus maximo in amore et pretio habebantur. Exinde phraſis innotuit, in gremio, in ſinu alicuius recumbere, educari in gremio. PLIN· *l. 4. Epiſt. 22. Coenabat Nerua cum Paucis, Veiento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat.* SVETON· *in Calig. c. 24. pleno conuiuio intra ſe (ſororem) collocabat, uxore ſupra cubante. Iuuen. Satyr. II.*

Signatae tabulae, dictum feliciter ingens
Coena, ſed in gremio iacuit noua nupta mariti.

Iulius Capitolinus in M· Antonio Philoſopho: educatus eſt in Hadriani gremio. Sic Iohannes, quem CHRISTVS ualde amabat. *c. 13. 23.* cubabat in gremio, ubi amor accubitus illius in ſinu, et accubitus in ſinu amoris κειτήριον diſerte nominatur. Similiter uxor Vriae, ſignificanter admodum, in ſinu mariti diſcubuiſſe, per ſimilitudinem ab oue petitam, legitur, *2. Sam. XII· 3.* Ad hanc conſuetudinem alludit parabola, *Luc. XVI· 22.* quando Lazarus deportatur in ſinum Abrahae, et *Luc. XXII· 30.* ubi promittit SEBVATOR diſcipulis: *Vt edatis et bibatis ſuper menſam meam in regno meo*; item *Matth. VIII· 11. accumbent cum Abraham et Iſaac et Iacob in regno coelorum.* Vnde *dilectiſſimus quisque* υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ein allerliebſtes Schooß-Kind, *filius, qui diſcumbit in ſinu patris*, quo ipſe nomine CHRISTVS inſignitur, *Ioh. I· 18.* Graecis dicitur ἐπιστήθιος, *amicus intimus*, qui quaſi in ſinu recumbit, et ſe admouet ſupra pectus alterius. Exinde Gentiles uitam aeternam ſub imagine accubitus et epularum depingere, amant, ut ex *Empedocle et Epicteto* conſtat. Addimus, quod ERSCHMIDIVS non adeo congrue ritum hunc per ſequentia nobis delineet: *Accubuerunt reclinati in thoris, ſiue lectiſtis, ita ut alter ad alterius pedes caput ſuum haberet.* Alterum enim ad alterius pedes caput habuiſſe, quis crederet? Rectius SAGITTAR· *Capitibus quidem ſemper intorſum ad epulas, pedibus uero extrorſum porrectis.* Vid PLVTARCH· *Q. Conuiu. l. 1. q. 3.* CIACCON· *de Triclin. et* VRSIN· *in Addit. Mercurial. de Arte Gymn. l. 1. c. 2.* PANCIR· *de Reb. deperdit. tit. 51. p. 511.* LIPS· *Antiq. Lect. l. 3. et* COMMENT· *ad Tacit. Annal. 13. c. 43.* LIGHTF· *Hor. Hebr. ad Ioh. XIII· 23. p. 659.* BYNAEVS *de Calc.*

V· H·

V. H. et de M. C. p. 407. STVCK. *Antiq. Conuiu. l. 2. c. 34.* CASAVB. *Ex. 16. f. 22.* ROSIN. *Antiq. Rom. l. 5. c. 28.* SCHINDL. *Lex. Pent. p. 1112.* BVXT. *de Coena Dom. §. 33. ſeqq.* GOODW. *Moſ. et Aar. l. 3. c. 2.* LVND. Jüd. Heiligth. *l. 5. c. 13. pag. 999. alii.*

Dicitur *Matthaeo* νάρδου μύρου βαρύτιμου, graui pretio, *Marco* πολυτελὶς, *Iohanni* πολύτιμου, multo, uel magno pretio, ſiue *pondere.* Sub diebus enim SERVATORIS eo maiore in pretio habebatur, cum illa aetate unica extaret urbs Laodicea, quae ſummo plauſu unguentum iſtiusmodi conficeret. SAGITTAR. *l. c. p. 18.* Cum *Matthaeus* ait βαρύτιμου, hebraizat, ſiquidem graue, iudice BYNAEO, idem eſt Orientalibus, quod pretioſum, qui modus loquendi inde fluxit, quod ueteres pecuniam non numerabant, noſtro more, ſed communiter librabant, qua de re alibi quaedam commentabimur.

§. 32. αλάβαστρου, Alabaſter-Flaſche, *Matth. XXVI. 7. Marc. XIV. 3.* Proprie eſt lapis albedine, ſiue candore, et leuitate inſignis, ex quo uaſa excauabant ueteres, teſte POLLVCE *Onom. l. 6.* et PLIN. *l. 13. c. 2. l. 36. c. 8.* Appellant aliqui Alabaſtritem, et naſcitur adeo tractabilis, ut, uaſis ex illo lapide cauatis, ipſa uitrea mentiri uideantur. Quibuſdam dicitur ἄγγος μὴ ἔχων λαβὰς, *uas, quod non habet anſas,* ἄνευ λαβῆς, quod minime prehendi poteſt, ab ἀστεγτιῶ et λαμβάνομαι, iuxta SVIDAM et SCHOLIASTEN ARISTOPHANIS. Vid. NORTON. KNATCHBVLL ad *Marc. XIV. 3. p. 20.* quod etymon tamen cum CLERICO recte ridemus. SALMAS. *ad* SOLIN. *c. 13. p. 187.* dici putat pro ἀνάβαστρος, ν in λ Attice et Aeolice conuerſo, ut λίτρου pro νίτρου, πλεύμων pro πνεύμων, ἰλύδης, pro ἰνύδης, λύμψας pro νύμφας. Sic ergo ἀνάβαστρος eſſet ab ἀναβάσαι, ferre, geſtare, βαστάζειν. Ita quoque VOSSIVS et SVICERVS. CLERICVS *in Annot. ad* HAMM. *p. 197.* omnium ueriſſime Alabaſtrum ait nomen eſſe Arabicum huius marmoris, nam בצרת, *batſraton,* dicitur, et, addito Arabico Articulo, אלבצרת *Albatſraton,* τὸ ἀλάβαστρου. Statuit id non propter Articulum modo Arab. אל, ſed etiam, quia ex Arabicis montibus caedebatur, atque inde primum aduectum innotuit. PLIN. *l. 36. c. 7. Onychen etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam alicubi, naſci putauere*

putauere ueteres. Paulo poſt: *Naſcitur circa Thebas Aegyptias, Damaſcum Syriae. Illic in Arabia Aegyptiaca urbs fuit propterea dicta* ἀλάβαστρα. PLIN· *l. 5. c. 9.* PTOLEM· *l. 4. c. 5.* qui montis meminit *Alabaſtrini.* Sed hac in re incognita nihil certe affirmare auſim. Ad rem propius accedendum eſt. Balſama in illis uaſibus incorrupte ſeruabant. SVIDAE propterea ἀλάβαστρον dicitur λίθινος μυροθήκη. *Scholiaſt. Antiph. ad Acharnenſ. pag. 302.* τὴν τοῦ μύρου λήκυθον, *uas unguentarium, Scholiaſt. Callimachi* ἀλαβάστρων τὰς μυροθήκας. *Scholiaſt. Theocriti in* Εἰδυλ. *15. p. 186.* ἀλάβαστρα σκεύη μύρων δίκτυα, *uaſa unguentorum receptacula, ſiue unguenta recipientia. Etymolog. Al· Auctor;* Ἀλάβαστρον ἢ ἀλάβαστρος λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν, *uaſculum lapideum, in quo deponebantur unguenta. Athen.* περιενεγκόντων τῶν παίδων ἐν ἀλαβάστροις ἢ ἄλλοις χρυσοῖς σκεύεσι μύρα; *Circumferentibus pueris in Alabaſtris et aliis aureis uaſibus unguenta.* Sic HERODOT· refert inter munera, quae Cambyſes rex Perſarum, per legatos, regi Aethiopiae transmiſit, ἀλάβαστρον μύρου, et AELIAN· *l. 10. c. 18. Venus,* inquit, *Phaonti* ἔδωκε ἀλάβαστρον αὐτῷ, ἢ εἶχεν αὐτὴ μύρον. Simili modo uetus Poeta, teſte SALMASIO, νάρδον ὑπὸ γλυακῆς κλειομένην ὑέλου, *nardum in uiride uitrum incluſam. Theocritus* meminit χρυσέων ἀλαβάστρων, et *uetus uocabul.* ὑελίνου, *uaſis uitrei.* Ita EPIPHAN· noſtrum uocat βίκιον ὑέλινον. Conſonat *Arabs*, LVTHER. DESID· ERASM· et acriter id defendit GROTIVS *ad Matth. XXVI. 7.* nec CASAVBONO diſplicet. SVIDAS dixit βίκιον μύρου, ᾧ ἠλείψατο ὁ χριστὸς, *urceolum unguenti, quo inunctus eſt CHRISTVS.* SAGITTAR· *l. c.* innectit: *Poſtea uero, cum e uitro et alia materia conflari coepiſſent eiusmodi uaſcula, etiam haec alabaſtra ſunt dicta, prorſus ut pyxis dicebatur etiam aurea et argentea, quae tamen proprie a buxo fiebat, et nomen e re inuenerat. Fortaſſis igitur non abeunt a uero, qui alabaſtrum, cuius in Euangelio fit mentio, uitreum fuiſſe cenſent.* Meo iudicio fruſtra taxant aliqui LVTHERVM, quod tranſtulit ein Glaß. Accommodauit enim uerſionem ad idioma linguae et morem loquendi inter Germanos receptum. De cetero priſcis uitra elaborabantur e cornibus animalium, et lapidibus concauabantur, tam ſubtilia, ut lux tranſire et uaſculum facile frangi poſſet. Fuit itaque uaſculum, ſ. VITRVM lapideum, eine Alabaſter-Flaſche, oder

Alaba-

Alabaſter-Glaß, cuius imaginem dedit BYNAEVS, deſcripſit PLIN. *l. 9. c. 35.* quod fuerit faſtigiata longitudine in pleniorem orbem deſinens. Romani dicebant guttum, quod oleum ex eiusmodi uitro aperto guttatim deſlueret. Quidam cum HAMMONDO, Mariam non fregiſſe uitrum illud, ſed tantummodo aperuiſſe, credunt, uti legunt *Syrus* et *Aethiops*. KNATCHB. *ad Marc. XIV. 3. p. 20: Concuſſit ergo, l. conquaſſauit, ut unguentum gratiorem odorem redderet, uel in totum effunderet, nec quicquam in imo uaſis reſideret. Eſt n. συντρέβω, concutio. Gloſſ. uet. et συντρέσει συνθλᾶ i. e. conquaſſat.* Forſan primum concuſſit, deinceps confregit, dum συντρίβειν manifeſto hoc ſenſu extat. SAGITTAR. notanter ait: *Neque tamen credibile eſt, in minutas comminuiſſe particulas, quomodo unguentum, aut in terram, aut, una cum unguento, fragmenta uaſculi in CHRISTI caput incidiſſent: Verum, quod uaſculum oris forſan anguſtioris eſſet, infregit unam atque alteram circa orificium particulam, ut totum, quod in eo erat, unguentum ſimul ac ſemel in caput CHRISTI poſſet infundere, neque quicquam inde ſibi reſeruaret.* Vid. CLERIC. *l. c. p. 108.* Sed hac in re parum eſt ſitum. Nobis noſſe ſufficit, inunctionem non tam communis conſuetudinis ergo, quam ſingularis cuiusdam myſterii ſignificandi cauſſa eſſe factam.

§. 33. Inungendi ritus perantiquus eſt, quem Maria ex Hebraeorum more retinuit, licet illo aliud quid, quam uulgo fieri conſueuerat, innueretur. IOHANNES commemorat, pedes a Maria eſſe unctos. MATTHAEVS autem et MARCVS, unguentum ſuper caput effuſum, docent. CALVIN. GVALTPER. PARAEVS, alii, oleum copioſe effuſum, ex capite in pedes usque, per ueſtes, defluxiſſe, qualem effuſionis deſcriptionem habemus, *Pſ. CXXXIII. 2.* ſtatuunt. BYNAEVS et cum ipſo plures alii aſſentiunt AVGVSTINO, qui mulierem prius unxiſſe pedes, et poſtea, quod ex unguento ſupererat, orificio uaſis fracto, in caput effudiſſe, contendit. Graecis in conſuetudinem iuiſſe, uetuſtiſſimi ſcriptores tradunt. Aliquando pedes inungebant, teſte ATHEN. DEIPNOS. *l. 15. c. 12.* cum affirmat, antiquos in unguentorum uſu admodum curioſos, atque nimis ſcrupuloſos fuiſſe, ſingulisque corporis membris unguenta deſignaſſe, quod ut probet, aduo-

cat ANTIPHANIS, CEPHISODORI et ANAXANDRIDIS uerſus, qui clare docent, pedes unctos unguento Aegyptio atque Bacharino. Ab ARISTOPHANE allegatur Philocleon, cuius pedes a filia iuncti, ubi *Scholiaſtes* ſubiicit; Παλαιὰ ἡ διὰ τῶν γυναικῶν τηρέλια, ᾗ οὕτως ἐτηρέλουν τοὺς πατέρας ᾗ γέροντας, ὥσε μετὰ τὸ νίψαι ἀλείφειν τοὺς πόδας. *Antiqua mulierum obſequia* (ſcil. lotio, unctio, pedum deoſculatio,) *et ſic curabant patres et ſenes, ut, poſtquam lauaſſent, inungerent pedes. Ariſtophanes*, eleganter admodum, meminerat lotionis, unctionis, deoſculationis, quae tria maxime in epulis honoris et amoris ergo Dominis exhibebantur ab uxoribus et inferioribus. PLATO *de Rep. 3.* quando ait: μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς etc. praemittit, *in honoris maximi teſtimonium.* IVL. POLLVX. *Onom. l. 6. c. 16.* ὅτι δὲ ᾗ μύρον ἐν τοῖς συμποσίοις ἐπιμνηστέον, *unguenti in conuiuiis recordandum.* ATHEN. *ex antiquo Poeta:*

Αὐτὰρ ἐπεὶ δόρποιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἔντο,
Ὡραῖος πῶις ἦλθε φέρων μύρον.

Cum coenae dulcis deſiderium depoſuiſſent, formoſus uenit puer, ferens unguentum. Vnguentorum in caput effuſio extat apud eundem ATHEN. ex *Archeſtrato* adducta.

Αἰεὶ δὲ ſεφάνοισι κάρα παρὰ δῶτα πυλάζου,
Καὶ ſακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε.

Denſas coronas in conuiuio capiti impone, et comam unguentis ſtillantibus bonis orna. Conſonant ANTIPHANES, PLVTARCHVS, HESYCHIVS et SCHOLIASTAE ueteres. Vid. DOVGT. *Anal. S. ad Luc. 7. 38. p. 52. 52. ſq.* Frequens unguentorum apud Romanos uſus ex CICERONE, CATVLLO, MARTIALI, SVETONIO, ceteris innotuit. De Hebraeis idem teſtantur ſcriptores ſacri, *1. Paral. XII. 40. Pſ. XXIII. 5. XLV. 8. Eccleſ. IX. 7. 8. Cant. I. 2. Ezech. XXIII. 41. Hebr. I. 9. 1. Ioh. II. 20. etc.* Vid. etiam *Gen. XVIII. 4. XIX. 2. XXIV. 32. Iud. XIX. 21.* LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Matth. XXVI. 7. p. 375.*

qui

qui neuose admodum scribit: *Visitatissimum erat in epulis, praesertim sacris, oleum aromatibus conditum, solitumque est, illud capiti alicuius praesentis illinere. Hieros. Berac. fol. 11. 2. Schola Schammaeana dicit: Oleum suaue dextra tenet, at poculum uini sinistra. Recitat primum benedictionem super oleum et dein super poculum. Schola Hilleliana dicit: Oleum dextra, poculum sinistra. Benedicit super oleum suaue, atque illinit capiti ministrantis. Si uero ministrans sit discipulus Sapientum, illinit parieti, nam indecorum, i. e. iuxta stragulas pedum eius. Si uult dignissimus eum secundo ab eo colloqui, necesse est, ut se erigat e recubitione sua, ita, ut erectus sedeat etc.* Regibus in primis ac Dominis oleum in caput effundebant Antiqui. In nuptiis capita Magistrorum inuncta, *Babyl. Chetubh. fol. 17. 2.* LIGHTF. *H. H. Marc. XIV. 3. p. 456.* Ad cerimoniam illam CHRISTVS alludit, quando *Luc. VII. 46.* obiicit Simoni: *Oleo caput meum non unxisti*, et *Matth. VI. 17. Tu uero quum ieiunas, unge caput tuum, et faciem tuam laua.* Pedum lotio ante cubitum ulitatissima. Orientales non gestabant calceos cauos, aut tibialia, sed soleas, *Gen. XIV. 23. etc.* Aestus in Oriente quoniam proficiscentes ualde delassabat, inde aqua ad refectionem opus isti habebant. Pedes insuper cum puluere admodum conspurcarentur, lotiones frequenter iterari debebant. Non autem lege quadam, ut lotio manuum, pedum lotio inculcata est, uti recte notat HOTTING. ad GOODW. *Mos. et Aar. p. 482.* sed simplicis potius, nudaeque consuetudinis lauacrum fuit, de quo RALBAG. ad *1. Sam. XXV. 41.* sic fatus est: אמרה זה על צר העבוה לחורות שדי אם תהיה לאשת לאחר מעברון דור ותרחץ רגליו כמנהג חאשה לבעלה: *Haec uerba humili animo dixerat Abigail, satis sibi fore, si quandam seruorum Dauid in maritum habere queat, atque eius pedes lauare, uti uxor hoc officium praestare solet.* Ποδολουσίαν uxorium fuisse officium, MAIMON. *Tr.* אשות c. 21. rotundis uerbis asserit: כל אשה רוחצת לבעלה פניו וידיו ורגליו, *unaquaeque uxor mariti faciem, manus et pedes lauat.* Fiebat tamen alias per seruos, ancillas et uilissimos domus, unde CHRISTVS, *ὑπόδειγμα ταπεινότητος, humilitatis exemplum*, relicturus, lauit pedes discipulorum, *Ioh. XIII. 5.* Et Abigail

gail de ſe fatetur: *Ecce ancilla tua pro famula erit ad lauandum pedes ſeruorum Domini mei 1. Sam. XXV. 41.* His praeſertim ex cauſſis uaſa in aedibus appoſita, ſeu νιπτὴρ, *peluis*, *Ioh. XIII. 5.* uel, ut cum Graecis loquar, ποδονιπτὴρ, *pelluuium.* Vſui uero illi uulgaria communiter uaſa deſtinata, quo trahunt, nec male, illud: מאב סיר רחצי, *Moab eſt olla lotionis meae*, Pſal. LX. 10. i. e. interprete GOODWINO. *p. 484. Moabitae ita mihi ſubſternentur, uelut pollubrum pedibus meis.* Vid. Luc. VII. 38. Ioh. XIII. 4 5. etc. LIGHTF. ad Ioh, XII. 3. DOVGTAEVS *in Anal. S. ad Luc.* VII. *38. p. 52.* Sicuti uero res inuſitata, iudice LIGHTF. *ad* Ioh. XIII. 5. ut ſuperiores lauarent pedes inferiorum, quod Seruatot fecit diſcipulis, quem ritum Pape R. ex ſuperſtitione imitatur quotannis, et nimiae ſanctitatis, uel, quod uero ſimilius, ſuperbiae affectu, ut ſe Vicarium CHRISTI uenditet: Sic unctio pedum ἁπλῶς ſpectata non erat res inſolita, ut in errore hoc uerſatur BARON. *Annal. 1. ad A. C. 32. Num. 26.* quando putat, non niſi Athenis apud aliquos deliciis deditos et delicatas uirgines in uſu fuiſſe, quem ideo, nec immerito, caſtigant, CASAVBON. *Exerc. 14. c. 12. p. 297.* et BYN. *de M. C. l. 1. c. 3. p. 254. et 257.* SAGITTAR. *P. 1. Paſſion. p. 170. Lauandorum pedum ritus priſcae Eccleſiae Chriſtianae antiquiſſimus eſt, unde Matth. V. inter alia uiduae in Eccleſiae miniſterium cooptandae χειτήρια refertur: Si ſanctorum pedes lauit. Poſtea in quibuſdam Eccleſiis receptum more fuit, ut poſt Baptiſmum lauarentur baptizatorum pedes, Ambroſ. l. 3. de Sacr. c. 1. Qualis lotio interdicta fuit in Concilio Elibertino A. C. 305. Can. 48. ad quae uerba Binius, tom. 1. Concil. Neque cenſeo in hoc Concilio interdictum, niſi tantum, ne fiat a ſacerdotibus.* Non ſine cauſſa fortaſſis. *Laſciuire enim coeperunt ſacerdotes. In aliquibus Eccleſiis S. Euchariſtiam acceſſuris pedes lauabantur. In primis autem homines religioſi piorum hoſpitum, ut et pauperum pedes abluebant. Tertull. ad Vx. l. 2. c. 4. Tale humilitatis ſpecimen, ad exemplum CHRISTI, poſtea exhibuerunt Magnates utriusque ſexus. De Helena Conſtant. M. matre refert Nicephor. 8. c. 31. Ipſam ſacris Virginibus, ad epulas uocatis,* ſuis manibus eſcam appoſuiſſe, malluuium et aquam praebuiſſe, aliaque omnia miniſteria obiuiſſe, *quae, conuiuis inuitatis exhibere, moris eſt. Nec hodie mos in deſuetudinem abiit. Nam,*

prae-

praeter Imperatorem R. Regem Angliae et Galliarum, ipſe Papa R. die Viridium pauperibus quibusdam pedes, iam ante lotos et odorifera aqua imbutos, lauat, lotos mantili tergit, abſterſos oſculatur, id quod pluribus enarrat Simeon Maiolus, Dier. Canicul. P. 3. Colloq. 6. In ſe non improbatur pedum lotio. Sed eidem meritum adſcribere quoddam, aut eandem pro ſacramento uenditare, aut ex ſuperſtitione quadam id officii proſequi, hoc eſt, quod, in uitiis ponendum eſſe, et cenſuram mereri, duco. Mulier noſtra pedibus SERVATORIS eſt aduoluta, et inungit iſtos, ut patrium morem imitetur, ſupplicium ritu, triſtitiae, fiduciae, honoris et amoris teſtificandi cauſſa.

§. 34. Pedes humectat lachrymis, et abſtergit capitis ſui capillis. Nam Antiqui diſcumbentes calceos, ſiue ſoleas, exuebant, ne lectulos profanarent. Vnde PLATO *de Sympoſ.* ὑπολύετε παῖδες Αλκιβιάδῃ, ἵνα κατακέηται, *ſoluite famuli* (Pagen) *Alcibiadi ſoleas, ut ad menſam accumbat.* Exempla plurima apud ARISTOPH. MARTIAL. PLAVT. alios proſtant. Hebraeos uero diſcalceatos recubuiſſe, copioſe aſſerit BYNAEVS *de Calc. Hebr. l. 2. c. 1. §. 8.* Vid. LIPS. *Antiq. Lect. l. 3.* CIACCON. et VRSIN. *de Triclin.* et HIER. MERCVRIAL. qui in *Appendice l. 1. c. 11. de Art. Gymn.* hoc in argumento prolixus eſt, ac inſimul ritus imaginem exprimit, quam repetit BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 3. p. 260.* Praeterea Veterum feminae, ut noſtrae, cum ſequior iſte ſexus munditici nimis ſtudioſus ſit, in capillorum ligatura ornamentum quaerebant. *Capillitium*, interprete BYNAEO, *aliquando ad talos uſque promiſſum in crines et ſertas diuiſum, et in capite conglobatum et ſpiratim conuolutum mulieres geſtarunt*, quam conſuetudinem damnant Apoſtoli in primorum Chriſtianorum matronis et uirginibus, *1. Tim. II. 9. 1 Pet. III. 3.* Inter Patres praeſertim TERTVLLIAN. in conſuetudinis abuſum inuehitur, quando crines eiusmodi ſpiratim conuolutos, quos Germani Haarlocken, Galli *fauorites* uocant, ob abuſum maximum, funes Satanae, qui ad captiuandos iuuenes tenduntur, iuſto nomine appellat. In triſtitia tamen conſtitutae paſſis ſedebant capillis, quod patet ex *Eſ. XLVII. 2.* etc. ad quem locum Magiſtri notant, tempore captiuitatis, luctus, aut alterius cuiusdam moe-

roris, capillos ſolutos et circum colla fluitantes habuiſſe. Idem etiam, quod Romanos attinet, ex LIVIO, PETRONIO, aliorumque ſcriptis inclareſcit. Confirmant id Veterum marmora, ac numi poſt Hieroſolymarum excidium cuſi, qui imaginem ſiſtunt paſſis crinibus ad arborem ſedentis, aut ſtantis feminae, cum addita inſcriptione: Iudaea capta. Peccatrix ſimiliter moeroris plena ſubtriſtis accedit, non ſine arcano quodam ductu, εἰς τὸν ἐνταφιασμόν. Pro linteis comam adhibet diſſolutam et diffuſam, atque capillis pedes abſtergit. Minus circumſpecte ceteroquin agunt, qui cum CASAVB. et BYNAEO hoc abſterſionis exemplum, uel cum more Veterum Gentilium conferunt, uel ex antiquis Ethnicorum ritibus illuſtrant, ſiquidem ab iſtiusmodi crimi Chriſtianos abſtinere oportebat. Sic enim CASAVB. *ad Luc. VII. 38.* abiecte ſcribit: *Huius moris extat neſtigium in Romana hiſtoria. Legimus enim, imminente aliquo Reipubl. periculo, (ut cum Annibal eſſet ad portas,) Romanas mulieres ſolitas, DEVM aras ſuis capillis abſtergere etc.* Apud ueteres quidem paganos magno in honore ſemper habebatur oleum, adeo, ut ſimulacra, ſaxa, ſtipites, et quoduis demum adorabile, eo inungerent, aut delibutum uenerarentur; πᾶν ξύλον ἢ πάντα λίθον, τὸ λεγόμενον, λιπαρῶν προσκυνοῦντες, *quoduis lignum, et quemcunque lapidem, modo unctum, quod aiunt, adorantes*, CLEM. ALEX. STROM. *l. 7.* Sed ritum hunc mutuati ſunt Gentiles ab Hebraeis, ut exemplum extat, *Gen. XXVIII. 18.* Surgens *ergo* (Iacob) *mane tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, et erexit in ſtatuam fundens oleum in ſummitatem eius, quae Iacobi inunctio non ſit ſuperſtitioſa, aut idololatrico cultu, ſed myſtico ſenſu inunctionem angularis lapidis, Aet. IV. 11. CHRISTI praemonſtrat.* Vid. AVGVSTIN. *de Ciuit. DEI L. 16. c. 38.* et DOVGTAEVS, *Annal. S. ad Gen. 28. 18. p. 31.*

§. 35. Iudas, cum illum unctio, quae, ut in ſe eſt καλὸν ἔργον, talem hic cenſuram non merebatur, male haberet, indignationem his uerbis prodit; εἰς τί ἡ ἀπώλεια, *ad quod perditio illa, inutilis profuſio* iuxta BEZAM, ἀσωτία *et* שחתה, iuxta GROTIVM, *luxuria, prodigalitas, profuſio, nequitia, perditio?* Quae ratio loquendi nec Hebraeis inuſitata. Graecum enim

εἰς

εἰς τί respondet Hebraeo למה, *ad quid, quare Gen. XXV. 22. et 32. Eſ. I. 11.* Ad u. 9. Adiicit proditor, ut peſſime ſentit, grauem rationem: *Poterat enim uenundari plus quam trecentis denariis.* Δηνάριον, *Denarius*, proprie uox eſt Latina. Scriptores enim ſacri, ut BYNAEVS, nec male, tradit, *retinuerunt Romanum nummi Romani nomen*, quomodo et ἀσσάριον, *aſſarius*, et κοδράντες, *quadrans*, apud ipſos occurrunt, neque aliter a profanis ſcriptoribus eſt factum. Denarius uocatur, quod decem aſſibus conſtabat, et, teſte PLINIO, *l. 21. cap. ult.* idem ualebat, quod apud Athenienſes drachma. Vnde Cleopatra; τὸ Ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμὴν ά; *Romanus denarius continet drachmam*, ſiue tres groſſos, einen halben Orths-Thaler, et cum Zuza unius eſt pretii, affirmantibus id *Hebraeorum Magiſtris*, u. c. R. GEDALIA *Schalſch. Hakkab. p. 88.* דינר וזז הכל אחד, *Dinar et Zuza omne unum ſunt*; et *Elia Leuita in Thisbi ad uoc.* דינר, quando ait: דינר לבשונם נקרא דינר יש מטבע והוא כסף זוז, *Dinar eſt moneta, uocatur in lingua eorum* דינר, *et idem ualet, quod* זוז; item *ad uoc.* זוז *l. c.* זוז רבע שקל כסף, *quarta pars Sicli argentei.* Vnde KIMCHIVS: השקל ארבעה זוזים, *Siclus continet quatuor Zuza*, quare *Syrus* etiam δραχμὴν, *Luc. XV. 8. 9.* uertit זוזין *Zuza*, et τὰ δίδραχμα, *Matth. XVII.* duo זוזין, *duo Zuzin.* Δηνάριον erat numiſma cenſus, *Matth. XXII. 19. et*, interprete GOODWINO, denarius facer, qui conſtituit δ. δραχμον Atticum, *Matth. XVII. 24.* erat dimidia ſicli pars, ſiue מחצות השקל, *dimidius ſiclus*, *Exod. XXX. 13.* qui antiquiſſimis Hebraeorum temporibus quotannis a quouis Iſraelita, trigeſimum annum aſſecuto, pendendus erat, eum in finem, ut inde ſacrificia iuga, ferta, libamina eorum, manipulum, duos panes Pentecoſtales, panes propoſitionis, ſuffitum, et ſi quae alia publico nomine ſacra fiebant, emerent. Vid. *Tract.* שקלים, *c. 4.* et ABEN-ESRA *ad Neh. X. 32.* Manſit illa pendendi conſuetudo ad excidium uſque Templi, quare IOSEPH. *de B. I. lib. 7. c. 26 p. 983.* ſubmonet: Φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ' οὖσιν Ἰουδαίοις, ἐπέβαλε δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν; *Stipendium uero, ubicunque degerint, Iudaeis indixit, binasque drachmas ſingulis deferre in Capitolium iuſſit, ita, ut antehac Hieroſolymis Templo pendebant.* Caeſar, ut

habet GOODWINVS, hunc Templi cenſum ſuo gazophylacio inferens abſtulit τὰ τοῦ Θεοῦ. Hinc CHRISTVS in quaeſtione illa nexata: *Licet cenſum dare Caeſari, annon?* Reſpondet: *Reddite, quae ſunt Caeſaris, Caeſari, et, quae ſunt DEI, DEO.* Hic igitur cenſus poſtea ui decretia Veſpaſiano facti Capitolio etiam Romano depenſus eſt, ut ex Ioſepho conſtat. HAMM. *ad Matth. XXII. 20. p. 106.* Denarios huiuscemodi Caeſaris imaginem cum nomine *Auguſti* et anno *captae Iudaeae* habuiſſe, exiſtimat. Sed bene CLERICVS: *Denarius potuit eſſe Tiberii aeque ac Auguſti, nec neceſſe erat, ſubactae Iudaeae annum in eo legi. Exigebatur duntaxat Denarius, in quo Auguſti, aut Tiberii imago cerneretur.* Figuram eorum, qui diebus Scruatoris cuſi ſunt, exhibet MARQVARD. FREYHER. *de Numiſm. Cenſus* et CASP. WASER. *de Num. Hebr. l. 2. c. 20.* Ex uno latere apparet Caeſaris imago cum inſcriptione: TI. CAESAR. AVGVSTI. F. IMPERATOR, atque ſic amplius; Ex altero Veſtae forma ſellae inſidentis, quae dextra lanceam, frondem olei ſiniſtra tenet, his additis literis: PONTIF. MAXIM. Scriptura autem meminit Romani nummi, denarii, quia Caeſaris nuntii, ſiue praefecti, pecuniam R. in Syria et Palaeſtina uu lgarem, et Imperator ab ſubactis Iudaeis denarios, tanquam ordinarium cenſum, exigeret, quod, ut ob breuitatis ſtudium cetera taceamus, uel ex ſola inſcriptione nummi, cuius mentio a MATTHAEO facta eſt, *cap. 22. 16. 17. 19.* apparebit. Vid. LIPS. *de Magniſ. Rom. l. 2. c. 3.* SELDEN. *I. N. et G. l. 6. c. 17.* CASAVB. *Ex. XVI. c. 6.* GOODWIN. *Moſ. et Aar. p. m. 960. ed.* HOTTING. et BYNAEVS *de M. C. p. 287.* Summa pretii, uidelicet 300 denariorum, importat 37 thaleros et 12 groſſos. Nam Romanorum denarii erant argentei, aurei uero, ſi qui darentur, fuerunt peregrini et aduentitii, uelut χρύσοι Attici, quod obſeruat GRONOV. *de Pec. Vet. l. 3. c. 15. et* BYNAEVS, *l. c. p. 287. ſq.* contra LIGHTF. *Hor. Hebr. in Marc. XIV. 5.*

§. 36. Ad u. 10. Ἔργον καλὸν, uti *Camero in Myroth. Euang. ad Matth. XXVI. 10.* arbitratur, phraſis quoque eſt *Syro-Chaldaea*, עבדת עובדא טובא, *egregium ac pulchrum* opus, interprete *Eraſmo ad l. c.* Syriace ſonat עבדא שפירא *opus elegans, decorum, lauda-*

laudabile, gratum, non ἀπώλεια, non perditio, non ἀσωτία, ut proditione infamis ille impoſtor aiebat, ſed καλὸν, שפירא, טוב, ſiue טובא, quae uoces Orientalibus non ineleganter ſignificant: *egregium, elegans, pulchrum, integrum, laudabile*, atque hic exactiſſime Graecum καλὸν exprimunt.

Ad u. 12. SERVATOR finem, propter quem illa mulier id fecerit, ſtatim ſubiicit, nimirum πρὸς τὸ ἐνταφιάσαί με, *Matth. XXVI. 12.* εἰς τὴν ἡμέραν ἐνταφιασμοῦ μου, *Ioh. XII. 7.* GROTIVS *Matth. XXVI. 12.* adnotauit τὸ ἐνταφιάσαι interpretandum eſſe per ἔλειψεν uoculae ὡσεὶ, *fecit quaſi ad me pollinciendum.* Quam uocem prudenter, ut et in hac apud *Marcum* hiſtoria, addidit *Syrus interpres*, quando uertit חדא דין דארמית בסמא הנו על גושמי איך דלמקברני עבדת: *Hoc autem, quod miſit aromaticum hoc in corpus meum*, tanquam *ad ſepeliendum me fecit.* Sic, apud *Homerum* ὡς comparatiuum ſaepe ſubaudiri, notant Interpretes. Voci ἐνταφιάζειν magnum pondus ineſt. Significat enim *condo intra* ἐντάφια, id eſt, *ſepulchralia lintea*, ut explicatur apud *Iſocratem* et *Plutarchum*; Atque ita proprie non deſignat actum ipſum ταφῆς, ſeu τὸ θάπτειν, ſed omnes actus praecedentes praeparatorios, qui praeſertim conſiſtebant in unctione et ἐνταφίων inuolutione, de quibus infra de *Sepultura CHRISTI* plura dicemus. De diſcrimine hoc ita olim AVGVSTINVS: *Non inuenit lingua Latina, quemadmodum appellaret* ἐνταφιάσας. *Non enim ipſi ſepeliunt corpora mortuorum, quod Graece eſt non* ἐνεταφίασαν, *ſed* ἔθαψαν. *Illi ergo* ἐνταφιάσαι *id agunt, quod exhibetur corporibus humandis uel condiendo, uel ſiccando, uel inuoluendo et alligando, in quo opere maxime Aegyptiorum cura praecellit.* Idem tradunt BEZA, CASAVBONVS, DRVSIVS, LVDOV. DE DIEV, BYNAEVS: Corpus ad funus componere, et ornamentis, ut ſic, dicam, ſepulchralibus ornare, quae Graecis ἐντάφια nominantur; Corpus mortuum parare ad ſepulturam, more Iudaeorum, corpus mortuum τοῖς ἐνταφίοις, hoc eſt, ὀθονίοις, linteis ſepulchralibus, additis unguentis aromaticis, inuoluere, *Ioh. XIX. 40.* CASAVB. *Ex. 16. §. 112.* praeterea inter ταριχεύειν et ἐνταφιάζειν diſcrimen eſſe, putat. *Aegyptiorum conditura fiebat intrinſecus, corpore exenterato, et cerebro per nares extracto, quod Grae-*

ci dixerunt ταριχεύειν. *Hebraei unguento et corpori aromata extrinſecus applicando, deinde faſciis inuoluendo, mortuos curabant, Matth. XXVII. 59. Marc. XVI. 46. Luc. XXIII. 53. Ioh. XX. 39. 40. Vnde in ſcripturis de conditura Hebraeorum dicitur non* ταριχεύειν, *ſed* ἐνταφιάζειν, ſiue ἀλίφειν. Eodem ſenſu nomen ἐνταφιάζειν *LXX. Senes Gen. L. 1.* accipiunt. Id uero praedixit mulier, capillis lintea ſepulchralia et faſces, quibus pedes Seruatoris implicuit, oleo et unguentis, quae ſuper ipſum effudit, baſſamationem praemonſtrans.

§. 37. Ad u. 13. Addit Seruator in rei huius teſtimonium uehementem aſſeuerationem ἀμήν, quam uoculam *Iohannes*, quoties uſurpat, geminat; ἀμήν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν. Vox ἀμὴν ab Hebreis oriunda in Graecos, Italos, Germanos, nationes alias, uenit, ab radice אמן, *uerus, fidus, fidelis, certus, ratus, ſecurus fuit*; Arabice *credidit, fidit, fide iuſſit.* Vnde אמנם, אמן, אמנם, *certe, profecto, uere*, aequipollent. Circa uocis explicationem Interpretes uarias in ſententias abeunt: DINCKEL. *Orat. de Hebr. Ling. N. 4.* אמן idem eſſe putat, quod אל מלך נאמן, *DEVS rex fidelis.* Sed caballiſtica eſt alluſio, non uera etymologia. *Talmud* hanc in uocem ita commentatur, *Libr. Schebhuoth, fol. 36.* אמר ר' יוסי בן רבי חנינא אמן בו שבועה בו קבלת דברים בו האמנת דברים בו שבועת דכתיב ואמרה האשה אמן אמן בו קבלת דברים דכתיב ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת לעשות אותם ואמר כל העם אמן בו האמנת דברים דכתיב ויאמר ירמיהו אל חנניהו אמן כן יעשה יי' את דברך: *R. Ioſe dicit filius Chaninae*, AMEN *modo habet uim iurisiurandi, modo approbandi dicta, modo confirmandi dicta. Iurisiurandi uim habet, cum ſcriptum eſt:* Et dicet mulier illa: AMEN, AMEN; *Approbandi dicta, cum ſcriptum eſt:* Maledictus, etc. *Confirmandi dicta, cum ſcriptum eſt:* Sic faciet Iehoua, praeſtabit Iehoua uerba tua. Similiter iusiurandum deſignat apud MAIM. *Tr. Schebh.* c. 11. Nec alii ex *Hebraeorum Magiſtris* diſſonant. Id non erat reticendum, quod Iudaei

daei in pronuntiatione AMEN nimis ſint ſuperſtitioſi. Vnde, quemadmodum inter illos, interprete D. PFEIFFERO, *Dubb. Vex. p. 946.* in uulgus notum, *in nitio ponunt triplex AMEN, ſc.* Acceleratum, *quod accelerate et feſtinanter effertur, quaſi cum* א *breuiſſimo et accentu in ultimo, ueluti* אָמֵן, *uel quod ante abſolutam orationem praemature reſpondetur:* Amputatum, *a quo ultima litera* ן *in pronuntiatione quaſi ſucciſa et amputata eſt, ac ſi diceretur* AME: Pupillare *denique, quod praecedente benedictione, ceu patre, caret, quando ſcilicet quis inconſiderate et animo aberrante reſpondet* AMEN, *non ad praeuiam Sacerdotis benedictionem, uel orationem, ſed ad populi murmura. Haec diuerſa uocis* AMEN *pronuntiatio fructu et effectu caret, immo poenam ſecum trahit neglectae attentionis et zeli intermiſſi. Id Hebraei iudicarunt his uerbis:* Quicunque reſpondet AMEN PV-„ PILLARE, eius libri erunt pupilli: ACCELERATVM, eius„ dies accelerabuntur, uel celeriter tranſibunt, qui uero pro-„ tenſa pronunciatione effert AMEN, eius dies et anni pro-„ longabuntur.„ LIGHTF. *H. H. ad Matth. VI. p. 302.* exiſtimat, Amen publice ſaltim adhibitum eſſe in Synagoga, ubi reſponſum ſit a populo Amen ad preces fuſas a Miniſtro; Itemque domi patrifamilias benedicenti, aut oranti a ſuis; At rarius, aut nunquam priuatum quendam orantem ſuismet precibus illud ſubiunxiſſe, unde et factum putat, ut CHRISTVS publicaturus orationem Dominicam adiiceret AMEN, quod apud Lucam, ubi priuatim eandem recitarit, omiſerit, cui tamen ſententiae, cum CHRISTVS ad Magiſtrorum ſe παράδοσιν nunquam accommodauerit, non ſubſcribimus. Formulam Ἀμὴν λέγω ὑμῖν inuoluere iuramentum, ex ueteribus uolunt GREGOR. NYSSEN. THEOPHYL. CHRYSOST. OECVMEN alii; Ex Recentioribus SAM. PETIT. *Var. Lect. c. 17. Nullus*, inquit, *dubito, iſta eſſe repetenda e iuramentorum formula. Nam iudex adiurabat, qui iurabat, reſpondebat* AMEN. *Quare cum dicit CHRISTVS,* Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, *idem eſt, ac ſi diceret:* Iuratus uobis dico. Idem ſtatuit LVDOV. DE DIEV *ad Matth. V. 28.* Sed enim, rem ſi accurate perpendamus, his uerborum ambagibus facile ſuperſedere interpretes illi poterant. Multa ſciunt aliqui linguarum notitia probe tincti, ſed, quod ſciunt, non ſciunt diſtincte, cum tamen una ſaepe numero

mero diſtinctio omnem rem expediat. Quapropter, qui Philoſophiam Linguarum addunt ſtudio, optime ſibi conſulunt, maiorum more, ab ſoliditate, perſpicuitate, ordine, tantum non omnibus, ſe commendantium. Hoc dum cogitamus, in mentem uenit, ἀμὴν ſpectari poſſe 1) extra contextum, in ſe ac in theſi, ubi ualet idem, quod ἀληθῶς, ut apud *LXX. Senes* πεπιστωμένως, quo ſenſu SVIDAS et AQVILA accipiunt, ἀληθῶς, ἐπ' ἀληθείας, *certe, uere, in ueritate*, ut ipſi *Scriptores* interpretantur *Sacri.* 2) intra contextum, accidentaliter et in hypotheſi, quando ſignificationes aſſumit, quas circumſtantiae textus et uocum poſitus poſtulant. Tum quandoque *formula optandi* eſt, *1. Reg. I. 36. Pſ. LXXII. 19. 1. Chron. XVI. 36.* Vnde clara olim uoce uniuerſi clamabant ἀμήν, *1. Cor. XIV. 16.* Poſt preces abſolutas et gratiarum actiones πᾶσα ἐκκλησία, fauſte conclamabat; ἀμὴν, *fiat, utinam fiat*, γένοιτο, γένοιτο, quomo- *LXX. Senes, Pſ. LXXII.* et alias uertunt, ita, ut deſiderii uehementiam ſignificet, quod Patribus Graecis, IVST. MARTYRI et CYRILLO non diſplicet. Hunc ſignificatum ſubinuoluit, quando iusiurandum denotat, ut *LXX. Viri* mulieris uerba Num. 5. reddunt; γένοιτο, γένοιτο. Quamuis enim dantur, qui, non iuramenti religionem, ſed tantummodo aſſeuerationem, corroborationem et ſermonis confirmationem Hebraeis ſignificare, putant, exempla tamen in contrariam partem ab Orientalibus adducuntur. Erat quoque *formula approbandi*, in Eccleſia praeſertim Graeca, cum Miniſtro, qui ſingulis coenam diſtribuebat ſacram, pronuntianti benedictionem, ſeu gratiarum actionem, ille, qui panem benedictum et poculum accipiebat, reſponderet AMEN. Vid. BYNAEVM *de M. C. l. 1. c. 3. p. 330.* hanc in rem uerba CHRYSOSTOMI ad Pſ. CVI. allegantem. Vt breuis ſim, *formula* modo *iuramenti* eſt, modo *uotiua*, modo *approbatiua, confirmatiua, aſſertiua, conteſtatiua, aſſeueratiua*, atque ſic amplius, quod ex συναφεία textus diiudicandum. Quando formula ſigillatim l. c. ſpectatur *materialiter*, ratione certitudinis et ueritatis, ac *obiectiue*, tum cum iuramento pari paſſu ambulat. *Formaliter* uero iuramentum ſtricte ſic dictum dici nequit. Dum potius ad uehementem accedit aſſeuerationem, quandoquidem *Scriptoribus Sacris*, LXX. SENIBVS, AQVILAE, SVIDAE, *Graecis Patribus;*

ἀμὴν,

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν, quantum quidem ego iudicare poſſum, eſt inſolita, nemini alias, praeter CHRISTVM, uſitata, eo ſenſu eminente et ἐξοχικῶ. Sicut enim ἐπ' ἀληθείας λέγω ὑμῖν priorum formularum commentarius et κατήχησις cenſetur; Ita quaeuis earum implicat *Obiectum*, rerum prolatarum certitudinem, efficaciam, ueritatem, *Subiectum*, infallibilem et ueraciſſimum Dominum, qui eſt in Abſtracto ἀλήθεια, DEVS ueritatis, *Ieſ. LXV. 16.* ὁ ἀμὴν, *Apoc. XIV. 3.* qui αὐτοπίστως et κυρίως, propria nixus auctoritate, ueritatis teſtis ὁ ἀμὴν, ὁ μάρτυς, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, inſuper ἀληθῶς, ſiue ἐπ' ἀληθείας, quae uocula prioris ἀμὴν, uti diximus, perbreuis ſunt et perſpicuus commentarius, τὴν ἀλήθειαν, eamque coeleſtem reuelabat. Vnde BYNAEVS notat, *a Iohanne ideo repeti* ἀμὴν, ἀμὴν, *ut deſignetur ſenſus ille duplex*: *Ego* ὁ ἀμὴν, *qui ſum ueritas, ſiue* ὁ ἀμὴν, ὁ μάρτυς, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, *dico nobis, et iterum* ἀμὴν, *uere, ſiue in ueritate*, addo τὸ ἀμὴν, id eſt, τὰ ἀληθινὰ, ſeu τὴν ἀλήθειαν, ueritatem *uobis dico*, ratione ſimul Subiecti, Modi, Obiecti atque ſic porro habita. Vid. LIGHTF. *Harm. IV. Euang. P. 2. ſ. 12.* et *H. H. in Ioh. I. 52.* Id uero, quod SERVATOR tam uehementer aſſeuerat, ſequentis eſt tenoris: *Vbicunque praedicatum* - - εἰς μνημόσυνον ἀυτῆς, *in memoriam ipſius.* μνημόσυνον, emphatica uox, non ſimplicem, aut qualemcunque praeteritorum recordationem importat, ſed perpetuo duraturam, cum laudibus aſſiduis coniunctam, ita, ut factum laudabile momento quaſi marmoreo ſit infigendum. Sic enim Priſcis ſonat זכרון, μνημόσυνον, *momentum ſepulchrale*, perpetuae recordationis ergo in mortui laudem fixum et poſitum, μνῆμα, μνημεῖον et μνημεῖον, de quo infra de *Sepultura CHRISTI* uerba faciemus. Vid. interim, de AMEN PFEIFF. *Dubb. Vex. N. T. loc. 43. p. 946.* BVXT. *Lex. Talm.* FVLLER. *Miſcell. l. 1. c. 2. et* WAGENSEIL. *ad Sota, p. 379.*

§. 38. Ad u. 14. *Iudae* uox, origine Hebraea, uenit ab radice יהד, *manauit, emanauit*, et actiue *emanare fecit, emiſit, eiecit;* In Coniug. Hiphil *confeſſus eſt, celebrauit, laudauit.* Datur radix huic affinis הדה et apud Graecos δάω, *expello rem dimanantem*, item ἀείδω, ᾄδω, *cano libera uoce gloriam DEI*, ut ad

alios dimanet. Atque sic ui uocis Iudas designat *confessorem, laudatorem, filium celebrationis* et תורה, *publicae confessionis*, quale nomen mater Patriarchae dedit Iudae, *quod a partu eius DEVM laudaret, Gen. XXIX. 35.* Priscis enim res non casu, aut fortuito, sed προαιρετικῶς, *consilio*, pleraeque nominibus adpellabantur. Post tribuum scissuram soli tribui Iudae nomen hoc tributum est, adiunctaeque tribui Beniamin, quae, iunctim spectatae, regnum Iudaicum constituebant. Postremum omnes promiscue dicti sunt Iudaei. Hoc nomine noster Iudas degener et periurus insignitur saltim λεγομένως, κατ' ἀντίφρασιν; *Simon* autem a patre, more gentis suae perantiquo; Ischarioth denique non ab איש, *uir*, et ברת, *abscissio, exterminium*, quod turpissima defectione seipsum a CHRISTO, ἀριθμῷ τῶν δώδεκα, et uita aeterna absciderit, quemadmodum libellus repudii, βιβλίον ἀποστασίου, Talmudicis ספר כריתות, *liber abscissionum*, dicitur: Neque a שכר, *merces*, et נטה, *defecit, mercede quasi inductus ad defectionem*, uti uult TREMELL. *ad Matth. X. 4.* Neque a סכר, *strangulauit*, uti scribit IVNIVS *ad Matth. X. 4. Aliis secariut marsupium appellatur et Secariuta ὁ ἔχων γλωσσόκομον, ut Ioh. XII. 6. Sed ego, omnibus expensis, per anticipationem, statuo adpellari, quasi strangulatum dicas, qui ultro declinauerit ad strangulationem sui, ut narratur infra. 27. 5. et Act. I. 18. Est enim Secar strangulare Syris et Mascera strangulatio*, cui sententiae etiam subscribunt WASER. *de Antiq. Num. Hebr. l. 1. c. 19.* et qua partem LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Matth. X. 4.* Nec ad illos accedere possum, qui, idem forte significare, quod *Iudas cum cinctorio*, arbitrantur, quando aiunt: *Secariut marsupium et Secariuta ὁ ἔχων γλωσσόκομον, unde Iscariotes portitor Glossocomi, siue Glossocomarius, Iudas cum cinctorio, in quo ueteres consutas habebant crumenas, in quibus nummos circumgestare consueuerant, prout ex Aruch ad uocem* אפונרה *et* תרמיל *aliqui notant.* Forsitan ab urbe, aut patria, uerius notionem deriuant ANGEL. CANIN. BEZA, SCVLTET. VOSSIVS, DRVS. CAVE, GROTIVS, qui tamen a se inuicem discrepant, dum *illi* eam deducunt a קריות, urbe, *Ios. XV. 25.* hic autem, nempe GROTIVS, deriuari censet ab איש et יששכר, ein Mann von Issaschar, quod nomen extat, *Iud. X. 1.* et, addita terminatione Graecis familiari, Ischariotes pronuntiaretur. Rationes, quas

affe-

afferunt, ſequentis ſunt tenoris: 1) Codices non pauci legunt Σκαριώτης, ipſe interpres *Syrus* habet סקריותא, et *Codex Cantabrigienſes*, qui THEODORO BEZAE fuit, ἀπὸ Καρυώτου, *a Carjoto*. 2) CHRYSOST· THEOPHYL· *et* HIERON· *ad Matth. X· 4.* ita ſentiunt. 3) Cum, plerosque inter Eruditos, Apoſtolos Iudaeos fuiſſe, conſtet, nomen, oportet, ab Hebraeis deducamus. 4) *Ioſ. XV· 25.* urbis fit mentio *Carioth*, קריות, et ſcimus omnes, qui a patria deſcribuntur, uocari eius loci uiros, uel filios, ſed praeſertim uiros, *Eſr. I·* more Gallico, *enfant de Paris.* Inſuper autem hic noto, aliquos dictionem noſtram deriuare a ſolo uocabulo קריות, quae Syria dialecto, aut fortaſſis Hebraea, Apoſtolorum memoria Iudaeis familiari, legeretur סקריות, ut סקבל pro קבל, *caligo*, סגרגר, *granum*, pro גרגר, et סגלגל, pro גלגל, *rotundum*, ac praepoſita Iod Iſchariotes. Solitum enim, iis nominibus, quae a gemina conſonante incipiunt, annecti literam i, ut Ἰσπανία pro Σπανία. Sic Turcae hodie ex Scopia faciunt Iſcopia, ex Scodra Iſcodra, Galli ex ſchola eſcole. BYNAEVS de M· C· p. 279. qui omnibus expenſis tandem ſubiicit: Quare hic ἐπέχειν malo, quam dubia dicere et incomperta, maxime cum parum hac in re ſitum ſit. Vid. KEMPII Diſſ. de Oſculo Iudae Art. II· §. 4. p. 32. ſqq.

§. 39. Ad u. 14. Primaria perſona *contrahens* eſt Iudas, unus e duodecim. Nam de Sacerdotibus et reliquis Synedrii uiris ſupra diximus. Habebat SERVATOR, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε, *Luc. VI· 13.* Videlicet e diſcentibus duodecim praecipuos lateri ſuo adlegit, *deſtinatos nationibus Magiſtros*, ut TERTVLLIANO uocantur. Orientalibus, praeſertim a Chaldaeis, addo, Talmudicis, tales diſcipuli, more Graecorum, שליחין audiunt, *miſſi κατ' ἐξοχήν*, ideo, Hebraeorum ex ſententia, legati et extraordinaria inſtitutione inſtructi, ut principis ſui uoluntatem annunciarent. Noſtri ſimpliciter, more gentibus uſitato, *Duodecim*, poſt receſſum Iudae *Vndecim*, nominantur. Olim enim id erat conſuetudinis, ut, qui aliquo dignitatis, aut officii gradu, aucti erant, ab ſuo numero denominationem nanciſcerentur, utut ceteroquin ordinis iſtius uiri non omnes eſſent praeſentes. Sic *2. Sam. XXIII· 13. tres ex triginta capitibus, uerſ. 18. princeps trium* et *uerſ. 23.* Eodem modo Synedrii M· col-

legium Talmudicis uocatur *congregatio ſeptuaginta unius, Synedrium ſeptuaginta-unius-uirale.* Apud Athenienſes noti Πεντακόσιοι, *Quingenti, magiſtratus Athenienſium quidam ſecundum ab Areopagitis locum obtinens, cuius officium erat ciuilia munera, actionesque, de quibus quotidie inter populares lis erat, indicare.* STEPH. *Theſ. t. 3. p. 215.* Sic Electores, olim *Septemuiri* dicti, nunc ab ſuo numero *Nouemuiri* adpellantur. Loquitur ergo *Scriptura* cum Veteribus, quando Iudas εἷς τῶν δώδεκα, *Marc. XIV. 10.* ὢν ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, *Luc. XXII. 3.* et alias inducitur.

§. 40. Ab illo tempore *Iudas* abiit ad Summos Sacerdotes et στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, *Matth. XXVI. 14. Marc. XIV. 10. 11. Luc. XXII. 3. ſqq.* Per *Summos Sacerdotes* intelligunt interpretes *Synedrium M.* Quia enim capita Sacerdotum praecipui atque primarii Aſſeſſores erant, inde factum, ut nominarentur in ſacris Summi Sacerdotes, et uniuerſum Collegium ſubintelligeretur. Quo ſenſu Summus Sacerdos ἀρχιερεὺς et reliqui Sacerdotum praefecti ἀρχιερεῖς adpellentur, ſatis ex illis, quae ſupra diximus, conſtabit. Iam, quinam στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, die Haupt-Leute, oder die Hauptmänner des Tempels, in controuerſiam uenit. Vox στρατηγὸς deſcendit ἀπὸ τοῦ στρατοῦ, *exercitus*, στρατεύω, στρατεύομαι, *exercitum in expeditionem educo, cum exercitu uenio, bello inuado*, et ἄγω, *duco*, atque ſic στρατηγὸς ui uocis eſt ὁ ἄγων τὸν στρατὸν, *qui exercitum ducit, dux exercitus, militiae.* Sumitur 1) κατ' ἐξοχὴν, *ſtricte*, pro *Imperatore* et *Duce* exercitus *generaliſſimo*, General-Feld-Marſchall, *General en Cheff*, qui Graecis eſt Στρατάρχης, ut apud *Xenophontem* ἀγαθὸς στρατηγὸς, *et Athenaeum*, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, *dux ſupremus*, Βασιλεὺς τοῦ παντὸς στρατοῦ, ἡγεμονεύων, ἡγεμὼν *ſimpliciter et abſolute*, uti capiunt ARISTOT. PLVTARCH. PLATO, alii. 2) *laxe et ſenſu generaliori*, pro *quolibet duce in militia*, Krieges-Oberſten, qui ordini certo et cohorti praeeſt. PFEIFFER. *Ant. Graec. p. 487.* Quales autem h. l. στρατηγοὶ *Luc. XXII. 52.* et στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, *Act. IV. 1. V. 24.* acris eruditos inter altercatio. Pro *Senioribus magiſtratum in populo gerentibus*, quibus Romani conceſſerint ius circa cerimonias et res ſacras, accipit TREMELLIVS *in Not. ad Verſ. Syr. Luc. XXII. 4.* Pro *ordinariis Iudaeorum*

dacorum iudicibus BERTRAMVS *de Rep. Iud. c. 13. Pro praefectis Sanctuarii*, hoc est, rerum ecclesiasticarum, ex MAIMONIDE L' EMPEREVR *ad* BERTRAMVM *l. c. et* SAM. BOCHART. *Hieroz. P. 2. l. 1. c. 5. Pro Romanorum militum ducibus*, qui, ne Iudaei ad seditiones procliues turbas excitarent, sub dies in primis festos, ad tumultus et scelera hominum abigenda in porticibus Templi, teste Iosepho, publice constituti, accipit CHRYSOST. *in Matth. Hom. 80.* VATABLVS *ad Luc. XXII. 4.* item BELGAE: *d' Overste des Kryghs-Volks, dat den Tempel van buyten bewaarde.* Pro *custodia templi, siue praesidiariis militibus templi custodiae designatis*, quibus, qui praefuit, uocatus στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, STEPH. *Thes. t. 3. pag. 1066.* HAMMONDVS *ad Luc. XXII. 52. p. 376.* Pro *praefectis aedificiorum Templi res aediles procurantibus* GERHARDVS *Harm. Euang. cap. 169.* uenditat: *Habebant*, inquit, *quidem Romani in turri Antonia stationem suam, et inde mittebant aliquando milites in porticus Templi, imminentibus proxime feriis, ad tutandum Templum, ne turba existeret, ut enarrat* IOSEPH. *Antiq. l. 8. c. 4. et l. 5. c. 15. Romanos quoque milites executionem rerum criminalium suscepisse, satis ex historia constat.* Vnde LIGHTFOOTVS, antiquitatum sacrarum peritissimus, sumit ad *Act. IV. 1.* pro *ducibus praesidii ad tutandum Templum* in turri Antonia stationem suam habentibus. Missis his tantisper opinionibus, sic existimamus: Στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ *praefecti erant Templi uigiliis et custodiae in Templo praepositi*, ac ius, permittentibus Romanis, ab Synedrio M. illos captiuos abducendi habebant, qui *contra Legem, sanctitatem* in primis *Templi*, uel *intra* uel *extra* Templum, peccabant, quod olim exequebantur per ὑπηρέτας, id est, *ministros publicos*, aut, ubi necessitas exigeret, per *milites Romanos.* Hac praesertim ex caussa SEB. CASTALIO reddit: *Antistites* scil. Templi; *Syrus* interpres: חיל֣א דהיכל֣א et *duces militiae Templi*; BEZA, PISCATOR, ERASM. SCHMIDIVS: *Praefectos templo*; LVTHERVS: Hauptleute des Tempels; *Belgae* nouissimi: Hoofft-Manne des Tempels, quales sane erant στρατηγοὶ a nobis descripti. Nostro idiomate commode Oberster-Wachtmeister, Wachtmeister dicerentur, sermone Romano praefecti uigilum. Primarius ille custos communiter audit איש חר הבית, *princeps in monte Templi*, στρατηγὸς τοῦ

ἱεροῦ, Hauptmann des Tempels, *Act. IV. 1. et V. 24. 26.* qui alios habebat ſibi ſubordinatos στρατηγοὺς, *Luc. XXII. etc.* quales erant ex ordinibus Sacerdotum et Leuitarum, qui שוטרים, *miniſtris publicis*, ſiue ὑπηρέτας, ad captiuos ducendos et caſtigandos peccatores, ordinarie utebantur, *Ioh. VII. 32. 45. Act. V. 22. 26.* Vtut autem milites Romani, neceſſitatis lege, quae nullos admittit limites, ita iubente, in auxilium conuocati, et in miniſterium ab Hebraeis aliquando ſint adhibiti; Iurisdictio tamen, ſiue Ius Templi, et quaſi directorium manſit penes στρατηγὸν Iudaeum et ordinarios Hebraeorum στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, qui per Romanos milites, eorumque duces, ut noſtra memoria loquimur, iura ab Romanis conceſſa exercere poterant. Hinc LIGHTFOOT. alibi, nempe *Hor. Hebr. ad Luc. XXII. 4. pag. 559.* ueriſſime dixit: Στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ *ſunt duces uariarum excubiarum.* Στρατηγὸς *diſtinctiue ſumptus et per eminentiam erat* איש הר הבית, *montis Templi praefectus, qui caput erat omnium capitum excubiarum, diſtinctus hoc ipſo a Praefecto Templi Sagan, Sacerdotis S. uicario, quod ille excubiis tantum, hic toti miniſterio S. praefuerit.* Idem ſentit GERHARD *Harm. Euang. cap. 168.* Quamuis enim ſupra, praefectos aedificiorum Templi aediles procurantes eſſe, dixerat, hic tamen bene ſubiicit: *Eorundem praepoſitorum Templi* (הפקדים בית יהוה, 2. Reg. XII. 12.) *officium enim fuit in Templo excubias agere, ac ſedulo prouidere, ne ab aliquo illud pollueretur, quemadmodum Samaritani aliquando, nocte Paſchatis, illud contaminauerant, ſparſis in eo hinc inde mortuorum oſſibus, referente Ioſepho, lib. 18. Antiq. c. 6. Huius officii ratione dicebantur* שמרי הסף, *cuſtodes liminis, 2. Reg. XII. 10. ac ſtabant in domo Domini, non ſolum interdiu, ſed etiam noctibus Pſ. XXXIV. 1. tum laudum diuinarum concinendarum, tum cuſtodiae Templi cauſſa.* His addo GROTIVM *ad Luc. XXII. 4. et Matth. XXVI. 45. Erant hi in Sacerdotum numero, ſed peculiariter nominantur, quod eorum officio incumberet prehendere eos, qui in ſacra peccarent.* Στρατηγοὺς uocat τὸν στρατηγὸν *cum adiutoribus ei additis.* Ναm ἑκάστῃ ἀρχῇ δύω ἄνδρες ὑπηρέται ἐδόθησαν, *ut Ioſephus nos docet, Orig. 4. Solebant Romani praeſides diebus feſtis, quia tum magnus erat populi conuentus, ad Templi cuſtodiam, ne quid ibi contra mores Iudaeorum tentaretur, cohortem mittere, quam* σπεῖραν *uocat Ioh. XVIII. 3.*

τάξιν

τάξιν IOSEPHVS, *cuius uerba ſupra quoque allata a nobis hic repetenda ſunt ex libro* ἀρχαιολογίας 8. c. 4. Τῆς πάχα προσαγορευομένης ἑορτῆς ἐνεστώσης, καθ' ἣν ἔθος ἐστὶν ὑμῖν ἄζυμα προσφέρεσθαι, πολλοῦ ἀγ παντα χόθεν πλήθους συναχθέντος ἐπὶ τὴν ἑορτήν, δείσας ὁ Ῥωμαῖος μὴ νεώτερόν τι παρὰ τοῦτον προσπέσῃ, κελεύει τῶν στρατιωτῶν μίαν τάξιν ἀναλαβοῦσαν τὰ ὅπλα ἐπὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ στοῶν ἱστάνῃ, καταξελοῦντας τὸν νεωτερισμὸν εἴ ἄρα τις γένοιτο. Τοῦτο δὲ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς Ιουδαίας ἐπιτροπεύσαντες ἐν ταῖς ἑορταῖς ἔπραττον. *Vnde apertum eſt, hoc praeſidium feſtis diebus translatum ex Antonia, quae erat in poteſtate Romanorum, in porticus Templi.* Idem IOSEPH. Ἁλώσεως *l. 5. c. 15.* agens de Antonia: καθὰ δὲ συνῆπτο ταῖς τοῦ ἱεροῦ στοαῖς εἰς ἀμφοτέρας εἶχε καταβάσεις, δι' ὧν κατιόντες οἱ Φρουροὶ (καθῆστο γὰρ ἀεὶ ἐπ' αὐτῆς τάγμα Ῥωμαίων) καὶ διεσπάρμενοι περὶ τὰς στοὰς μετὰ τῶν ὅπλων ἐν ταῖς ἑορταῖς τὸν δῆμον, ὡς μήτι νεωτερισθείη, παρεφύλαττον. Φρούριον γὰρ ἐπέκειτο τῇ πόλει μὲν τὸ ἱερὸν, τῷ ἱερῷ δὲ ἡ Αντωνία. Κατὰ δὲ τάυτην οἱ τῶν τριῶν Φύλακες ἦσαν. *Extra feſtos dies Sacerdotes per ſuos nigiles Iudaeos Templum aſſeruabant, qui ὑπηρέται uocantur, Act. V. 22. 26. Marc. XIV. 65. Ioh. VII. 32. 45. et XVIII. 3. 12. et XIX. 6. Sacerdotes autem uni ex ſuorum numero imperium tum in uigiles quotidianos, tum in additos milites mandabant*: Is στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ *uocabatur, non diſſimilis Magiſtratus ei, quem praefectum Vigilum Romani uocabant. Ioſephus, eum ſummo Pontifici dignitate proximum fuiſſe, oſtendit,* Αρχαιολογίας, *8. 5.* τοὺς δὲ περὶ Ανανίαν τὸν στρατηγὸν Ανανον et c. 8. συλλαμβάνουσι ζῶντα τὸν γραμματέα τοῦ στρατηγοῦντος Ελεαζάρου. Παῖς δὲ ἦν οὗτος Ανάνου τοῦ ἀρχιερέως. Eius magiſtratus mentio eſt apud eundem IOSEPHVM aliquot in locis, et apud LVCAM, *Act. IV. 1. et V. 11. 24. 26.* Vnde ſimul diſcimus, eidem officio commiſſum fuiſſe, ut ex Synedrii iuſſu in legem delinquentes, uel in Templo, uel etiam extra Templum, prehenderet. Nam *prehenſionis ius et correctionis* citra mortem Iudaeis Romani permiſerant. At in hac hiſtoria Lucas plurali numero στρατηγοὺς nominat, qui et conſiliis interfuerant, *Luc. XXII. 4.* et per quos facta eſt prehenſio,

sio, *XXII. 52.* nimirum praefecto uigilum, connumerans adiutores ipsius officio additos, qualis ille, quem γραμματέα uocari a Iosepho uidimus, i. e. שטר, quod generale nomen est omnium eorum, qui maiores potestates consilio aut opera iuuant: Hos secutus est BYNAEVS *de M. C. L. I. C. 4. p. 345. sq.* qui per στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ intelligit *duces uariarum in Templo excubiarum*, quibus פקיד נגיד בבית יי, *inspector princeps in domo Iehouae praepositus*, *Ier. XXIX. 26. 27.* פקיד enim ille BYNAEO et GROTIO est στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ distinctiue et cum emphasi dictus, cui ius erat prehensionis in illos, qui in Templo, (addo, contra Templum,) delinquebant. Vid. *Matth. IV. n. 1. 3. XXVI. 24. et Cleric. ad Luc. XXII. 52. p. 773.* Nonnulli interpretes, utpote SYRVS, ARABS et PERSA interponunt וכפרי, *et scribas*, quoniam hi pariter magistratui erant addicti. Iudas igitur adproperat ad uiros Synedrii, qui consilia tam de interficiendo CHRISTO pessima inierant, ἵνα et πῶς, *quod*, siue *ut*, et *quomodo* ipsum occiderent; ac deinceps ad στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, qui CHRISTVM captiuum abducerent, quod testabatur euentus. Nam idcirco educit ὑπηρέτας et milites Romanos, ut innocentissimum caperet, et hostium potestati submitteret.

§. 41. Ad u. 16. παραδῶ. Quando legimus Act. II. 23. *CHRISTVM praescientia DEI traditum, cum accepissetis per manus iniquorum, crucifixum interemistis*, et Act. I. 16. *Oportuit impleri SCRIPTVRAM hanc, quam praedixit SPIRITVS S. per os Dauidis de Iuda, qui erat dux iis, qui comprehenderunt IESVM*, quod uaticinium extat Ps. XLI. 10. Quaestio poterat moueri, an praescientia diuina et absolutum decretum fuerit caussa, cur Iudas CHRISTVM Iudaeis prodiderit? Ad quam succincte respondetur 1) uerbum *oportuit* implicat necessitatem *consequentiae*, non *consequentis*, necessitatem *hypotheticam*, non *absolutam*, necessitatem *praecepti* respectu CHRISTI, necessitatem *medii* intuitu nostrum, quia nullum erat aliud medium, per uoluntatem DEI ordinatam, redemptionis nostrae, et quia DEVS PATER FILIO salutem humani generis iniunxerat, Ps. XL. 9. 2.) Distinguendum est inter decretum συγχωρήσεως, id est, *permissionis* et εὐδοκίας, siue *beneplaciti*; Traditio, cui in se nulla

nulla adhaeret ἀταξία, eſt a DEO, proditio, cuius cauſſa erat partim auaritia, partim odium, partim ulciſcendi libido, uenit a Diabolo, Luc. XXII. 3. Ioh. XIII. 2. Illam DEVS κατ' εὐδοκίαν uoluit et diſpoſuit, hanc ſaltem permiſit. Eadem ratione facta Pilati, Herodis, reliquorum CHRISTI hoſtium ſcelera, id eſt, internecionem et perſecutionem ex odio et inuidia ſubortam DEVS permiſit, et maximo habuit odio, ſerio ac uehementer uindicauit, ſed opus redemtionis, quo CHRISTVS, humani generis λύτρον, mactandus et coeleſti PATRI fuit offerendus, κατ' εὐδοκίαν, DEVS uoluit, et hoc reſpectu CHRISTVS τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἐκδοτος, *definito conſilio et praeſcientia DEI traditus eſt.* Quemadmodum agnus paſchalis abſque odio et inuidia oſculo exceptus tradebatur, mactabatur, offerebatur: Ita etiam Iudas CHRISTVM potuiſſet oſculo recipere, et tradere, his annexit uerbis: *Ecce agnum DEI, qui portat peccata mundi*; Sacerdotes debuiſſent agnum illum ἀναμάρτητον mactare et immolare absque odio uirulento, ſine animo infenſo, propter noſtra omnium peccata, in omnium λύτρωσιν, non propter propria, quae in CHRISTO nulla erant, ſcelera, quoniam praetexta blaſphematio, ἀποθέωσις, ars magica et reliqua, absque omni fundamento, ex inuidia ab hoſtibus ſaltim effingebantur. 3) Praedixit SPIRITVS S. ſcelera haec, quia praeuidit, praeuidit, quia futurum erat, inquit KROMAYERVS *in Syſtem. p. m. 244.* poteram adiicere, quia DEVS praeuidit, oportuit fieri, ſed ita, ut QVIA accipiatur non αἰτιολογικῶς, id eſt, *cauſſaliter*, (nam praeuiſio diuina non eſt cauſſa proditionis, irriſionis, hoſtilis crucifixionis) uerum λογιστικῶς *rationaliter*, ſiue *collective*, ita, ut ſit argumentatio ſaltem συλλογιστικὴ ab infallibilitate DEI ſumpta, quoniam praeuiſio DEI non poterat fallere.

§. 42. Ad u. 15. *Matth. XXVI. 15.* Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια; *Illi uero appenderunt ipſi triginta argenteos.* Nam promiſerant ei ἀργύριον δοῦναι, *pecuniam dare.* Αργύριον denotat 1) *generaliter*, γενικῶς et ἁπλῶς, quosue promiſcue nummos, id eſt, omnem pecuniam, ex quo demum illa cunque metallo ſit elaborata, in primis uero argenteam, ut apud *Hebraeos* כסף, *Chaldaeos* et *Syros* ܟܣܦܐ, quo ſignificatu frequenter utun-

tur Graeci, ut in illo *Thimoclis*: τ' ἀργύριον ἐςὶν αἷμα ϗ ψυχὴ βροτοῖς, *pecunia eſt ſanguis et anima mortalibus.* Tritum enim eſt, ut bene monet BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 4. p. 360.* in linguis quamplurimis, ut uocabula, quae metallum illud, poſt aurum, pretioſiſſimum deſignant, uſurpentur pro nummis, pecuniaue. Sic praeter *Hebraeos*, *Chaldaeos* et *Syros*, qui ſuum כסף ita ſaepius exprimunt, *pecunia, nummi*, Galli amant loqui *l' argent*, qua de re uid. WASER. *de Antiq. Num. Hebr. l. 1. c. 12.* Eodem capitur ſenſu, quando MARCVS ait: Ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι, *pacti ſunt ei, pecuniam ſe daturos*, 2) Ἰδικῶς et *ſpecialiter* ſunt nummi peculiares, quorum pretium accedit ad ualorem ſicli, et ſtateris, ſiue quatuor drachmarum. Vnde Graecis ſubinde τὸ ἀργύριον et ϛατὴρ ἰσοδυναμοῦντα ſunt. Apud Athenienſes nummus ϛατὴρ erat, parili pretio, Noctua dictus, de quo ARISTOPHANIS SCHOLIASTES commemorat in *Auibus*: Γλαῦκες ἀντὶ τοῦ νομίσματα. Ἡ γὰρ γλαὺξ ὄρνεόν ἐςιν Ἀθηνᾶς, Ὅπερ πάνυ τιμῶντες Ἀθηναῖοι, διὰ τὴν θεὸν, ἐν τοῖς τετραδράχμοις ἐνεχάραξαν νομίσμασιν. Ἄλλως; Ἡ γλαὺξ ἐπὶ χαράγματος ἦν τετραδράχμου, ὡς Φιλόχορος. Ἐκλήθη δὲ τὸ νόμισμα τὸ τετράδραχμον, τότε ἡ γλαὺξ, ἦν γὰρ γλαὺξ ἐπίσημον, ϗ πρόσωπον Ἀθηνᾶς, τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημόν τε βοῦν ἔχοντες. Noctuae *pro nummis.* Noctua *enim auis eſt Palladis, quam omnino colentes Athenienſes, propter Deam, tetradrachmis inſculpſerunt nummis.* Aliter: *Inſculpta* noctua. *Erat enim* noctua *inſigne, ſeu nota et facies Palladis: Cum priores eſſent didrachmi, inſigneque bouem haberent.* Si ἀργύριον cum Hebraeorum nummis conferimus, aequipollet, uti diximus, שקל, *Siclo*, teſte IOSEPHO *in Antiq. Iud. l. 9. c. 2. et l. 3. c. 9.* aut כסף, *nummo argenteo* ſenſu ſpecialiore accepto. Sic *Gen. XX. 16. dedit* אלף כסף, *mille* argentum, *Targum* expreſſe habet: אלף סלעין דכסף, *mille* ſiclos argenti *2. Sam. XVIII. 12.* dare tibi עשרה כסף *decem* argentum, hoc eſt, *decem Siclos*, quomodo *Targum* legit: סלעין דכסף, *ſiclos* argenti, et LXX. δέκα ἀργυρίους. Similem in modum *Onkelos* et *Ionathan* τὸ כסף alibi reddunt per τὸ שקל, ut *Gen. XLV. 22.* Fuſe de hoc argumento diſſeruit CASAVBONVS contra *Baronium, Exerc. 16. c. 8. et 9.* et ſcite dixit כסף et שקל *ſaepius in Scriptura et apud Paraphraſtas, atque quam-*

quamplurimos alios, esse ἰσοδύναμα, cui assentiuntur WASER· *de Antiq. Num. Hebr. l. II. c. 4.* GERHARD· *Harm. Euang. c. 168.* VOSSIVS *Harm. Euang. l. I. c. II. §. 10.* ANT· BYNAEVS *de M· C· l. I. c. 4. p. 362. sqq.* & HAMMOND· *l. c. p. 199.* Siclus uero continet 12. grossos, einen halben Reichs-Thaler, quatuor זוזים, *drachmas Atticas*, uel דינרין, *denarios Romanos, stateremunum.* Στατὴρ enim pretio 4. drachmas Atticas ualet, ut eruditissima *Cleopatra* testis est: ὁ στατὴρ δ' καλῶσι δὲ αὐτὸν τετράδραχμον, ἢ τὸ διπόντιον δὲ ὁμοίως ἄγει δ'. *Stater agit drachmas quatuor. Vocant autem eum tetradrachmum, et dipondium similiter agit drachmas quatuor.* Vnde apud HESYCHIVM; γλαυξ νόμισμα Ἀθήνησι τετράδραχμον. Et mox; γλαυξὲ τὸ ἐπιχάραγμα τῶ στατῆρος. Noctua *nummus Athenis tetradrachmus.* Noctua *nero insculpta nota stateris.* Stateris etiam mentio facta est, ut PFEIFFER· *Antiq. Grsec.* perbelle monuit, *l. 2. c. 39. p. 315. Matth. 17. 27. ubi alii intelligunt staterem, nummum argenteum tetradrachmum, qui duo didrachma continet, quem pro duobus, pro se et Petro, Saluator dare iubet iis, qui τὰ δίδραχμα colligebant: Alii stateremaureum didrachmum interpretantur, quod Dominus plus dare, quam petebatur, uoluerit.* Sed priori sententiae omnino palmam relinquimus. Saluator enim in omnibus bonae consuetudini cessit. BVDAEVS, MARLORATVS, WASERVS, GERGARDVS triginta argenteos pro Siclis sacris habent. Auctor etiam libri Aruch, postquam docuerat: *Siclus legis est* סלע *et sic Chaldaice redditur, continetque quatuor* דינרין, *denarios,* וזוז דינר, *et denarius et drachma idem sunt;* innectit, *Siclum fuisse Rabbinorum duos denarios, uel dimidium* סלע, *Sicli sacri, continentem.* At frustra haec proferuntur, dum ratione pretii, ponderisque non nisi unus Siclus fuit, quippe *profanus* aut, ut alias uocant, regius, et *Sacer* non pretio, sed nomine saltim et usu differebant. Vnde bene D· CALOVIVS, quando GROTIVM monet ad *Matth. 26. p. 434.* distinctionem inter Siclum uulgarem & sacrum nullam esse, docet. Porro poterant quidem spectari ut sicli dimidiati, seu diuisi, at enim per ideam et per conceptum saltim, ut in scholis loquimur, κατὰ τὸν ἀριθμόν. Huius rei testimonium affert Iosephus, qui superaddit; Δέχεται Ἀττικὰς δραχμὰς τέσσαρας, *Atticas capiebat drachmas quatuor*, uel unum στατῆρα, unde ORIGENES, EVSEBIVS et CODEX

CANTABRIGIENSIS, qui THEODORI BEZAE fuit, pro ἀργύρια ſcribunt ϛατῆρας. Id BYNAEO merum eſt gloſſema, de *M. C. p. 360.* Vnum uero tantum pondere Siclum olim extitiſſe, euincere VILLALPANDVS, *Appar. Vrbis ac Templi, P. 2. de Ponder. et Num. l. 2. Diſp. 4. c. 28.* ſtrenue allaborat.

§. 43. Vox ἔϛησαν denuo antiquitatem redolet, utut alii aliter ſentiant. *Vulgatus* habet: *Pacti ſunt, conſtituerunt*, item GROTIVS: *Conſtituerunt*, ut idem ſit, quod συνέθεντο; DESID. ERASMVS, *Verſio Interlinear. Belgae* LVDOV. *de* DIEV *Syrus* אקימו, *Arabs* אקאמוא, *Euangelium Hebraicum* נקבו, *definiuerunt, expreſſe nominarunt*, qualem nempe ſummam ipſi ſoluere uellent. THEOPHYLACTVS; συνεφώνησαν, ἀφώρισαν δῶναι, *conuenerunt, definierunt, ſe daturos. D. Lutherus:* Sie boten ihn. Sedenim propius uim τῷ ἔϛησαν attingunt, qui cum BYNAEO *de M. C. p. 364. ſqq.* et CAMERAR. *ad Matth. 26. 15. p. 10.* explicant per Hebraeum שקל, *librauit, ponderauit, appendit*, APPENDERVNT, quae ſignificatio non raro huius uerbi eſt, unde *Zach. XI. 12.* uerbum וישקלו *LXX. Senes* uertunt; καὶ ἔϛησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργύρια; Und ſie wugen dar, wie viel ich galt, dreyſſig Silberlinge. Exinde nummus dictus ϛατὴρ παρὰ τὸ ἱϛάναι, *ponderare, appendere*, et שקל, *ſiclus*, a שקל, *ponderare, appendere*, quae ſignificatio ipſa *Homerica* eſt, XENOPHONTI non infrequens, *Paed. 8.* τὰ δὲ ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες καὶ ἱϛάντες πράγματα ἔχουσι, et reſpondet moribus gentium, dum *Hebraei, Chaldaei, Syri*, immo Romani ex pondere ſummam aeſtimabant, qui mos hodie in Aethiopia, Guinea Africae, Iapponia, China, aliisque terrarum tractibus in uſu eſt, ut fortiter euincit WASERVS *de Antiq. Num. Hebr. l. 2. c. 3.* Nonnulli, ipſos Iudae ſtatim tradidiſſe nummos, conuentione facta, coniiciunt. Alii cum GERHARDO et PISCATORE pecuniam ei appendiſſe, ſed apud certum hominem depoſuiſſe, arbitrantur. Ego, cum hoc ſit incognitum, omnem circa hanc controuerſiam altercationem ſuperuacaneam cenſeo. Nobis ſufficit, noſſe ritum, ſecundum quem Veteres ἔϛησαν, וישקלו, appenderunt, id eſt, ex pondere aeſtimarunt pecuniam, uti nos ex numero nummorum, quo ſenſu nobiſcum exponunt BEZA, ERSCHMID. DAV. PARAEVS, DAN. HEINS. COCCEIVS, GER-

GERHARDVS, et plures alii. Vid. *Gen. XXIII. 16. 1. Reg. XX. 39. Eſr. VIII. 25. 26. 29. 33. Eſ. LV, 2. Ier. XXXII. 9. 10. et Schindler. Lex Pentagl. p. 1933.*

§. 44. Summa, qua Chriſtus uenditur, erat τριάκοντα ἀργύρια, Syr. תלתין דכספא, *triginta argenti*, ſcil. *ſiclos*, 30. Silberlinge; *Euſeb. Demonſtr. Euang. lib. 10. c. 4.* οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα στατῆρας. Nam Orientalium כספא et שקל, quem *Chaldaei* סלע uocant, ac *Graecorum* ἀργύριον et στατῆρα ratione pretii atque ponderis ἰσοδυναμοῦντα eſſe, ſupra audiuimus. Hi uero triginta argentei conſtituebant XV. thaleros communes. Pro tam leuidenſi ſumma proditor CHRISTVM tradit, quae inſimul erat pretium, quod maxime notabile, ſeruorum, ſeu ſclauorum. Valuit igitur GHRISTVS τριάκοντα ἀργύρια, quoniam habebatur ſeruus, *Phil. II. 7.* Serui enim & Sclaui 30. Siclorum pretio redimebantur, *Exod. XXI. 32.* ad quem locum *Maimon. More Neuoch. P. 3. c. 40.* obſeruat: *Seruo illati damni pretium hoc in caſu conſtitutum eſt, dimidia pars pretii hominis liberi, triginta ſcilicet ſiclorum argenti. Vt plurimum enim reperies, hominem liberum aeſtimari ſexaginta ſiclis; Seruum uero triginta*, et rurſus: *Pretium ſerui grandioris, aut minoris, maris, aut foeminae eſſe* ל סלעין, triginta Selain, argenti puri, id eſt, *triginta ſiclos.* Vnde D. CALOV. ad *Mt. 26. p. 434* ſcite ſcribit: *Diſcrimen inter maſcul. et foeminin. ſexum nullum in lege agnoſcitur, ſiquidem ex aequo, ſerui et ancillae, 30. ſiclorum* pretio, Exod. XXI. 32. aeſtimantur. *Errat igitur Grotius, quando ait:* Notant Hebraei, hominem marem plerumque aeſtimatum 50. ſiclis, ancillam 30. Idcirco, cum PTOLOMAEVS PHILADELPHVS, rex Aegyptorum, interceſſione Ariſtaei, captiuos Iudaeos manumittere uellet, ἐκέλευσεν, ὅταν τοῖς στρατιώταις ἀποδίδωσι τὸ μισθοφορικὸν, καὶ ὑπὲρ ἑκάστου τῶν παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτων καταβαλεῖν δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι, *iuſſit, ut quando militibus darent ſtipendium, etiam pro ſingulis, qui apud ipſos, captiuis penderent drachmas centum uiginti.* Vid. IOSEPH. *Antiq. Iud. l. 12. c. 2. et* BYNAEVS *de M. C. l. 1. c. 4. p. 371.* Drachmas enim quatuor continet Siclus, ut ex eodem Ioſepho obſeruatum eſt paullo ſuperius. Hoc cum ad planum ſit perductum, pretium ſerui olim fuiſſe Siclos triginta, utique

et mirabile eſt, quod Ieſus, qui μορφὴν δούλου, *formam ſerui*, accepit, argenteis triginta aeſtimatus a Pontificibus fuit, et factum non ſine arcano quodam Dei conſilio uidetur, quo etiam pertinet ſupplicium crucis, quod apud Romanos ſeruile erat, itidem pedum lotio apud Hebraeos ſerui officium.

§. 45. Ex his triginta monetis una Romae in Templo ſanctae crucis Hieroſ. et una Lutetiis Pariſiorum reliquias inter, quas uocant, aſſeruatur, quae tamen ſuppoſititiae ſunt. Harum mentio iniicitur apud BARON· *Annal. Tom. I. A· C· 24.* OCTAV· PANCIROL· *Teſori Naſcoſti dell. alma citta di Roma p. 151.* teſte BYNAEO *Antiq. Paſſion. p. 204.* FREYHER· *de Numiſm.* WASER· *de Num. Hebr. l. 2. c. 4.* ANTON· AVGVST· *Epiſcopum Tarracc. Cenſ. Dial. de Numiſm. 2.* qui figuram exhibet, quam repetit BYNAEVS, *l. c. p. 205.* SELDEN· *de I· N· et G· l. 2. c. 8.* FREYHER· *et* WASER· *l. c.* Ex uno latere conſpicitur caput hominis radios de ſe ſpargens uberrime, flos ex altero, cum hac ἐπιγραφῇ; ΡΟΔΙΟΝ, addito E· Suppoſititias eſſe, plurimae rationes ſuadent. 1.) Τριάκοντα ἀργύρια procul dubio fuerunt ſicli, quorum imago et ἐπιγραφὴ, ut alias audiuimus, longe erat alia. Vid. AR· MONTAN· *de Siclo*, BEZA *ad Matth. 17. 24. p. 60.* SCHINDLER· ad uoc. שקל, LVNDIVS, MENOCHIVS, GOODWINVS, etc. 2.) Monetae illae nec Hieroſolymis, nec alibi in Iudaea, aut Syria, ſed apud Rhodenſes cuſae ſunt, quod ipſe ANTON· AVGVSTIN· Papicola, non diffitetur. Vox ΡΟΔΙΟΝ, quae ſub finem, ex more Veteribus non infrequenti, pro ω habet o, clare demonſtrat, fuiſſe nummum Ῥοδίων, *ciuium Rhodi*, id eſt, Rhodenſium. Flos ille, roſa, quam Graeci ῥόδον uocant. (ὸ enim et ר olim ualebant ordinarie dſ.) erat inſigne Rhodenſium, unde titulus et nomen *Rhodenſis*, *Rhodus*. Caput humanum corruſcans eſt caput Phoebi, ſiue ſolis, qui ſub imagine capitis humani ab Rhodenſibus colitur, quod idolum inſigne inter praeſtigia mundi refertur, quapropter Poetae de illo egregie fabulantur. *Pontificiis*, quando, Ciceronem et alios ſcribere, *Iudaeos ex omnibus terrae partibus pecuniam Gentilium ſecum* Hieroſolymas detuliſſe, obiiciunt, reſpondemus: Haec in ſe licet uera ſint, utut etiam *Seldenus*, qui huiusmodi poſſedit monetas, duas tantum ualere drach-

drachmas, fateatur, attamen utrum triginta ἀργύρια Iudae collata praecise separati fuerint sicli triginta numero, an potius summam triginta argenteorum, hoc est, siclorum, constituerint, incertum est. Nam quamuis peregrino aere summam soluere potuerunt, a posse tamen ad esse, ut Philosophi aiunt, non ualet consequentia. Quemadmodum autem haec res maxime impedita et ambigua, ita monetas illas, quas uenerantur Papistae, superstites e numero triginta argenteorum Iudae, etiam nunc extare, nemo facile credet. Argumentum, quod dissentiens ab Sacerdotum et hostium CHRISTI uerbis, *non licet eos conicere in Corbanam*, desumit, admodum leuidense, immo nullum est. Pecuniam gentilem ideo fuisse, quis cogitaret? Vera enim ratio mox subiicitur. *Quia pretium sanguinis est.*

§. 46. Ad u. 16. Ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῶ, ut *Matthaeus* et *Lucas* habent, siue, ut *Marcus* exprimit; Ἐζήτει, πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῶ. Illud ἀπὸ τότε est Hebraismus, quod etiam LVDOV. CAPELLVS *in Spicil. ad Matth. 26. 16.* annotauit. *Saepius*, inquit, *occurrunt in N. T. hae phrases* ἀπὸ τότε et ἀπάρτι, *quae sunt Hebr. nam* ἀπὸ τότε *est* מאז, *quod uide Ps. XCIII 2.* נכון כסאך מאז, ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε, et *Prou. VIII. 23.* קדם מפעליו מאז, *ante opera sua*, ἀπὸ τότε -- Ἀπ' ἄρτι uero est Hebraicum מעתה, quod passim est obuium, ut מעתה, ועד עולם *a nunc et in aeternum.* Ita se res omnino habet. Εὐκαιρίαν *Grotius* explicat per Hebraeum זמן, *opportunitatem, tempestiuum tempus.* Sic interpretantur VVLGATVS, VERSIO INTERLINEARIS, BEZA, PISCATOR, ER. SCHMIDIVS, BYNAEVS, *Belgae* gelegenheyt, et in margine bequamen tijt. Εὐκαιρία significat utique tempestiuum tempus, opportunissimum tempus, auspicatissimum tempus. Καιρὸς enim idem est, quod עת ab עתת, atque sic Graecis designat tempus commodissimum et cuique rei a natura destinatum, *Rom. XIII. 11. Eph. V. 16.* quod Orientales dicunt עת, *Eccles. III. 1.* ab עתת, *opportune*, seu *tempestiue*, *locutus est*, aut *egit aliquid*, *Es. L. 4.* uid. *Prou. XV. 23.* Optime IOH. PRICAEVS *ad Luc. XXII. 6.* Ἐζήτει εὐκαιρίαν *ita dici solet de iis, qui mala machinantur. Achilles Tatius l. 2.* Ἐζήτει καιρὸν πρὸς τὸ ἔργον. *2. Maccab. IV. 32. de Menelao*; Νομίσας εἰλη-

φέναι

φέναι καιρὸν ἐυφυῆ. *Apulejus de Traſyllo, mortem itidem ſuo amico ſtruente, cruento ſacinori quaerebat acceſſum.* Huius loci ſunt et HESYCHII illa, καιροφυλακῆσαι, καιρὸν ἐπιτηρῆσαι. *Vere, (et ad haec Lucae appoſite)* PLVTARCHVS οὐχ ἅμα φαίνεται, καὶ γίγνεται τῶν ποιητῶν ἕκαστον. Ἔχει μὲν ἐξ ἀρχῆς κακίαν χρῆται δὲ καιρῷ ἢ δυνάμεως ἐπιλαβόμενον. *Libro de ſera Numinis vindicta.* Εὐκαιρία igitur conſilii opportunitatem, et temporis ac loci occaſionem auſpicatiſſimam, commodiſſimamque ſubinuoluit, quod, praeter naturalem uocis ſignificationem, particula ἐυ, quae ſenſum auget, praemonſtrare uidetur.

§. 47. Ad u. 18. ſqq. Viſum nobis et conſtitutum eſt ſanctiſſimum illud et θεότατον καὶ ἀρχισύμβολον, quod *Pſeudo-Dionyſius Areopagita* uocat, epulum perluſtrare. Paſſionis enim, quam ſemel ingreſſi ſumus, uia, ut ritus, quibus in S. Coenae inſtitutione SERVATOR eſt uſus, ſummatim percenſeamus, omnino poſtulat. Quanquam autem *Iliada* poſt HOMERVM ſcribere, et, ubi tot eruditae Theologorum commentationes circumferantur, actum agere uidear; pulchrum tamen et honeſtum, immo utile erit, quod partim ἀνασκευαστικῶς, partim κατασκευαστικῶς, ex Philologorum ſcriptis adſero, et antiquis ex monumentis fide digniſſimis repeto. Coenarum numerus maxime in controuerſiam uenit. Aliqui *triplicem* faciunt *coenam*, uidelicet 1) *Legalem agni*, 2) *Azymorum*, 3) *Euchariſticam*, ubi adprime tenendum, Azyma, ſiue coenulam illam, quam ἀπολυτικὴν uocant, menſas ſecundas, ſiue, utut minus accurate, ἐπικώμους ab quibusdam dici, quas CHRISTVS ſuam quaſi in coenam immutarit, iisdem pene ritibus et forma, ut GENEBRARD. ait *Chronol. p. 216.* Hanc ſententiam fouet SCALIGER, cum *lib. 6. de Emend. Temp.* ſcribit: *Duplici coena fungebantur in ritu Agni Paſchalis. Quin etiam omnia ſolemnia maxima, ut Paſcha, Pentecoſte, Scenopegia, florentibus opibus Iudaeorum, ac Templo ſtante, ſemper duarum coenarum miſſione tranſigebantur. In priore hoſtiis immolatis ueſcebantur: Hoc erat ſacrificium illius diei, In altera quaedam canebantur* εἰλιαστικὰ ἢ ἐυχαριστικά, *et uocabatur* סעודה מפסקת, *hoc eſt*, δεῖπνον ἀπολυτικόν, *coena dimiſſoria, quae erant ſecundae ueluti menſae apud Gentiles* GRAECIS τραπέζαι δευτέραι, ἐπιτόρπιαι, ἐπιτορπίσματα, ἐπιφορήματα, ἐπιτρα-

ἐπιτραπεζώματα, πίμματα, dictae. Coenam uulgarem Agno Paſchali uel ideo addunt, quod agnus anniculus non ſufficerit explendae fami ſingulorum. Subſcribunt huic de coena communi, uel duplici, ſententiae, AVGVSTIN· BONFRER· MALDON· CORNEL· a LAPIDE, AR· MONTAN· HAKSPAN· CALIXT· VAREN· BROCHMAN· MOLLER· SAGITTAR, QVENSTADIVS, qui tres facit coenas 1.) *legalem agni* 2.) *uulgarem*, ſeu *communem* 3.) *Euchariſticam.* Alii cum D· CHLADENIO *in Diſſ. de Coena Domini* res, ab Seruatore tum geſtas, ſequenti ordine percenſent. 1.) CHRISTVS, aiunt, *cum XII· Apoſtolis diſcumbit, Mat. XXVI· 20. Marc. XIV· 18. Luc. XXII· 14. Ioh. XIII·* Sequuntur 2.) *benedictio et diſtributio poculi ſecundum morem Iudaeorum.* 3.) *Agni Paſchalis comeſtio, communi more peracta.* 4.) *Coena communis*, ſiue δεῖπνον, *1. Cor. XI· 25.* ita GERHARD· *ad Mat. XXVI·* 5.) *Lotio pedum a Chriſto ſuſcepta.* 6.) poſt lotionem iterum *menſae accumbunt*, atque CHRISTVS de *proditione* diſſerit. 7.) Tandem Saluator *Coenam Dominicam* inſtituit. Sed enim aliquot, non diffiteor, ſcrupuli, ſalua tamen tantorum uirorum exiſtimatione, ſubnaſcuntur animo, quibus expenſis ſolicite, an ad horum uirorum, de re literaria et Eccleſia partim immortaliter meritorum, quorum nomina maximo mihi ſunt in honore, ſententiam, ceteroquin ueritatis ſpecie non deſtitutam, accedere debeam, anceps haereo. 1.) Iudaei Azymis, quod non ignoramus, ueſcebantur, aſt non ſeorſim, uerum illi, una cum Agno Paſchali menſae adponebantur, atque ſic panes Azymi non diſtinctam, aut ſeparatam, ſed unam eandemque cum Agno Paſchali coenam iunctim conſtituebant. 2.) De Coena, quam uocant, communi, antiquitas omnis reticet. τὸ μετὰ δειπνῆσαι, *1. Cor. XI· 25.* non uertendum eſt *poſt coenam communem*, qualis nunquam fuit, ſed REMOTE poſt coenam Paſchalem, uel, quod ueroſimilius eſt, PROXIME et IMMEDIATE poſt eſum panis *conſecrati*, cui expoſitioni reſpondet recenſio hiſtorica, *Luc. c. XXII· 20.* Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, *ſimiliter et poculum, poſtquam comederant* ſcil. panem conſecratum, quam uerſionem ſequuntur ARABS et PERSA. Sic Graecis δεῖπνον quidem ἰδίως coenam, ſed παχυλῶς et καταχρηστικῶς ſaepe cibum, et quoduis epulum, con-

notat, qua notione HESIODVS dixit δεῖπνον ποιεῖν, *comedere, cibum ſumere*, ut eruditi paſſim transferunt, melius fortaſſe, *cibum* aut *conuiuium parare, adornare*, carnem coquendo, cibum adponendo menſae etc. in cuius rei percenſione multus eſt STVCKIVS in poſterum laudandus. 3.) Si adſertiones diſſentientium firmo niterentur talo, ſequeretur, CHRISTVM *prius panem Euchariſtiae diſtribuiſſe, deinde cibum in coena communi ſumpſiſſe, poſtremum ſacrum calicem Apoſtolis communicaſſe, ſacrum autem calicem immediate ac proxime, non interueniente alia coena, poſt panis ſumptionem diſtributum eſſe, Matthaeus et Marcus diſerte docent, et ab omnibus hactenus fuit creditum*; Aut ſequeretur, Euangeliſtas in huius myſterii recenſione ordinem inuertere, quam figuram πρόληψιν Rhetores adpellant, qualis uero, praeter rem, non eſt ſtatuenda. Equidem illi, qui ſtant a SCALIGERI partibus, uel communem coenam defendendam in ſe ſuſcipiunt, uerba ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν interpretantur: *cum ederent panes azymos*, uel *poſtquam comederant panes Azymos*, aut *cibos in communi coena adpoſitos*. At enimuero, ſi phraſin ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν ad ueterum loquendi formulas, quales nec hodie in deſuetudinem ueniunt, diligenter conferas, omnis difficultas exſpirat, et facile tollitur. Coenam antiquitus comitabantur ἐπιτραπέζια διηγήματα, ἐπιτραπέζιοι, λόγοι, *amicae confabulationes*, praeſertim poſt ſumptum cibum, ut haberent accumbentes, quo et animum reficerent, qua de re deinceps dicemus. Mos nondum inter gentes exoleuit. Sic hodie quoque dicimus, hoc illudue fieri bey dem Eſſen, quamuis ceteroquin cibus abſumptus, et ſtomachus ad ſatietatem uſque cibis ſit repletus; Item ſie eſſen noch, licet, cibis conſumptis, non niſi leporibus et eruditis atque domeſticis diſcurſibus animo pabulum praebeamus. Ita CHRISTVS poſt agni eſum, cum ſermonem ſuum de proditione finit, ſe ſtatim accingit ad benedictionem panis, nulla interueniente baptiſmatis cerimonia, unde aiunt Euangeliſtae planiſſime ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, *cum adhuc accumberent ad menſam, cum menſa nondum eſſet ablata*, quare ſtatuimus, coenam agni Paſchalis in latitudine ſua acceptam, cuius pars extra eſſentialis et accidentalis erat *confabulatio*, immediate coenam Dominicam eſſe inſecutam. Poterat tamen phraſis illa ſic trans-

transferri, *cum paſcerentur azymis.* Nam utrum Iudaeorum traditio: *Nihil quicquam, poſt agnum, cibi capere licitum erat*, aetate CHRISTI nota fuerit, maxime dubium eſt. Certe Seruator cum Apoſtolis, Hebraeorum ſequi παραδόσεις, nullo iure tenebatur. Paucis: 1.) CHRISTVS Paſcha comedit, una cum panibus Azymis, iunctim, more Hebraeorum, 2.) Proxime benedicit pani Euchariſtico, frangit, diſtribuit diſcipulis. Hi edunt, et CHRISTVS μετὰ τὸ δειπνῆσαι benedictionem calicis ſuſcipit et peragit. 4.) Quae ex Hebraeorum ſcriptis paſſim adferuntur, aetatem CHRISTI nec ſuperant, nec attingunt, atque ſic, cum recentioris aetatis ſint, parum aut nihil probationis habent. Immo de duplici coena Iudaeorum ſcripta tacent, quod, ut HOTTINGERVS monuit, BVXTORFFIVS inuicte aduerſus SCALIGERVM probauit. Azyma ſimul cum agno Paſchali Iudaeos adpoſuiſſe menſae, unde ἑορτὴ τῶν ἀζύμων feſtum Paſchatis uocatur *Luc. XXII. 1.* certiſſimum eſt. Nec in dubium uoco, quod tradunt פרקי אבות, *ſtatuta maiorum*, de feſto azymorum ab illis celebrato, quibus Hieroſolymas degere ſub Paſchatis tempus non licebat, quemadmodum Iudaei hodierni feſtum Azymorum celebrant, non tamen agnum Paſchalem, cuius זכר μνημόσυνον non niſi habent, MAIM. *Tr.* חמץ ומצה, *c. VIII. 1.* HOTTING. *ad* GOODW. *l. 3. c. 4. p. 537.* Sed de coena communi et menſis ſecundis, quales diſſentientes ſtatuunt, in Antiquitate Hebraea nihil extat. 5.) Agnum anniculum non ſuffeciſſe explendae fami ſingulorum, a ueritate quam alieniſſimum eſt. Nam, ut taceam expreſſum mandatum, חבורות, φρατρίαι Paſchales, tot conſtituebantur perſonis, quibus agnum ſuffecturum intelligebant. Praeter agnum azymis et embammatibus ueſcebantur, immo, poſt eſum agni, aliquid ſumere cibi, Hebraeis erat interdictum, *Iudaeorum agnus*, ut BVXTORFFIVS ait, *in fine coenae, hoſpitibus aliquo modo ſaturis, comedebatur, ita ut nihil quicquam poſt agnum cibi capere licitum fuerit, idque ut ſapor agni in ipſorum ore remaneret.* 6.) Poſito, ſed non conceſſo, talem coenam antiquitus obtinuiſſe, poſt agni eſum, legibus uel diuinis, uel humanis illa fuiſſet cauta, uel neceſſario bonis, liceat ita loqui, conſuetudinibus accenſeretur. Sed in SCRIPTVRIS nihil de tali coena iubetur;

betur; παράδοσις h. e. *maiorum traditiones*, quas SERVATOR ſubinde reiicit, ab ſe amolitur, et τελειωτὴς τῦ νόμυ θείυ non implere debuit, pariter ſilent, illam autem bonas inter conſuetudines referre, ſenſim paulatimque in Eccleſia Iudaeorum inualeſcentes, nullam ueri ſimilitudinem habet.

§. 48. Reliqua roboris argumenta infringunt BVXTORFF. et GOODWIN. quorum ille, *duas tantum fuiſſe coenas*, *unam* nempe *agni Paſchalis*, *alteram Dominicam*, recte adſtruit, ſed quando *lotionem pedum* inter coenam Paſchalem et Dominicam cum plerisque collocat, a ueritatis tramite tantiſper recedit, quippe quae in coena Bethanienſi ab SERVATORE inſtituebatur, iudice inprimis LIGHTFOOTO *ad Matth. XXVI. p. 381.* ad quem accedunt BYNAEVS, LVNDIVS, HOTTINGERVS ex HOTTINGERO nepos. Namque apud *Marcum* et *Matthaeum*, cum hiſtoriam coenae Paſchalis ac Dominicae commemorant, de pedum lotione altum eſt ſilentium. 2.) Hanc lotionis hiſtoriam eſſe παραλλήλου illius, quam *Matthaeus c. XXVI. 6.* et *Marcus c. XIV. 3.* literis conſignarunt, ex *Ioh. cap. XIII. 2.* adparet. 3.) *Lotio pedum* in coena Paſchali fuit INSOLENS, aut certe EXTRAORDINARIA. Equidem *lotionem pedum ordinarios* inter Iudaeorum *ritus* referunt SCALIGER. *l. c.* CAPPELL. *in Animadu. ad* BVXT. *de Coena Exerc.* QVISTORPIVS *in Annot. Bibl. ad Ioh. p. 157.* CASAVB. *Ex. 16. num. 22.* qui, *ueteres in feſto Paſchatis, aliisque conuiuiis, ante diſcubitum pedes lauiſſe*, VEL PVERIS NOTVM EST, ſcribere non ueretur. Adde GOODWIN. *p. 484.* qui ita ſentit: *Lotio pedum ante et poſt conuiuium.* SALVATOR enim noſter ſuorum diſcipulorum pedes lauit a coena, *quam Hebraei dicunt ſolummodo in ipſo feſto Paſchatis uſurpatum fuiſſe.* Cum his quoque faciunt BEZA, BARONIVS, alii. Sed enim, ſi omnes contra ſentiant, nos tamen tuto ſequeremur BVXTORFFIVM ac LVNDIVM, qui lotionem, qua CHRISTVS admirandum ὑποδείγμα ταπεινότητος diſcipulis reliquit, *extraordinariam* ueriſſime dicunt. Vid. D. ITTIGII *Diſſert. de Pedilauio Chriſti p. 16.* Diſſentientes tuendae opinionis auxilium quaerunt in LEGENDA PASCHALI, quam *Haggadam* uocant מה נשתנה הלילה הזה מכל הלילות שבכל הלילות אין אנו מטבלים אפילו פעם אחת: *Quam diuerſa*

uerſa nox haec a ceteris noctibus, quod in aliis noctibus ſemel tantum lauamus. Verum ſubmonet BVXTORFFIVS, illudque ſatis bene, מטבלים *non paſſiue*, ſed *actiue* punctandum eſſe מַטְבִּלִים, uel, ut in quibusdam libris, מַטְבִּילִים, *intingentes*, id eſt, intingimus. Quippe agunt uerba illa de intinctione herbarum, olerum, panis azymi in embamma Charoſeth et acetum.

§. 49. Praeſertim HAMMONDVS cenſuram noſtram hic incurrit, qui errorem errori iungit, cum ſcribit ad *Ioh. XIII. 10. p. 453. Hebraei habebant ſuas λόσεις et ſuos βαπτισμὸς, uel νίψεις. Priores ſignificant abluitionem totius corporis, quam uocant* טבילה, *poſteriores abluitionem manuum, uel pedum, ſiue unius duntaxat membri, ſiue immerſione fieret, ſiue adfuſione aquae, quam nuncupant* קדוש, *ſanctificationem etc.* Atque *ad mores illos hic reſpicere Seruator uidetur, ac uoce quidem* λελυμένος *eum deſignat, qui toto corpore ablutus fuit, hoc eſt, qui initiatus Chriſtianiſmo et ſuus diſcipulus factus eſt, adeoque priſtinis uitiis ex animo nuncium remiſit. Is dicitur in ſequentibus uerbis* eſſe καθαρὸς ὅλῳ, *adeoque integra totius corporis abluitione non egere. Haec enim initiationis cerimonia nunquam repetebatur, ut docent Iudaei Magiſtri.* Lotionem manuum, (nam quae de Baptiſmate Iudaeorum inſpergit, ſub incudem reuocare, hic inſtituti noſtri ratio non patitur,) Hebraeis in conſuetudinem, quae Phariſaeorum legibus innitebatur, iuiſſe, ambabus manibus largimur. Balneorum, unctionum, lotionum, quae Graecis λόετρα et per contractionem λουτρὰ dicuntur, in primis manuum, pedumque abluitiones ſacras atque prophanas ante epulas, remque diuinam uſitatas, nulli in dubium uocamus. Conf. FR. FORTVN. SCACCHI *Eleo - Chriſmatum Myrotheca tria*; item eiusdem *Myrothecium Sacro - profanum.* Scimus quoque, ueteres, pedibus diſcalceatis, preces ſuas fudiſſe, qua de re praeceptum extat PYTHAGORAE apud IAMBLICHIVM *c. 23.* ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει, *diſcalceatus ſacrifica et adora*, quem ritum Gentiles fortean a Moſe ſunt mutuati, *Ex. III. 5.* Vid. STVCK. *l. 2. c. 25. p. 229. ſeqq. et c. 32. p. 261.* Sacerdotes ſacrificiis, rebusque diuinis peragendis, praemiſiſſe antiquitus lotiones, in uulgus notum eſt. Peregre aduolan-

tibus, prae ceteris, pedes abluere, et aquam ad pedes conſpurcatos et feſſos, mundandos, atque reficiendos, porrigere Priſci conſueuerunt. *Gen. XVIII. 4. cap. XIX. 2. c. XXIV. 32. Iud. XIX. 21.* HOTTING. *l. c. p. 481. ſq.* LVND. in Jüd. Heil. *l. 5. c. 14. p. 1002. Diſſert. mea III. de Vnct. in Bethan.* Atuero pedum lotionem ad קדוש, *ſanctificationem*, pertinuiſſe, et ante ac poſt conuiuium ueniſſe in conſuetudinem, aut Hebraeorum mentem eſſe, *illam ſolummodo*, ut GOODWINVS ſcribit, *in ipſo feſto Paſchatis uſurpatam fuiſſe*, neque in SCRIPTVRIS, neque aliis in Iudaeorum monumentis legitur. Dicit GOODWINVS, non probat. De lotionibus Veter. uid. interim GEIER. *de Luctu Hebr. c. 21. §. 3. ſqq.* Poſito, ſed iterum non conceſſo, Phariſaeos lauandi pedes ritum in feſto Paſchatis adhibuiſſe, abſit tamen, CHRISTVM traditionibus, quas uehementiſſime ſemper odio habuit, ceſſiſſe, temere dicamus. Quapropter perſiſto in ſententia, qua adſerebam antea, *lotionem* a CHRISTO Bethaniae ſuſceptam et peractam omnino eſſe *inſolentem, extraordinariam, inauditam*, ita, ut diſcipulos magis attentos SERVATOR habuerit. Atque ſic quoque non niſi *duas* cum Euangeliſtis facimus *coenas, unam Paſchalem, alteram Dominicam*, ita, ut haec illam proxime, nulla interueniente alia coena, nullo interiecto lauacri ritu, exceperit. CHRISTVM Apoſtoli pedes, ex more illius ſeculi, deoſculatum eſſe, ſicuti ueteribus inter epulandum uſu obtinuit, tacente SCRIPTVRA, in medio relinquimus. Teſtem tamen eius rei, quod mireris? NAVARIN. *Ioh. Expenſ. p. 164.* Veronicam adlegat, quam diuinitus id cognouiſſe ex uita eius refert, *lib. 4. cap. 15.* D. ITTIG. *l. c. p. 17. Chriſti oſcula diſcipulorum pedibus impreſſa, nonnulli narrant, ut adhuc illorum notae in Apoſtolicorum pedum reliquiis uideantur. Sic Raynaudus de pede Barthol. loquens: Aduerſatur etiam ſacrum hoc pignus Aquis Sextiis apud Salyos in Parthenone, uiſiturque in eo impreſſa nota labiorum Chriſti, tum poſt abluitionem et deterſionem fixit, ablutis pedibus, baſium.*

§. 50. BARONIVS, CHRISTVM in ueſte coenatoria discipulorum lauiſſe pedes, ſomniat. At SERVATOR poſuit τὰ ἱμάτια, non quidem omnes ueſtes, ſed unicum pallium. Numerum enim pluralem ἱμάτια, deſignare pallium, ex IOHANNE

HANNE CASAVBONO certiſſimum uidetur. ἱμάτιον autem exteriorem eſſe habitum, ut pallium, ſiue Schlaff-Rock, quales ueſtes Orientales frequentiſſime ad corpus adplicabant, nemo ignorat. Cur uero CHRISTVS ponit ἱμάτια. NONNVS hanc ſubnectit rationem; Δήλιον ἔργον ἔτεξεν ἑοῖς ἑταροισιν ὑφαίνων, *ſignificat Chriſtum ſeruorum habitum induiſſe, quorum erat ſine pallio, aut alia ueſte exteriore, tunicatos et cinctos, nel etiam linteo ſuccinctos miniſtrare.* Sed, ne multus ſim, *pallium et omnis exterior ueſtis, quae brachia includit, inepta eſt ad miniſteria, quae liberum brachiorum motum requirunt. Ideo ſerui ponere ſoliti, ideo etiam Chriſtus ponit*, iudice ſic laudatiſſimo CASAVBONO, *Ex. 16. p. 437.* Errat BARONIVS, cum fingit, CHRISTVM, menſae accubiturum, more Romano, coenatoria induiſſe, ualde decipitur, cum putat, CHRISTVM non coenatoria tantum ueſte, ſed maioris decoris gratia propriis ſuperindutum ueſtimentis, qualem ueſtem pro ſindone uenditant. Tandem BARONIVS ſcribit, *Dominum ad inſtituendam S. Synaxin pretioſam aliam ueſtem induiſſe, et pro actionibus ueſtimentum ſubinde mutaſſe. Hoc, quicquid eſt, commenti ad defendendum Romanorum Cardinalium et Epiſcoporum regium ſplendorem et pompam adferunt Pontificii*, ait CASAVB. *Ex. 16. p. 437.* GENEBRARD. exiſtimat, habitum CHRISTVM habuiſſe, ad inſtar religioſi cuiusdam Phariſaei accuratiſſime coronati, ſtolati et fimbriati. Sed, BVXTORFFIO *iudice*, talis ornatus eſt Iudaeorum precantium in Synagoga, aut ſchola. Quin immo haec ueſtimenta ſacra tum non geſtare licuiſſet, quod noctu comedebatur. Sed, his miſſis, notamus, Hebraeos pariter ac Graecos accubituros, ueſtes coenatorias, quales ἐνδύματα δειπνικὰ et ϛόλαι δειπνίτιδες uocabantur, praeſertim albas, ſiue candidas, quas Graeci ſignificanter admodum ἐνδύματα καθαρὰ adpellitant, adieciſſe corpori, qua de re Vid. STVCK. *l. c. l. 2. c. 26. p. 235.* Quando, CHRISTVM ad menſam accumbentem, de proditione Iudae Iſchariotis diſſeruiſſe, lego, mos ueterum in mentem incidit certe memorabilis, quo conuiuii cibos condiebant bonis comparationibus, ſimilibus, aenigmatibus, amicis confabulationibus, colloquiis uariis, quibus mentem ſimul reficerent. Quod Orientales ſpectat, proſtat exemplum *Samſonis, Iud. XIV. 12. 13.* cui ſubnecte *Luc. VII. Ioh.*

Ioh XIV. Neruoſe R. SCHIM. *Tr.* פרקי אבות, *c. 3.* אכן אם שלשה שאכלו על השלחן אחד ואמרו עליו דברי תורה כאלו אכלו משלחן של מקום שנ׳ וידבר אלי זה השלחן אשר לפני ה׳: *Certe ſi tres ſunt, qui edunt et uerba legis tractant, iidem ac ſi de menſa loci, i. e. Dei, participaſſent, prout dictum eſt Ex. XLI. 22. Dixit ad me :* HAEC EST MENSA, QVAE IN CONSPECTV DOMINI. *Talmudicis* talis menſa, cui *ex lege cibi* adponuntur, ad animi refectionem, adpellatur השלחן אשר לפני ה׳ *menſa, quae in conſpectu Domini.* Illa uero, quae אכזב, *nugarum, mendaciorum, inanium uerborum, iocorum ſcurrilium*, ferculis exoneratur השלחן אשר לפני קורץ, uel Syre אכלקרצא, *menſa, quae in conſpectu Diaboli, delatoris, accuſatoris*, qui quaſi deuorat accuſationes, defert mala ad iudicem, accuſat, prodit, detrectat. Certe quando cibo, praeuia gratiarum actione, fruimur, et in honorem DEI, uel durante adhuc coena, uel a coena, pie fabulamur, DEVS cum Angelis ſuis omnino praeſens eſt. Vbi uero cibum uerbis ſcurrilibus condimus, circumdat et occupat nos Diabolus cum malis Angelis, qui obſident impios. Vnde talem menſam non male dixeris τραπέζην δαιμονίων, qua notione ueteres adpellabant altare, in quo זבחי מתים, *ſacrificia* der lebloſen Götzen, ut *Vinarienſes*, der todten Götzen, ut *Lutherus* atque alii paſſim interpretantur. Vid. GEIER. *ad Pſ. CVI. 28.* Graecorum ἐπιτραπεζίους λόγους, ἐπιτραπέζια διηγήματα, μνημόνια ζητήματα norunt omnes, quibus uel titulus librorum ATHENAEI, qui inſcribuntur Δειπνοσοφιστῶν, et PLATONIS συμποσιακά innotuerunt. Vid. STVCKIVS, qui in hoc operoſe admodum adlaborat, ut tales conuiuales ritus nobis in animum reuocet. Huiusmodi mos obtinebat olim in Agapis Chriſtianorum, uti teſtis eſt TERTVLLIANVS. Vid. GOODWIN. *l. c. p. 491. et* LYDIVS *in Coena Dominica Literatorum*, praeſertim *p. 442.* Laudabilis certe fuit haec Veterum conſuetudo, ipſi CHRISTO chariſſima, qua nobis imitationis relinquere exemplum uoluit.

§. 51. Ad u. 26. Λαβὼν ὁ Ιησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, uel εὐχαριστήσας. BVXT. *l. c. §. 45. Ita ſolebant olim Iudaei, Benedictionem ſuper pane recitaturi, eum in manus ſumere.* Paterfamilias

familias בעל הבית, Graece οἰκοδεσπότης, Talmudice פורס et הבוצע *frangebat* panem, ſiue, ut Emphatice Syrus habet, *Act. II. 46.* פריסתא *partem fractam*, *dimenſum panem* et cibum, precatione recitata, accumbentibus porrigebat ac diſtribuebat. Ab huius nutu pendebat בעל משתה, ἀρχιτρίκλινος, *praefectus conuiuii*, der Speiſe-Meiſter, miniſter primarius, cui ſubſtituunt alii praefectos morum, quales Graecis fuerunt οἰνόπται et ὀφθαλμοὶ, *oculi conuiuii*, quod, ut GOODWINVS ait, attendebant moribus conuiuarum, ne quis modeſtiam, modumque excederet nimio mero. *Eſth. I. 8.* ATHEN. *deipnoſoph. I. 10.* Praemittebat ergo paterfamilias admonitionem ad preces et cibi poſiti conſecrationem, ut Canonum, quos ſubiungemus, ritualium Scholiaſtae interpetrantur. Mox ordiuntur unanimiter canere, uel Pſalmum, uel rythmum. Poſtmodum benedicit CIBVM et POTVM, adhibitis certis precandi formulis, quam orationem קדוש, *ſanctificationem* uocare ſolent. Munus illud plerumque committebatur אורח, VIATORI. IOSEPH. KARO *in Schulch. tr. n. 201. p. 36. 1.* גרול מברך אפילו בא בסוף ואם רצה ליתן רשות לקטן לברך רשא והני מללי בשאין שם אורח אבל אם יש שם אורח הוא מברך אפילו אם בעל חבית גרול ממנו: *Is, qui maximus, licet ultimus acceſſerit, preces recitat. Si uero noluerit partes minori commendare, id ei licitum eſt. Haec ita accipienda ſunt, quando nullus uiator adeſt; Alias uiatoris eſt benedicere, quamuis Paterfamilias illo dignior fuerit.* Qui obnueret, et nollet benedicere, praegrandis peccati reus habebatur: מי שנותנין לו לברך ואינו מברך מקצרים ימיו: *Ille, quem ad cibum conſecrandum eligunt, et non conſecrat, abbreuiat dies uitae ſuae.* In *Rituali* ueteri legimus: לא יברך עד שיתפוס חלחם בידו שיראו הכל שעליו הוא נברך, et alibi: אין לברך קודם שיתפוס חלחם: *Non benedicit, antequam panem in manum ſuam ſumpſerit, ut omnes uideant, quod ſuper eo benedicat: Non eſt benedicendum, antequam adprehenderit panem.* Hebraeis canon ille ritualis frequens eſt: אסור לו לאדם שיהנה מן העולם הזה בלא ברכה; *Prohibitum eſt homini, ulla re ex hoc mundo frui, ſine praemiſſa benedictione.* Item כל הנהנה מן העולם הזה בלא ברכה כאילו גוזל להקב"ה: *Quicunque fruitur aliqua re ex hoc*

mundo, ſine benedictione, rapit ea, quae DEI εὐλογητὰ ſunt. Idem tradit MAIM· *tr.* ברכות, c. l. *ap.* HOTTINGERVM l. c. BENEDICTIONIS FORMVLA, quam uiri docti, BVXT·LIGHTF· BYNAEVS, alii memoranr, ſic habet: ברוך אתה יהוה אלהנו מלך העולם המוצי לחם מן הארץ: *Benedictus tu Domine, Deus noſter, qui exire facis panem e terra.* Mos orandi ad menſam antiquiſſimus eſt. Iudaeis ritum illum uerba Pauli uindicant, quae habentur *1. Tim. IV· 5.* ὅτι πᾶν κτίσμα θεῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγυ θεῦ καὶ ἐντεύξεως. Qui locus omnino commemorabilis eſt. Nec mos Ethnicis erat infrequens, cuius rei fidem facit STOBAEVS *c. 41.* cum Diotogenis praeceptum adlegat: καλῶς δὲ καὶ τὸ τὸν θεὸν ἐν ἀρχῇ τῷ δείπνῳ καὶ τῷ ἀρίστῳ ἐπικαλεῖσθαι. οὐκ ὡς δεομένου τινος τῶν τοιούτων. ἀλλ' εἰς τὸ μιαθέντα κατακοσμηθῆναι τὰν ψυχάν. *Bene fit etiam, ut Deus initio et coenae et prandii inuocetur: Non quia tale quid numini ſit opus, ſed ut quisque DEI recordans animo ſit compoſito.* CASAVB· *l. c. p. 521.* STVCK· *l. c. l. 2. c. 36. p. 278. ſqq.* Precum poſt menſam mentionem iniiciunt GOODWINVS et HOTTINGERVS, ad quos omnes, quibus in animo eſt, precationes alias obire oculis, remiſſos uolo. CHRISTVS conſueto ab uſu nunquam abiit, dum, quoties diſcubuit, toties benedixit, ut ex *Matth. XIV· 19. XV· 36. XXVI· 26. etc.* notum eſt. Ipſum autem ſigno aliquo externo, puta *manus impoſitione*, uel *panis eleuatione*, aut *agitatione in formam crucis*, uel *ſigno crucis ſuper panem et uinum digitis formato* benedixiſſe, nec ex ſacris literis, nec aliunde probari poteſt. Eleuationem panis Talmudici ſaepius inculcant, quam nos pariter Hebraeis relinquimus. Erat ritus panem leuandi culpae expers, ita ut CHRISTVS et Apoſtoli in S· C· conſecratione tuto illum aemulari potuerint. Neque fauemus propterea Pontificiis, qui ſane alium ob finem, quam Priſci conſueuerant in Graeca Eccleſia, panem eleuare ſolent. Non enim huius cerimoniae legitimus uſus, ſed adhaerens Pontificiorum ἀταξία, et abuſus damnandus eſt, qua de re conſule Theologos. Porro CHRISTVM uſurpaſſe Iudaeorum benedicendi formulas, quae extant in Rituali סדר תפלים, HOORNBECK· *in Miſc.*

Miſc. S. pro certo non adſerit, cum caute ſcribit : *An CHRISTVS aliqua ratione ſeruarit, non dixero.* STVCKIVS *l. 2. c. 36. p. 278.* CHRISTVM קדוש, ſanctificationis Iudaicae formula, coenam ſuam ſacram et myſticam exorſum eſſe, contendit, quod, ſi praeciſe de formula ante adducta id intellectum uelit, a ueritate alienum mihi hoc ipſum uidetur. Nam 1.) BVXTORFF. ac LIGHTF. ſagaciſſimi Hebraearum antiquitatum ſcrutatores, hic ambigunt, ac τὸ ἐπέχειν, quam incertis opinionibus in lectorem graues exiſtere, malunt. 2.) Formulas has ante templi ſecundi excidium Iudaeis paſchatizantibus in morem iuiſſe, nullo ſatis firmo argumento probari poteſt. 3.) CHRISTVM, qui bonae conſuetudini, ut ſubinde nonuimus, lubens ceſſit, ex Hebraeorum ritu benedixiſſe, non inficias imus, ſed eum communem illam et uulgarem formulam, quae in Canone ueteri extat, praeſertim ubi S. coenam inſtitueret, adhibuiſſe, non adfirmamus, in quo nos plurimi praeeunt, quod ipſe BYNAEVS non diffitetur. 4.) Neruoſe CASAVB. *Ex. 16. p. 456. Formula nemini hactenus innotuit, procul dubio fuit inſolens et inaudita, ut Apoſtolos magis haberet attentos*, in quo nos acquieſcimus, et cum eodem CASAVBONO, praeeunte ipſa SCRIPTVRA, dicimus, conſecrationis modum, ſeu formam, conſtitiſſe in *laudatione* et *gratiarum actione.* εὐχαριστία *proprie ad coeleſtem patrem*, εὐλογία *ad externa ſymbola dirigitur. Vtraque uox a parte una totam DOMINI actionem deſignat* κατὰ τὴν συνεκδοχήν. Vnde ueteres ab hoc conſecrandi ritu ſacramentum adpellarunt εὐλογίαν et εὐχαριστίαν, Vid. QVENSTAD. *Antiq. Eccleſ. p. 393.*

§. 52. Panis apud ueteres foederis et amicitiae ſymbolum erat. Sic *Alex. M.* cum erga Rhoxanem, Satrapis Barbari filiam, in conuiuio a ſe uiſam, amore exarſiſſet, panem ſibi adferri iuſſit, quem cum gladio, patrio ritu, diſſecatum uterque libaſſet, illam ſibi matrimonio iunxit: Vid. CVRT. *l. 8.* Vnde PYTHAGORAS Symbolo utebatur : Ἄρτον μὴ καταχλᾶσαι, *panem ne frangito*, id eſt, non dirimenda amicitia, quam antiquitus pane conciliabant. STVCKIVS, *l. 1. c. 30. p. 111.* Simili olim uſui panis, quem ἀντίδωρον et εὐλογίαν uocant, Chriſtianis inſeruiebat, dum panem charitatis ſignum,

φιλαδελφίας ſymbolum, amicis mittebant, qui mos hodie apud Moſchos creber eſt. In Antiquitate Hebraea celebres olim erant לחמי פנים, ἄρτοι ἐνώπιοι, ἄρτοι τῦ προσώπυ, ἄρτοι τῆς προθέσεως, ut LXX uiri paſſim transferunt, לחם המערכת, Brod, das fein ordentlich liegt, nimirum לפני יהוה, *ante faciem in conſpectu Domini*, quemadmodum D. LVNDIVS *l. 1. c. 24. p. 123.* Talmudicorum gloſſam notanter tranſtulit. Weilen nu dieſe Brodt drauſſen im heiligen, gegen das Allerheilige, geleget worden, gegen GOttes Angeſicht: So nennet ſie die Schrifft Brodt des Angeſichts / oder Brod, die für GOttes Angeſicht lagen. Ita quoque Samaritanus, Arabs, Syrus et Perſa: Du ſolt auf den Tiſch allezeit Schaus Brodt legen für mir, oder, wie es nach dem Hebräiſchen lautet: Du ſolt auf den Tiſch allezeit legen Brodt des Angeſichts, für meinem Angeſicht, *Ex. XXV. 30.* R. IVD. LEO *de Templo, l. 3. c. 2.* Sedenim propter leuem aliquam ſimilitudinem panem Euchariſticum ad Ethnicorum ἄρτυς φιλαδελφίας, amoris mutui, ſymbola referre non debemus. Nec panis Euchariſticus pro nudo foederis, aut amicitiae ſigno, habendus eſt, ut aliqui, falſiſſima hac abrepti perſuaſione, ab ueritatis ſe uia abduci, patiuntur. Panis, quo in S. Synaxi ueſcimur, ipſum quoque לחם פנים, *panem propoſitionis*, ut *Vulgatus* transfert, dignitate, excellentia, utilitate quam longiſſime ſuperat.

§. 53. SERVATOR panem frangit, illudque ex ritu Iudaeorum recepto et ſatis confecto. *Talmudici* panes Paſchales in genere מצות adpellitant, tres autem illas, quas nocte prima feſti comedunt in ſpecie uocant מצות, quaſi *placentas praecepti, ſingulariter a DEO mandatas, et uniuerſis ac ſingulis imperatas.* BVXTORF. *apud* WALAEVM *Matth. XXVI. 26. p. 297. Panes Iudaeorum erant* κλασοὶ, *id eſt, apti ad frangendum. Habebant enim panes ſubcineritios, lata, tenui et fragili forma, ſicut, azymos formari, neceſſe erat, ut in illa ſua denſitate plane percoquerentur. Alioqui ſi fuiſſent ſpiſſiores, non percocti fuiſſent, ob denſitatem, quae ſolet eſſe in Azymis.* SAGITTAR. *Paſſ. p. 187.* BVXTORFF. *l. c. Maim. Hilch. Berachot. cap. 7.* Eleganter CASAVBONVS, *Ex. 16. p. 466. Hebraeis*, ait, *quod nemo*

ignorat,

ignorat, qui V. T. legit, frangere panem cum aliquo eſt συνδειπνεῖν, *atque ut Graeci a parte altera, potu nempe, totam actionem adpellant* συμπόσιον. *Sic Hebraei ab eſu et fractione panis totum conuiuium denotarunt. Quare illi, qui iſtis Lucae teſtimoniis abutuntur, ad defenſionem communionis ſub altera ſpecie, non minus pueriliter errant, quam ſi dicerent, in Graecorum conuiuiis nullum cibum fuiſſe adpoſitum, neque omnino quicquam aliud, praeter uinum, aut alium potum, quia conuiuium illis dicitur* συμπόσιον, *compotatio, cui etiam reſpondet Hebraicum* משתה, *pro conuiuio, aut ſi dicerent, fideles quando orant DEVM prece Dominica, nihil praeter panem ad uictum petere, quia dicunt (*ἄρτον ἐπιούσιον*) panem quotidianum da nobis, quum, ut obſeruat Auguſtinus, a parte, quae excellit, tota ſufficientia, nomine panis, ſignificetur.* Apud *Patres Graecos* inde κλᾶν ἄρτον et κλάσις ἄρτου eſt *celebratio Euchariſtiae*, quod dicitur *Euangeliſtis*, εὐλογήσας ἔκλασε, εὐχαριςήσας ἔκλασε, et *Luc. XXIV. 35.* ὡς ἐγνωσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, *Act. II. 42.* καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, et *XX. 7.* τοῦ κλάσαι ἄρτον. Vbi *Syrus* in utroque *Actorum* loco habet ἀυτολέκτως uocem אוכרסטיא, εὐχαριςία. Sic enim olim in more poſitum erat, ut una ex parte tota res συνεκδοχικῶς denominaretur. Ita משתה et יין, *uinum*, Hebraeis eſt epulum, Graece συμπόσιον, *compotatio*, *Gen. XIX. 3.* et *XXI. 8. Eſther. I. 3. et 5.* Chaldaice et Syre משתיה *Iud. XIV. 11.* משתותא, *Matth. XXII. 2.* Vox לחם, *panis*, et apud Talmudicos, Chaldaeos, Syros לחמא aliquando κατὰ τὴν συνεκδοχὴν conuiuii ſignificationēm habet, *Dan. V. 1.* Balſezar rex עבר לחם רב, *adornauit panem, id eſt, conuiuium magnum.* Similiter Germani epulas ſuas nocant Morgen-Brod, Mittags-Brod, Abend-Brod, atque dicere conſueſcunt, einen auf eine Suppe, auf einen Aal etc. einladen, ueluti Priſci dicere ſolebant: Ich will erſt ein Stückgen Brod nehmen, hoc eſt, zu mir nehmen, comedam, quamuis ceteroquin menſa cibis extructa eſſet conquiſitiſſimis, qua ſimul fercula, quae uocant pomparum, uaſis atque patinis quandoque argenteis ponebantur; A potiſſimo enim, ac notabili ferculo totus conuiuii actus nomen habebat. Haec etiam eſt cauſa, cur ATHEN. PLATO, POLLVX, XENOPH. LVCIAN. ſubinde uocabulo συμπόσιον, MENANDER uero uocibus praeſertim πότος, πότου, πότοι,

deſcribendis in Graecorum conuiuiis, fuerint uſi. Sed ne ab uia aberremus, ad fractionem panis recurrendum eſt. *Talmudici* uocant illam בצא, quod DAVID DE POMIS explicat per חתך, *ſcindere*, *frangere*. Syris fractio dicitur קציא. Vid. *Talm. Tit.*, ברכות, *f. 39. 2.* MAIM. *Hilch. Berach. c. 7.* BVXT. *l. c.* §. *50. et 57.* LYRANVS et CAIETANVS, *Chriſtum manibus panem mirabilem in modum fregiſſe, quaſi cultro acutiſſimo ſecatum*, arbitrantur, qua obſeruatione potuiſſent ſuperſedere. Exiſtimant interpretes paſſim cum BEZA et, ut ſupra audiuimus, CASAVBONO, mutuos conuictus et ipſa conuiuia fractionis panis nomine intelligi. Sed enim ſignificat fractio indiuiduam actionem, a qua epula initium ſumpſerunt, *Berach. f. 46. 1. Schabb. fol. 117. 2.* Praeterea fractio panis ſingulariter tantum ſub noui foederis initium Euchariſtiam deſignabat, ut in terminis habebat *Syrus*, quo translatore, quod inſtrumentum nouum attinet, nemo uetuſtior. Ex mente denique STVCKII fractio *in Coena Domini CHRISTI et meritorum eius adplicationem, eiusdem mortem atque paſſionem, nec non noſtram cum CHRISTO et inter nos mutam communionem, denique corporis, carnisque noſtrae mortificationem ſignificat.* At enim, ut alia taceam, quae hic Theologi ſubmonent, CHRISTVS panem fregit, ut τὰ κλάσματα, *partes fractas*, diſtribueret, non ut paſſionis daret ſymbolum, quod denuo Theologis exponendum relinquo.

§. 54. καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. Moris erat Hebraeis, ciborum, poculentorumque certas partes, ſiue dimenſas portiones ſingulis, conuiuis diſtribuere, quales *Talmudicis* מנות נתחים, פתים, *Graecis* μερίδες, μοῖραι, μερισμοὶ dicuntur. *2. Sam. VI. 19. 1. Sam. I. 4. 5.* Elkana dedit *Peninnae uxori ſuae, et omnibus filiis et filiabus ex ſe natis* מנות, *portiunculas*, ſed *Hannae dedit partem maxime honorabilem* מנה אחת אפים, *LXX. Senes* partem κατὰ πρόσωπον, *Targum* בחיר, *electam, optimam, dignam*, quae hilari uultu acciperetur, den allerauſſichtigſten Theil. Quem fortaſſe morem CHRISTVS attingit, cum *Luc. X. 42.* dicit: Maria autem τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ita ut ſit Metaphora deſumpta a partibus conuiualibus Vid. STVCK. *l. c. c. 3. p. 298.* Apud antiquos inſuper inualuit mos,

mos, ut פורס, *Paterfamilias*, coram quolibet diſcumbentium portiunculam fracti ac dimenſi panis deponeret, quod deinceps eſurus ſumebat non ex manu diſtribuentis, ſed de menſa, qua de re Canon extat: חבוצא נותן פרוסה לפני כל אחר ואחר והאחר נוטל פרוסה בידו ואין חבוצא נותן ביד האוכל אלא אם כן היה אברל: *Frangens dat particulam coram unoquoque, et alter tollit, uel accipit eam manu ſua: Neque enim frangens alterius manui tradit, niſi lugens fuerit.* Vid. IOSEPH· KARO· *n. 167. p. 30. 2.* MAIM· *tr.* ברכות, *c. 7.* Vtrum SERVATOR hic Iudaeorum ueſtigiis inceſſerit, non multum, maxime cum hac in re parum ſitum ſit, diſceptabimus. Poſito, panem ritu Hebraeorum fuiſſe ab SERVATORE noſtro diſtributum, propterea tamen ille peccati crimen non ſubiret, dum hos ad ritus, quos, ut ſaepe diximus, conſuetudo ſimpliciſſima pepererat, nulla Phariſaeorum lege, nulla ſuperſtitione, nulla adfectatae ſanctimoniae larua, uel ſpecie Hebraei tenerentur.

§. 55. Καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. I.) Ad priora uerba CLERICVS notat ad HAMMOND· *Act. XXVI· 17. p. 199. Nitebatur hoc uſu Iudaeorum, qui in Euchariſticis ſacris comedebant partem uictimae, eoque modo ſacrificii participes fiebant.* Atenimuero, S· Coenae ſumptionem ab eſu uictimarum Euchariſticarum differre, conſtat, quod Theologis, cum hic nobis ritus ſint ſpectandi, exponendum relinquo. Poſteriora uerba mirum in modum aliqui torquent, quas tamen cauillationes et detorſiones ſolidiſſime diſcuſſit *Magnif. D· D·* CHLADENIVS, *Theologus conſummatiſſimus, Patronus noſter*, cum uiueret, omni uenerationis ac obſequii cultu perpetuum colendus, in *Diſſ. eruditiſſima de Coena Domini.* II·) HAMMONDVS ad *Matth. XXVI· 26. p. 199. et 209. Primo*, inquit, *apud Iudaeos agnus Paſchalis menſae appoſitus ſolebat uocari* גופו של פסח, *corpus Paſchatis, uel* גופו של כבש הפסח, *corpus Paſchalis agni.* BVXTORFFIO uero ſimilius uidetur, CHRISTVM uerbis *hoc eſt corpus meum* adludiſſe ad hoc גופו של פסח, quam ad illam formulam הא לחמא דעניא. Addit tamen, quod in tanto uiro laude dignum cenſemus: *Sed in medio hoc relinquimus,*

et

et nihil adſeueramus. SALMASIVS eo abit, ut putet, Iudaeos, cum Paſcha impoſuiſſent menſae, dixiſſe גופו של פסח, uel הגופו של פסח, *hoc eſt corpus ipſius Paſchae*, atque ſic Paulum πάσχα ἡμῶν uocare, *Paſcha noſtrum*, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη. Agnum Paſchalen *Maimonidi*, ceteris *Hebraeorum Magiſtris*, adpellari גופו של פסח, *corpus Paſchatis*, nemo, qui aliquam ſaltim operam in lectione Talmudiſtarum poſuit, ignorat. Nec, Paſcha Veteris Inſtrumenti agnum, qui totius mundi peccata deportauit, *1. Cor. V. 7. Ioh. I.* adumbraſſe uenit in dubium, ſed an Iudaeos inter, cum hi agnum imponerent menſae. formula obtinuerit? *Hic eſt agnus Paſchae*, uel: *Hoc eſt corpus agni Paſchalis*, quaeritur, quod, cum apud neminem Hebraeorum inueniatur, nego ac pernego. Vnde facile ab quolibet, qui ſuper ueterum ritibus perſcrutandis fuit occupatus, colligi poteſt, CHRISTVM uerba illa τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου ab hac Iudaeorum formula, quam neſciunt ueteres, neutiquam mutuari, aut ad illam loquendi rationem adludere potuiſſe. Fingamus, reperiri alicubi formulam, quae tamen hactenus nullius oculis obiecta fuit, propterea tamen illa, quae Magiſtri tradunt, ritus, poſt excidium templi uſitatos, tantum redolent, ubi Iudaei, in Paſchate ſuo μνημονευτικῶ potuerunt dicere, cum נכר, μνημόσυνον agni, imponerent menſae: *Hoc corpus Paſchae*, id eſt, *hoc ſignificat corpus Paſchae, hoc nobis uicem ſupplet Agni Paſchalis.* Templo enim exciſo, putabant Iudaei, ulterius ſe omnes ad ritus Agni Paſchalis adſtringi non poſſe. Expreſſum legitur etiam mandatum de Agno non edendo extra urbem ſanctam, *Deut. XVI. 5. 6.* Et quanquam BVXT. VAREN. FRANZ. DASSOV. IVN. ET TREMELL. LEVSDEN. agrum extra urbem edi potuiſſe a coecis, claudis, mutis, aegrotis, ſenio confectis, feminis, infante etc. maxime cum tempeſtas belli portas urbis obſtruxerit, adſerant, inſtitutioni tamen diuinae, Hebraeorumque id ſtatutis aduerſari uidetur. Azymis ueſci poterant extra urbem, propterea dicunt; *Non pendet comeſtio illius ex Paſchatis oblatione, ſed eſt peculiare praeceptum ſuapte natura*, MAIM. *tr.* חמץ ומצה. *c. 6. 1.* quod ſcholium uiſere eſt apud GOODW. *l. c. p. 538.* Huius rei teſtem auocamus praxin Iudaeorum, qui in feſto Azymorum non apponunt agnum, cuius זכר, μνημόσυνον tantum

tum habent. Commemorabilis eſt locus MAIMONIDIS *tr.* חמץ ומצה, *c. 8. Hodie autem ſolent menſae imponere duas carnis ſpecies, quarum una* μνημόσυνον *Paſchatis, altera ſacrificiorum Chagigae.* Vid. LVND· Jüd. Heil. *l. 5. c. 14. p. 1002.* III.) LVDOV· CAPPELLVS, CHRISTVM reſpexiſſe ad formulam הא לחמא דעניא, et uerba inſtitutionis: *Hic eſt panis*, ſubſtituiſſe in huius locum, arbitratur. Quin immo uerba illa: *Hoc eſt Paſcha*, cum aliquibus pro *conſecrationis formula*, quemadmodum uerba CHRISTI τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου ad *conſecrationem* pertinent, uenditare uidetur. Adſentitur HAMMONDVS, cum ſcribit *p. 200. Voces* τοῦτό ἐστι, *uel integra formula* τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου *uidentur a CHRISTO ſubſtitutae Paſchali formulae* הא לחמא דעניא, *Hic eſt panis affictionis, quem Patres noſtri comederunt in AEgypto. Vel: Hic eſt azymus panis* etc. *Vel: Hoc eſt Paſcha.* Subſcribunt opinioni AVCTOR CAVTELARVM, contra quem erudite diſputat D· CHLADENIVS *l. c.* IOH· DE HISPANIA, teſte eodem, ANT· BYNAEVS, alii. GEORG· CALIXT· *Concord. Euang. l. 6. c. 1. p. 324.* formulam Iudaeis in uſu fuiſſe, ſed CHRISTVM illam non retinuiſſe, uerum pro ea ſubſtituiſſe: *Accipite, edite*, exiſtimat. Huius formulae mentio fit apud GERHARD· *Harm. Euang. c. 169. p. 678.* ſed adiicit: *Humiles illae origines myſterii huius ſublimitatem potius deprimunt, quam augent.* FRANC· GOMAR· *Opp. T· II· p. 109.* comparationem inter uerba coenae Paſchalis et Domini inſtituit. Doctiſſimus CLERICVS hic, nec immerito, taxauit HAMMONDVM *l. c. p. 202.* PAVLVS FAGIVS ſolertiſſimus cerimoniarum ſcrutator nullo uerbo formulae meminit. IO· CAMERO, quo ſe uertat, neſcit, atque dubius haeret. BEZA quidem *Matth. XXVI·* adprobat, ſed *Luc. XX· 22.* aliter ſentit. LIGHTFOOT· Antiquarios inter certe non poſtremus, qui in Talmudicorum ſcriptorum perluſtratione multum conſumſit temporis, iudicium ſemper ſuſpendit, atque cum BVXTORFFIO ἐπέχειν, quam aliquid incerti ſtatuere, mauult. *Formula uetus* ipſa, quam Docti uiri ex *Legenda Paſchali* ac *Hebraeorum Magiſtris* repetunt, ſequentis eſt tenoris: הא לחמא דעניא די אכלו אבהתנא בארעא דמצרים כל דכפין ייתי ויכל

וכל דצריך ויתי ויפסח :ויכל ὅδε ὁ ἄρτος ταλαιπωρίας, ὃ ἔφαγον οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐν τῇ γῇ Αιγύπτῳ. Πᾶς ὁ πεινῶν | δεῦρο καὶ φαγέτω. Πᾶς ὁ χρείαν ἔχων δεῦρο καὶ πασχατιζέτω. Taceo id, quod monent Theologi, quos inter inſtar omnium eſſe poſſunt, D. CHLADENIVS *l. c.* et *Magnif.* D. D. WERNSDORFFIVS, *Theologus conſummatiſſimus, et de Eccleſia orthodoxa immortaliter meritus, Patronus et Praeceptor* omni honoris ac obſequii cultu ad cineres uſque proſequendus, in *Diſſ. eruditiſſima*, quae *Recent. S. C. Controuerſ.* examinat; et litis finem facio uerbis BVXTORFFII, *l. c.* §. *26.* qui diſſentientium opinionem diluit, quando ueriſſime ſcribit, *talem formulam in Rituali Iudaeorum nullibi reperiri, neque etiam alibi, extare quidem in Haggada uerba illa, uerum non ut formulam conſecrationis, ſed per modum narrationis et lectionis, uel certe* FORMVLAM EXERCITII ET DEVOTIONIS SACRAE *fuiſſe*, uidelicet, quod addimus, POST EXCIDIVM TEMPLI. Namque CHRISTI aetate *deuotionis* fuiſſe *formulam*, cum firmis deſtituar argumentis, temere non adfirmo.

§. 56. Τοῦτο ποιεῖτε, *Hoc facite.* BVXTORFFIVS: *Hoc, quod ego nunc feci, nobiscum accumbendo, panem accipiendo, benedicendo, frangendo, inter uos diſtribuendo.* Atenimuero SERVATOR ad externorum rituum, quales ſunt accubitus ad menſam, panis acceptio iudaica, fractio, diſtributio, Hebraeorum more peragenda, qui rebus adiaphoris accenſentur, adſtringit neminem. 2) Primitiua Eccleſia nec ubique, nec ſemper in ſingulis, quae ab externis cerimoniis ſpectabant, primam inſtitutionem ſequebatur, quis propterea illam peccati argueret, aut, a prima inſtitutione ſimpliciter eam abiiſſe, criminaretur. 3) Extraeſſentialia et accidentalia, quae formam rei non ingrediuntur, quandoque abeſſe, quandoque mutare poſſunt, ſalua rei natura, eſſentia, forma, quod ex Philoſophorum ſcholis ſatis notum eſt. Abſonum etiam eſt, quando Pontificii ποιεῖν de pane acceptum ſacrificandi, de calice conſecrandi habere ſignificationem, pertendunt, qua notione nullibi ſane reperitur, qua de re erudite diſſerit SALMASIVS. Ἀνάμνησις ritus Hebraeorum redolet. Habebant

bant namque Iudaei in celebratione Agni Paſchalis plures eiusmodi ἀναμνήσεις et recordationes. Feſtum ipſum inſtituebatur לזכרון, *in memoriam* miraculoſae liberationis ex AEgypto, *Ex. XII. 14. 26. 27.* Pulmentum, ſiue חרסת dicas, ſiue alio nomine inſignias, erat לזכרון, in laboris AEgyptii, ſiue lateritii operis, *recordationem*; Azymi לזכון, in maſſae delatae ac infermentatae *memoriam*; Herbae amarae לזכרון, in *memoriam*, amarae ſeruitutis. Vnde *Paulus* ait, *1. Cor. XI. 26.* Τὸν θάνατον τῦ κυρίυ καταγγέλλετε, ubi uox Graeca καταγγέλλετε uim Hebraei הגידו exprimit, quo utebantur ueteres in enarratione beneficiorum Iſraelitis exhibitorum, cum ad agnum Paſchalem accumberent, quare *Legenda Paſchalis* Haggada dicitur ex *Exod. XIII. 8. Et annunciabis filio tuo*, ſiue *Lectio Paſchalis*, quam ſingulari ritu ac ordine in coena praelegunt, הגדה, quaſi dicas καταγγελίαν. BYNAEVS *l. c. p. 291.* CASAVBONVS, GOODWINVS, BVXTORFFIVS, qui §. 91. errorem inſimul SCALIGERI et FAGII, quorum mens eſt, noctem ita uocari, rectiſſime notauit.

§. 57. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον. CLERICVS *ad* HAMMONDVM *p. 202. Hic ſtatuimus*, ait, *a Chriſto obſeruatos potiſſimos Paſchales ritus, quorum in ſcriptis Iudaeorum mentio fit. Poteſt, ut dixi, mutatio nonnulla ſubrepſiſſe, ſed ſumma rei uidetur ſemper eadem fuiſſe.* LIGHTF. *Hor. Hebr. Talm. Matth. XXVI, 27. p. 379.* CHRIST. WILKEN. *Hiſt. Paſſion. p. 39.* LVNDIVS *l. c.* Mos ille Graecis quoque creber erat, uti *Bynaeus* ait, *p. 297.* Diß lehret *Athen. l. 15.* welcher, nachdem er das Zeugniß *Nicoſtrati* Ἀλλ' ἐγχέασα θᾶττον ἀγαθῦ Δαίμονος, ἀπενεγκάτω μοὶ τὴν τράπεζαν ἐκ ποδῶν, d. i. **Schenck geſchwind den Becher des gütigen GOttes ein, und nimm mir die Taffeln weg von den Füſſen**, angeführet; So füget er hinbey: ὅτι δοθείσης τῆς τῦ ἀγαθῦ δαίμονος κράσεως, ἔθος ἦν βαστάζεσθαι τὰς τραπέζας, d. i. **Weil, wann der Trunck des gütigen GOttes überreichet war, die Gewohnheit war, die Taffel aufzuheben.** Von derſelben Gewohnheit ſchreibet der Ausleger *Ariſtophanis.* Ἔθος δὲ ἦν ὁπότε μέλλοι ἡ τράπεζα, αἴρεσθαι κράσιν ἀγαθῦ Δαίμονος ἐπιῤῥεῖν, ὡς Θεοπόμπος

ἐστοῦτ, d. i. Es war die Gewohnheit, wenn die Taffel ſolte aufgehaben werden, den Trunck des gütigen GOttes zuthun, wie Theopompus erzehlet. Deſſen gedencket auch der Ausleger *Homeri ad Odyſſ. 3. etc.* Secundum hanc Iudaeorum conſuetudinem Seruator, ex mente *Bynaei*, coenam claudebat calice, quem in poculum Euchariſticum inſtituerit. Hierzu dienet ſonderlich, daß Paulus dieſen Becher nennet den Kelch der Danckſagung, welches der eigene Nahme iſt, damit die Juden den Becher nennen, welcher die Mahlzeit beſchloß. Dann der wird insgemein von ihnen genannt כוס הברכה, d. i. Becher der Danckſagung, oder weitläufftiger: כוס ברכה של מזון, d. i. der Becher der Danckſagung über das Eſſen, als welcher iſt כוס של ברכה ברכת המזון, d. i. der Becher der Danckſagung, wenn nach den Eſſen gedancket wird. LVND. In Jüd. Heiligth. *p. 1001. l. 5. c. 14.* SERVATOREM poculum Paſchae tertium in Euchariſticum tranſmutaſſe, perſuaſum eſt. BVXTORFFIO *Lex. Talm. rad.* הלל *p. 616.* et SCALIGERO poculum hymni, id eſt, quartum fuiſſe, uidetur. Vſu receptum erat, conuiuium Paſchale poculo claudere, quod dicebatur כוס הלל, ποτήριον ὑμνήσεως, uel, ut PAVLLVS loquitur, ποτήριον τῆς εὐλογίας, *poculum laudis*, qua notione uox εὐλογεῖν omnino gaudet, unde *Syrus* uerba PAVLLI uertit כוסא הו דתודיתא, *poculum laudationis*, quod *Talmudicis eſt* אכסא דברכתא, uel כוס של ברכה, τῆς εὐλογίας LIGHT. *p. 380.* ita ſentit: *Quosnam ex his ritibus adhibuerit Saluator, non quaerimus, poculum certe inuenimus idem fuiſſe cum poculo benedictionis, cum ſcil. pro more, poſt guſtatum fruſtulum Agni ualedictorium finis iam eſſet coenae, et ſuper poculum tertium gratiae agendae eſſent poſt cibum, accipit ille illud poculum, et poſt actas, ut probabile eſt, et pro more et pro officio, gratias pro cibo, inſtituit ille iſtud in poculum Euchariſticum. 1. Cor. X, 16. Hinc eſt, quod Lucas et Paulus dicant, eum poculum accepiſſe poſt coenam, id eſt, poculum illud, quod clauſit coenam. Erat et calix quartus, ſuper quo perficitur Hallel. An Chriſtus calicem hunc adhibuerit, non diſputamus. Canticum certe adhibuit, quod notat Euangeliſta, cum dicit ὑμνήσαντες.* Sed enim fruſtulum illud ualedictorium, de quo ſic Hebraei diſputant באחרונה אוכל מבשר הפסח אפילו בזית ואינו טועם אחריו מאכל אחר כלל: *Vltimo caro uictimae Paſcha-*

Paſchalis comedebatur, gramuis non ultra quantitatem oliuae, deinceps alius nullus cibus comeditur; LIGHTF. *Hor. Hebr. in Matth. XXVI. 26.* procul dubio recentioris eſt aetatis. Certe an CHRISTVS, qui bonas regulas nunquam turbauit, hic Iudaeorum inſtiterit ueſtigiis, ualde dubito. BEDA *de Loc. Sanct. c. 2.* uult uidiſſe poculum ſuo tempore Hieroſolymis ἀμφωτὸν, ſiue ἀμφῶις, calicem argenteum Sextarii Gallici capacem, ac utrinque anſatum. Idem ſcribit BARONIVS *ad A. C. 34. Num. 63.* et Hieroſolyma Valentiam deportatum memorat. LVCAS BRVGENSIS putat, incertum eſſe, cuius formae poculum illud fuerit. *Hoc tamen certum eſt,* inquit, *calicem, quo hodie in myſteriis utimur, eius eſſe formae, cuius fuit uas illud, quo Manna DEI iuſſu fuit adſeruatum, Ex. XVI, 33. prout uidere licet ex ſiclo, habente uno ex latere uirgam Aaronis, ex altero illud uas, cuius figura ex antiquiſſimo numiſmate ſculpta extat in Bibliis regiis, in Cap. 26. Matth.* SALMERON *tom. 9. tr. 10.* poculum illud adhuc Valentiae adſeruari, ſcribit. MOLINA, ſe ſuis id oculis uidiſſe refert, *tr. de Dignit. Sacerd.* Sed et Romae, quod audaciter fingunt, et contra omnem rationem, cum unum poculum uariis in locis integrum ſimul praeſens eſſe non poſſit, et Duaci in S. Amati monaſterio, et prope Lugdunum in templo Mariae Inſulanae et in Heluetia in Auguſtinianorum aliquo monaſterio Chriſti poculum oſtenditur. Atenimuero, quid fabulis, quas legiſſe, eſt refutaſſe, tempus terere iuuet? Tranſeamus ad alia, quae plus utilitatis habent. SCRIPTVRA memorat 1.) כוס תנחומים, ποτήριον εἰς παράκλησιν, *Ier. XVI, 7.* quod tempore luctus amicis porrigebatur, ut ipſius dulci flumine, interprete GOODWINO, moeroris, luctusque amaror ex pectore lugentium eluueretur. 2.) כוס ישועות, ποτήριον τῆς σωτηρίας, *Pſ. CXVI, 13.* id eſt, calicem Euchariſticum, quem Dauid uult eleuare de menſa, ſicut et alias, iudice GEIERO paterfamilias ſimile quid facere conſueuerat die Sabbathi. BVXT. *Syn. Iud. c. 10. p. m. 233. ſeq.* In conuentu enim ſacro, poſt preces, inſtructis illic epulis euchariſticis, libabant in honorem DEI poculum ſalutis conſuetum· GEIER· *ad Pſ. CXVI, 13.* Hinc LXX ſenes שלמים, euchariſtica ſacrificia, plerumque σώτηριον, *ſacrificium ſaluatoris*, uertunt. GOODW· *p. m. 511.* 3.) *Poculum tribulationis*

tionis, Ier. XXV, 15. Matth. XX, 22. Luc. XXII, 42. Eſ. LXXV, 9. Metaphora a Veterum ritu potandi deſumpta, quo per בעל משתה, ἀρχιτρίκλινον, uni cuique dimenſi calices, quos ebiberet, ſtatuebantur. Hoc diuturna triuit conſuetudo, quod, praeter Hebraeos, Graecorum monumenta, praeſertim PLATONIS συμποσιακὰ et ATHENAEI δειπνοσοφιστικὰ nos edocent. Conſule STVCKII *Antiquitat. Conuiu.* Recordamur Homeri ἀμφῶις inſigne poculum, ab utraque parte anſatum, cui literae et Poetarum carmina inſculpta erant, unde ueteribus dicebantur ποτήρια γραμματικὰ ATHEN· *l. 11. c. 4.* Apud Graecos celebre fuit poculum Διὸς σωτῆρος, *Iouis Seruatoris*, cuius in honorem ebibebatur, quod Graeci fortean ab Hebraeorum epulis Euchariſticis ſunt mutuati. Hic ὡς ἐν παρόδῳ notamus, ueteres, primitus in Deorum, et mortuorum, quos plerumque in numerum Deorum recipiebant, poſtea in hominum ſalutem bibiſſe, ita, ut ritus ille, ſecundum quem alterius in ſalutem bibimus, omnino ſit perantiquus. STVCK· *p. 357. et 408.* Nero duos habuit ſcyphas gratiſſimi uſus, quos Homericos a caelatura carminum Homeri uocabat. Saepe tamen, res a diis et heroibus geſtas, Antiquos in poculis adumbraſſe, legimus. Hebraeorum pocula Sanctae Hieroſolymae forma, aliisque hiſtoriis biblicis inſigniri ſolebant. Omnium tamen commemorabilis eſt noſter calix Euchariſticus, quem Seruator, ut CASAVBONVS et BVXTORFFIVS belle aiunt, uocat poculum metonymica locutione et κατ' ἔλλειψιν, pro *Poculum uini*, ad imitationem Hebraeorum, qui in hiſtoria et ritibus Paſchatis deſcribendis tantum כוס, *poculi*, uel כוסות, *poculorum*, mentionem faciunt, et tamen calicem, uino repletum, intelligi uolunt. Veteres enim Hebraei non coquebant cereuiſiam, ut hodie mos inter Germanos obtinet, ſed ſitim ſedabant uel aqua, uel uino, maxime uino, praeſertim tempore Paſchatis. Vnde in Talmude legimus: *Vnusquisque uxorem et liberos hilarat uino, praeſertim rufo, quem magnifaciunt orientales. Quod ſi uero aliud uinum rufum uirtute ſuperaret, illud eligebatur Talm. tit. Peſ. f. 37. 2. Leuuſch Peſ. Num. 172. §. 11.* BVXT. *Diſp. p. 209.* BYNAEVS *p. 296.* Vid. DOVGHT· *lib. de Calic. Euchar. Vet. Chriſtian. c. 4. p. 40. ſq.* STVCK· *l. c. de Vet. Pocul. l. 3. c. 12.* CASAVB

SAVB. *l. c. p. 518.* MONTAC. *Orig. Eccleſ. Part. Poſt. p. 366.* et HOORNBECK. *Miſcell. S. p. 554.*

§. 58. καὶ εὐχαριστήσας. Hoc recepti inter Iudaeos moris erat. *Nam licet Benedictio panis conſecret, et ad eſum liberos ac licitos faciat omnes alios cibos et liquores, ſine alia ulteriore conſecratione; Attamen non ualet de uino, ſed diſtincta eſt ei benedictio peculiaris, propter inſignem eius praeſtantiam. Leuuſch in Rit. Conuiu. Num. 174. 1.* Conſecrationis, quam ברכת יין, *benedictionem uini*, uocant, formulam LIGHTF. BVXTORF. BYNAEVS, alii commemorant: ברוך אתה יי" אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן *Benedictus ſis tu Domine, Deus noſter, rex mundi, qui creas fructum uitis.* Conſecrationis ritum deſcribit IOSEPH KARO *in Schulc. Ar. n. 183. p. 33. c. 3.* מקבלו בשתי ידיו וכשמתחיל לברך נוטלו בימינו ולא יסייע בשמאל ומגבהו מחקרקע טפח אם הוא יושב על גבי קרקע ואם הוא מיסב בשולחן מגביהו מעל השלחן טפח ינותן בו עינו שלא יסיח דעתו: *Scyphus duabus manibus tenetur. Quando autem conſecrans εὐλογίαν incipit, illum dextra tantum apprehendit, neque ſiniſtra fulcit. Palmi ſpatio a ſolo eleuatur, quando is, qui conſecrat, ſolo inſidet. Si uero menſae accumbit, tum ſupra menſam praenominato ſpatio attollitur. Oculos ad illum reflectere debet, ne aliena cogitet.* Vide illa, quae interpretes paſſim notant ad *Pſ. CXVI. 13.* in explicatione uocis אשא, *leuabo*, cuius ſupra mentionem fecimus. CHRISTVS talem Hebraeis uſitatam formulam recitaſſe, BVXTORFFIVS non adfirmat. PAVLVS FAGIVS *in Deut. VIII.* ſcribit: *Veriſimile eſt, Chriſtum quibusdam, quae in his precibus continentur, maxime quod principium et finem attinet, uſum fuiſſe, non autem aliis, quae a poſterioribus Iudaeis addita fuere.* BYNAEVS *p. 299.* Was Chriſtus für Worte in ſeinem Seegen, den er über den Kelch geſprochen, gebraucht, kommt uns nicht zu nachzuforſchen, weil die Evangeliſten davon ſchweigen. Paterfamilias ſumebat olim כוס הברכה, *poculum benedictionis*, ambabus manibus, et, cum benedicere inciperet, בימינו, in dextram ſuam. An CHRISTVS hanc Iudaeorum obſeruauerit conſuetudinem, BYNAEVS non audet adfirmare. Subnectit

et tamen: Diß aber iſt gewiß, daß das Nehmen ſein Abſehen hat, auf das Nehmen in die Hand, weil diß eine Gewohnheit unter den Juden geweſen, daß der, ſo den Seegen ſprach, den Becher in der Hand hatte. Ego, ut breuis ſim, conſtanter credo, CHRISTVM, cum ederet, poculisque benediceret Paſchalibus, uulgari precandi formula, non praeciſe illa, quae in Iudaeorum ſcriptis circumfertur, ſed ea, quae tum inter Hebraeos in uſu fuit, uti omnino potuiſſe, quia procul dubio huiuſcemodi formulam non παράδοσις, aut lex Iudaeorum oralis, miras in ſuperſtitiones implicita, quam Seruator ab ſe ſemper auertit, praeſcripſerat, ſed uſus et ſimpliciſſima conſuetudo illam docuerat. An uero CHRISTVS eam actu ipſo, cum benediceret, retinuerit, ego, SCRIPTVRAE antiquitatisque teſtimonio deſtitutus, neque adfirmo, neque nego. Vbi tamen poculo benediceret Seruator Euchariſtico, haud dubie *inſolentem* et *extraordinariam* precandi *formulam* adhibuit, in quam, cum SCRIPTVRA eam reticuerit, otioſe non inquiram.

§. 59. Ἔδωκεν αὐτοῖς. Ita conſuetudo apud Hebraeos inualuit, ut in feſtiuis et ſolemnibus epulis de poculo benedictionis, poſtquam Paterfamilias illud libaſſet, omnes in menſa praeſentes guſtarent. Hoc dicto, uidelicet *Benedictus es tu Domine etc.* ait GOODWIN· *p. m. 488. delibat* (paterfamilias) *uinum, ſcyphusque ab eo in corona accumbentium circumit.* Pocula autem quatuor erant ebibenda ab unoquoque, quibus, ut Scholiaſtae ueteres uolunt, ſuperaddi quintum poterat. *Tr. Peſ. c. 10. 2.* לא יפחתו לו מארבע כוסות של יין ואפילו מן צדקות חוייבו, *Minimum quatuor pocula etiam ab iis, qui ex Eleemoſynis uictitant, ebibenda ſunt. Primum poculum* infundebatur *ſub coenae initium Maim. tr.* חמץ ומצה, *c. 8. Secundum* ante quaeſtionem, quam formabant pueri, atque ſic ad הגדה, *lectionem Paſchalem* ſpectabant. *Tertium* finiebat coenam, et ebibebatur, cum *a menſa* DEO agerent gratias, unde כוס הברכה, *poculum benedictionis et laudationis* antiquitus dicebatur. *Quartum* infunditur in *fine cantus Hallel*, uel, cum poſteriorem Cantici Magni partem canerent. LIGHTF· *ad Matth. XXVI. 27.* HOTTING. *ad* GOODWIN· *l. 3. c. 2. p. 494.* BYNAEVS

l. c.

l. c. p. 296. LEVVSCH. *Rit. de Sabb. Num. 271. §. 14.* cui adde *Rituale Germanico-Hebr. et* BVXTORFF. *Synag. Iud. c. 10.* De numero poculorum in Coena CHRISTI Paſchali exhauſtorum, atque ceteris ritibus, de quibus SCRIPTVRA ſilet, non diſceptamus. Ex ſententia BYNAEI CHRISTVS, more Iudaeorum, diſcipulis calicem porrigebat. HOTTINGERVS ſcribit: *An CHRISTVS pariter hanc Iudaeorum conſuetudinem obſeruauerit, pro indubitato adſerere nollem. Quoniam tamen mos culpae expers, et penes alios receptus, atque eius veſtigia in Hiſtoria Euangelica deprehenduntur, abſurdum neutiquam eſt, ex illa elucidationem petere.* Id memorabile uidetur, quod unus Euangeliſta dicat, *bibite ex eo πάντες*, alter, *λάβετε φάγετε τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου*, cum tamen de pane dicatur ſimpliciter ſaltim, *edite.* Nimirum praeuidebat Seruator, ui omniſcientiae ſuae, Pontificiorum malitiam, qua, contra praxin primitiuae Eccleſiae, contra ipſius CHRISTI ac Apoſtolorum uſum, Laicis calicem ſubtrahunt. BVXT. *Lex. Talm. p. 616.* Videtur CHRISTVS et in eo reſpexiſſe ad *conſuetudinem Iudaeorum. Magiſtri Hebraeorum* praecipiunt ſerio, ut *omnes bibant in Coena Paſchali.* IOSEPH. KARO *in Schulc. Ar. n. 190. p. 34. c. 2.* ומכל מקום מצוה מן המבחור שיטעמו כולם: *Attamen praeceptum longe praeſtantiſſimum eſt, ut OMNES guſtent.* Vid. HOTTINGERVS *l. c.* Demus id Iudaeis, CHRISTI tamen praeceptum, *bibite ex eo πάντες*, multo praeſtantius eſt, quod omnes, nullo excepto, obligat.

§. 60. τῆς καινῆς διαθήκης. καινὸν, חדש, *nouum dicitur, quod ob excellentiam habet admirationem, ut Canticum nouum,* שיר חדש, *Pſ. XXXIII. 3. Apoc. V. 9.* ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, *cap. XIV. 3. Sic et* ὄνομα καινὸν *Apoc. II. 17. III. 12. Item Marc. I. 27.* τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, *mirabilis et inaudita,* ubi ſignificatus per Articuli geminationem omnino creſcit, et admodum augetur. *Vetera ſordent, faſtidiuntur, noua placent, unde nouum eſt pulchrum, eximium.* Eodem ſenſu praeceptum de amore CHRISTO *Ioh. XIII. 34.* dicitur ἐντολὴ καινὴ, quod in auribus Iudaeorum erat plane nouum et tremendum quid. Arrigebant aures. CLERICVS *p. 202.* διαθήκη quandoque idem

eſt, quod συνθήκη, *foedus*, unde HESYCHIVS exponit per συνωμοσίαν, eine Zuſammen-Verſchwerung, quoniam, ut recte monet BYNAEVS, in ſanctione foederum iuramento ueteres utebantur, *Gen. XXI. 23.* Quare *LXX. Senibus*, contrahentes, ſiue confoederati, συνωμότας adpellantur. *Gen. XIV.* et uox Hebraea ברית, *foedus*, plerumque uertitur per διαθήκην; Emphatice tamen διαθήκη connotat *Teſtamentum*, ultimam morientis uoluntatem, quo ſenſu uox Graeca ad Talmudicos tranſiit, et ab antiquis Graecis, AESCHYNE, DEMOSTHENE, aliis ſaepe uſurpatur, qua de re uid. SVICER. *Theſ. Gr.* et DIETER. *Antiq. Bibl. N. T. uoc.* διαθήκη Eſt igitur *hoc myſterium* καινὴ διαθήκη, *Teſtamentum plane nouum*, quale nunquam ſcriptum legimus, quod in nobis admirationem facit ſummam, ita, ut uerbis exprimi ſatis non poſſit. In coeleſtes enim diuitias CHRISTVS nos adoptauit heredes.

§. 61. Τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Veteres nullum foedus ſine mactatione uictimae faciebant, unde Hebraeorum phraſis כרת ברית, *foedus percutere*, ut CICERO ſignificanter ait, einen Bund ſchlagen, oder ſchlachten, hoc ab antiquo ritu, originem habet, cuius ſanguis effundebatur, et quo contrahentes adſpergebantur. *Exod. XXIV.* 4. quem ad locum CHRISTVS haud dubie adludit, cum ait: Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου - - - ἐκχυνόμενον, et ſimul fortean ad effuſionem ſanguinis Agni Paſchalis, quam memorat *Talm. Peſ. c. 5. et* MAIM. פסח, *c. 1. 6. Sacerdotes ſtant ſeriatim, atque prae manibus habent phialas aureas et argenteas, ſeries altera argenteas, altera aureas, et non confunduntur, et non erant Phialis fimbriae, ne eas ſeponerent, et ſic condenſaretur ſanguis. Iſraelita mactat, et ſanguinem recipit Sacerdos, et proxime adſtanti dat, ille porrigit proximo, qui phialam plenam recipiens uacuam ei dat. Sacerdos altari proximus ſanguinem ſpargit aſperſione una, iuxta fundamentum altaris.* Quanquam enim, omnes circumſtantias et ritus illos praeciſe CHRISTI aetate adfuiſſe, certo non ſcimus, attamen ſummam rei iam extitiſſe, bene nouimus. Ἄφεσις *eſt illius proprie actio, qui, quos habet obſtrictos, dimittit et ſoluit,* הפטרה *autem dicitur. In ſacro codice N. T. iungitur uocabulo*

lo ἁμαρτιῶν, quia faciunt peccata noſtra, ut obnoxii ſimus iuſtitiae diuinae, et Deos nos teneat obſtrictos. Itaque paſſiue uſurpatur, dum *ἄφεσις ἁμαρτιῶν dicitur.* CAMERO. Legimus apud *Paulum Heb. IX. 18.* ὅθεν οὐδὲ ἡ πρώτη (διαθήκη) χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται; *Vnde ne prius quidem illud Teſtamentum abſque ſanguine dedicatum eſt;* Et *u. 22.* καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις, *et abſque ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Vnde nobis incidit in mentem, quod DEVS Adamum ſtatim in Paradiſo remiſſionem peccatorum, quam Adamus ſecundus, Meſſias, ſanguinis effuſione in plenitudine temporis effecit, edocuerit. Non obſcure id ſignificatur *Gen. III. 15.* Quemadmodum enim uictor olim, ut ex antiquitate profana nouimus, pedibus ſuis caput hoſtis conculcabat, et proſtratus interdum illico, uictore id minime metuente, percuſſori uulnus inferre poterat, ut ſanguis aceruatim effluereret: Ita de uictore Meſſia et hoſte proſtrato, qui eſt Satanas, ſimile quid legimus, הוא ישופך, *ipſe Meſſias conteret tibi*, Onkel. הוא יהי דכיר לך מה דעבדת ליה מלקדמין: *Ipſe memor erit iſtius, quod feciſti ei ab initio*: Arabs: *Et haec ex te findet caput.* Samarit. הוא יקפנך ריש, *ipſe percutiet te capite*, quamuis ceteroquin alii Codices cum Hebraeis legunt הוא ישופך ראש; *ipſe conteret tibi caput*; Syrus emphatice הן נרוש *ipſe conculcando occidet, interficiet te.* Optime LVTHER. et TIGVR. den Kopff zertreten; item PISCATOR: den Kopff zerknirſchen. Ita enim mos uetus ferebat, ut ſupra accepimus. De Diabolo legimus ואתה תשופנה עקב, *et tu conteres illud (in) calcaneo.* Onkel. ואת תדוי נטר ליה לסופא, *et tu obſeruabis eum in fine.* Targ. Hieroſ. תדוי מתכוין ונכית יתהון בעקביהון וממרע יתהון: *eris intentus, ut percutias eos in calcaneis eorum, et ita noceas.* Ita Ionath. praeterquam quod haec uerba, *et ita noceas*, omnibus in codicibus apud eundem non extent. Syrus: ואנת תמחיוהי בעקבה, *et tu feries eum in calcaneum ipſius.* LVTH. die Ferſen ſtechen, TIGVR. zertreten, PISCAT. zerknirſchen. Norimb. An. 1483. Du wirſt heimlich tragen Neyde ihrem Fuß-Tritt. Hoc eſt, Draco ille antiquus, more ſerpentis, uel ritu hoſtis proiecti, qui, ne uulnus plane relinquat inultum, praeter omnem ſpem, enſem,

uel μαχαιρὰν percuſſori infligebat, עקב, Meſſiae calcaneum perfodebat, atque ſic ſauciabat, ut, multo ſanguine profuſo, illato ex uulnere moreretur. Sed DEVS tamen redemptionis myſterium, et doctrinam de futuro Meſſia, Protoplaſtis haud dubie uerbis planiſſimis reuelauit, quare hi ſtatim ad ſacrificia properabant. Legimus *Gen. III. 21.* et *ordinauit, iuſſit, diſpoſuit DEVS*, ut fiant homini et uxori ſuae *tunicae pellis*, qualis habitus *Hebraeis*, *Graecis*, *Romanis*, *Hunnis*, *Getis*, *Hungaris*, *Teutonibus*, *Indo*, *Parthis* et *Scytis* olim non erat infrequens, quemadmodum hodie *Norwegi*, *Tartari*, *Moſci* pellibus contra frigus ſe ueſtiunt, qua de re uid. BYN. *de Calc. Hebr. l. 1. c. 2.* Nimirum Adamus procul dubio, promiſſionis diuinae de ſemine mulieris non immemor, DEO ſacrificia tulit, quomodo deinceps Abel et Cainus, primitias obtuliſſe DEO, dicuntur. Chryſoſtomo perſuaſum eſt, ſacrificium illud legem naturae inculcaſſe, *Homil. 18. in Gen. p. 173. tom. 2.* GVIL. CAVEVS ſcribere non ueretur: Ich meines Ortes halte es vor klar und ausgemacht, was zum Exempel die Danck-Opffer betrifft, daß ſelbige, als die Heiligung der Erſtlingen unter den Früchten, und die Darbringung anderer dergleichen Gaben, allerdings den Menſchen aus ſeiner eigenen Vernunfft gelehret worden ſeyn', daß es nemlich recht und billich ſey, ſelbige, zu Bezeigung eines danckbaren Gemüthes, dem HErrn zu heiligen. Und ſo fern kunten auch die Opffer im Stande der Unſchuld ſtatt finden. Vid. *Antiq. Apoſtol.* in der Einleitungs-Rede *p. 18.* Sed enim haec adſertio, meo iudicio, ne ueritatis quidem ſpeciem habet. Nouimus natura, DEVM frugibus non indigere, nec ouium ſanguine opus habere, nouimus natura, inter beneficia DEI et primitias nullam, ut ita dicam, eſſe proportionem, nonimus, creaturas ipſius eſſe DEI, ut adeo fruſtraneum et abſonum foret, ſi quis ea, quae ipſius ſunt DEI, DEO muneri offerret, ut alia, quae ſubmoneri poterant, ob breuitatis ſtudium, taceamus. DEVS igitur ſpeciali mandato ſacrificia et primitias offerendas ordinauit, maxime effuſionem ſanguinis, ut ab initio homines haberent, unde effuſionis, per Chriſtum factae, recordari poſſent. *Dan. IX. 24. Hebr. IX. et X. Rom. III.* Praeter ceteras oblationes, DEO factas, commemorabilia ſunt ſacrificia

ficia in feſto expiationum, quo Pontifex M. ſemel per annum Sanctum Sanctorum ingreſſus eſt, uerſus propitiatorium ſanguinem conſperſit, et peccata totius populi ſuſtulit, quod Paullus explicat et adplicat, *Hebr. IX. 7-13.* Tum quoque ſacrificium agni Paſchalis et quotidiani, ſeu iugis ſacrificii, de quo alias diximus, attendi debet. Hos igitur ad ritus et oblationes adludit CHRISTVS, cum ait: Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Obſeruant praeterea uiri docti, uinum rufum, quale illis in regionibus creſcebat, ac in primis in coena paſchali bibebatur, egregiam nobis ſanguinis memoriam relinquere. BYNAEVS notanter admodum *p. 306.* In den Ländern wuchß gemeiniglich **rother Wein**, daher der Wein bey den Hebräern חמר genannt wird, von חמר, roth ſeyn, wie *Chamara* in der Arabiſchen Sprache. Und von dieſer Bezeichnung wird genannt חמר, roth, eigentlich **rothe Erde**, חמר, **Leimen**, von welchen *Dioſcorides*, *Serapio* und *Aben Eſra* zeigen, daß er roth iſt, וחמור **Eine Gattung rother Ziegen**, חמור, ein Eſel, welche in den Morgen-Ländern gemeiniglich roth fallen, und חמר, **Wein von ſeiner rothen Farbe.** In welcher Bedeutung man *Eſ. XXVII. 2.* lieſet: כרם חמר, **vom Weinberge des beſten Weins**, eigentlich heißts **des rothen Weins.** *Deut. XXXII. 14.* **Mit gutem Trauben-Blut**, חמר, **mit rothem Wein.** Weswegen auch der **Wein**, nach der Hebräiſchen Sprache, genannt wird **Trauben-Blut.** *Gen. XL. 11. Deut. XXXII. 14.* Welcher Art zu reden auch Syrach nachfolget, *c. XL. 31. c. L. 17.* Vid. *1. Maccab. VI. 34.* Ja dieſe Redens-Art wird auch bey frembden Scribenten gefunden. AESCHYLVS αἷμα σταφυλῆς, Trauben-Blut, i. e. Wein, ACHILLES TATIVS αἷμα βοτρύων. Statius: *Deſerit et pingues Bacchaeo ſanguine colles.* Vnde AEgyptii, uinum ex gigantum ſanguine originem habuiſſe, credebant. PLVT. *lib. de Iſide*: Οὐδὲ ἔπινον οἶνον, ἡδὲ ἔσπενδον, ὡς φίλιον θεοῖς, ἀλλὰ ὡς αἷμα τῶν πολεμησάντων ποτὲ τοῖς θεοῖς; Sie, (die AEgyptier,) **trincken keinen Wein, noch opffern denſelben, als den Göttern angenehm, ſondern als das Blut derjenigen, welche ehemalen wieder die Götter geſtritten haben.**

§. 62. ὅτι ϑ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτϑ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλϑ. Emphatice duae negationes ϑ μὴ apud Graecos ſignificationem augent, quod ſatis eſt notum. BVXT· *Lex. Talm. p. 616. Occaſionem*, ait, *ſumpſiſſe uidetur ex Iudaeorum conſuetudine, qua uetitum erat, exhauſto poculo, plus uini ea nocte guſtare. Ita enim expreſſe traditur in Orach Chaiim, num. 481.* אחר ארבעה כוסות אינו רשאי לשתות יין אלא מים: *Poſt quatuor pocula non licet bibere uinum, ſed aquam. Dicit ergo CHRISTVS, ſe et in hoc nil contra ipſorum traditiones facturum; ſed ita, ut non ſolum non in ea nocte nullum amplius uinum ſit guſturus, ſed toto eo tempore, quo adhuc in mundo ſit futurus.* Sed enim, quintum poculum, ſuperaddi potuiſſe, ſupra audiuimus. Praeterea fallitur, quando dicit: *ſe et in hoc contra ipſorum traditiones facturum*, niſi per traditiones intelligat fortaſſe bonas conſuetudines. Nam CHRISTVS traditiones Phariſaicas longe ab ſe amouit. Interim CHRISTVM uerbis: *Bibite ex hoc omnes*, hunc ad morem Iudaicum, de quo, an CHRISTI aetate fuerit, nihil certe conſtat, adluſiſſe, uel occaſionem inde ſumpſiſſe, pro indubitato adſerere nollem. BYN· *p. 308.* Conf. *Gen. XLIX· 11. Eſ. LXIII· 1. 2. 3.* Denique phraſis τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλϑ attentionem meretur. Arabs uertit *de ſucco huius uitis.* Perſa: *foetu arboris uuae*, AEthiops *fructu uitis.* Luth. optime vom Gewächs des Weinſtocks. Loquitur CHRISTVS cum Hebraeis, quibus uinum ἐμφατικῶς dicebatur פרי הגפן, ut ex ipſa benedictionis formula accepimus: *Benedictus ſis - - qui creas* פרי הגפן, *fructum huius uitis.* CHRISTVS igitur hic communem loquendi uſum ſequitur, et ſignificanter admodum uinum פרי הגפן, τὸ γέννημα τῆς ἀμπέλϑ, adpellitat, quod uolebat bibere in regno gratiae poſt reſurrectionem καινὸν, id eſt, καινῷ τρόπῳ, ut, teſte BYNAEO, CHRYSOST· et THEOPHYL· interpretantur, non ad corporis leuationem, ſed ad reſurrectionis confirmationem, cuius uirtute nos reſurgemus, cum omnium rerum adpropinquabit finis. Reliquos huius capitis uerſiculos, ex ritibus ueterum illuſtratos, uide apud Marcum et reliquos Euangeliſtas.

CAPVT

CAPVT XXVII

§. 1.

Ad u. 9. Vid Praefationem Lucae, ubi locum hunc uexatiſſimum data opera diſcuſſimus. Ad u. 15. Conſuetudines, in ueterum Paſchate uſu receptas, ac commemorabiles, uel hanc ob cauſſam examinandas cenſui, quod uolumini praeſenti ipſum circa Paſchatis feſtum ultimam adiecimus manum, et argumentum illud plurimis, iisque non leuibus, difficultatibus impeditum locis SCRIPTVRAE faculam accendit compluribus. Paſcha ueterum in *Iudaicum* atque *Chriſtianum* commode diuidi poteſt. Praemittemus Iudaicum, initium ab *etymologia* facturi. Nonnulli, IRENAEVM, IVSTINVM MARTYREM, TERTVLLIANVM, AMBROSIVM, LACTANTIVM, CHRYSOSTOMVM, alios ueterum nomen illud a Graecis tranſtuliſſe, uolunt, quod praeter ceteros hic *Homil. IV. in 1. Epiſt. ad Timoth.* diſerte ait: Πάσχα λέγεται, ὅτι τότε ἔπαθεν ὁ χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν. Sed enim CASAVB. *Exercit XVI.* contra BARONIVM *Num. 11. p. 406. ſqq.* GLASSIVS *Phil. S. L. IV. Tr. III. p. m. 1278.* et HILDEBRAND. *Antiquit. Bibl. Libr. I. p. 28.* CHRYSOSTOMVM et complures alios uerum etymum non latuiſſe, recte ſentiunt. Nam Patres aliquando κατὰ τὴν κατάχρησιν, ut aiunt Graeci, et ἀκύρως fuerunt locuti. Gloſſema illud adluſio eſt et pia meditatio, qua ingenium exercent Patres, licet, quosdam ex linguae ſacratioris ignoratione ſaepius erraſſe, facile largiamur. Sic GREGORIVS NAZIANZENVS, *Orat. 42.* εἰς τὸ ἅγιον πάσχα initio, uocem illam ab Hebraeis eſſe deriuandam, adſerit, deinceps adludit quoque ad uocem Graecam πάσχω, *patior.* AVGVSTIN. *L. XVI. de Ciuitate Dei Cap. XLIII.* et *Enarrat. in Pſ. LXVIII.* τὸ πάσχα ſcite interpretatur *tranſitum*, nomenque Hebraeum eſſe, diſertis uerbis ait. BOCHART. *Hieroz. P. I. Libr. II. Cap. L. n. 1.* πάσχα uocabulum uocat Chaldaeum. Paſchae nomen, inquit,

Ausgrabungen, die Dr. Schliemann in Troja vorgenommen hat, sind in Bezug auf die Frage nach dem Alter der Bronze von hervorragender Bedeutung. Dr. Schliemann hat in Troja eine Reihe von Gegenständen aus Bronze gefunden, die sich in Form und Material von den Bronzen, die in Mykenä gefunden worden sind, nicht unterscheiden. Dr. Schliemann hat daher die Ansicht ausgesprochen, dass die Bronze-Gegenstände, die in Mykenä gefunden worden sind, nicht älter sind als die Zeit, in welcher Troja zerstört worden ist. Diese Ansicht ist aber nicht richtig. Die Bronze-Gegenstände, die in Troja gefunden worden sind, sind nicht älter als die Zeit, in welcher Troja zerstört worden ist. Die Bronze-Gegenstände, die in Mykenä gefunden worden sind, sind älter als die Zeit, in welcher Troja zerstört worden ist

dem Semkath et Zode literae ſunt unius organi, quae facile inter ſe permutantur. Radix extat apud Lexicographos et in SCRIPTVRIS paſſim פצח, *exultauit, hilaris fuit, exhilarauit uultum, Paſcha celebrauit. Pſ. XCVIII. 5. Eſ. XLIV. 23. Gal. IV. 27.* Vnde originem habent פציחא et פציחותא, *hilaritas, gaudium, feſtiuitas, Rom. XII. 8.* פציחאית, *laete, ſolemniter.* Atque ſic פצחא deſignat hilaritatem, laetitiam, feſtiuitatem inſignem, ſolemnitatem cum tripudio et iubilo immediate coniunctam. Apud Hebraeos datur radix huic non abſimilis פצח, *eleuauit uocem, cecinit, laetatus fuit, exultauit, Pſ. XCVIII. 4.* Aethiopi uocatur agnus Paſchalis, feſtum Paſchatis, quae uox פסח et פצח ſignificat quoque gaudium, laetitiam *Luc. VIII. 13. Iac. I. 2. Pſ. L. 15. Ioh. VIII. 56.* Vid. CASTELL. *Lexic. ad uoc.* פסח, *p. 3027.* Arabi Paſchatis feſtum audit פצח, *ſerenus dies, bonus dies*, Paſcha, *Num. XXXIII. 3.* quae adpellandi ratio conuenit cum Chaldaeo פצח, *clarum, ſerenum, nitidum, Eſ. XVIII. 4.* et non multum abludit ab Hebraea phraſi יום טוב, *dies bonus, ſerenus*, quamuis ceteroquin radix etiam extet apud Arabas פשח, quae aliquando idem eſt, quod Phraſis Hebraea הרחבת לי בצר, feciſti mihi dilatationem in illa coarctatione, ἐπλατύνας με, uti Graeci uertunt, du lufteſt mein Hertz, du erweiterſt die Klammern und Bande meines Hertzens, du haſt mir דרך, den Weg, breit, und den Raum, das Spatium, weit gemacht in dieſer Beängſtigung und Beklemmung, quemadmodum LVTHERVS exponit. Eduxiſti me in planum ex arce, qua coarctatus, et ab hoſtibus undiquaque circumuallatus et preſſus eram. Poſt θλῖψιν enim, צר, aut στενοχωρίαν, Angſt der Seelen, *Rom. II. 9.* laxatio cordis et dilatatio eſt nota laetitiae. Vnde Arabs phraſin illam Pſaltis Hebraeam uertit: Laetificaſti me, et D. LVTHERVS eleganter admodum: Der du mich tröſteſt. Nos inſigne exinde percipimus gaudium, quod uoces illas quaſi ab laetitia deſumptas uidemus, quo reſpectu Talmudici Paſcha יום טוב, ἡμέραν adpellant καλὴν, יומא שפירא, pulchrum diem, qua de re uid. *Cap. XXVI. 10. p. 340.* Hoc ſcilicet feſto nihil laetius, nihil pulchrius, nihil iucundius unquam fuit, quo conclamarent in Cantu M. Halleluia: *Haec*

Digitized by Google

Kirche, die sich auf Christus gründet, ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet. Sie ist eine Gemeinschaft, die sich auf Gott gründet, weil sie sich auf Christus gründet, der sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet, weil er sich auf Gott gründet.

ubi Patres accipiunt nunc pro Sacramento Coenae, nunc pro ſacrificii a CHRISTO in cruce peracti commemoratione, etiam extra Euchariſtiam. Vid. KROMAYER. BROCHMAND. alios de Agno Paſchali.

השבת ערב משתשקע השמש שבתות של חגיגה בואת חג או שבת בקר כמוצא השמש: SABBATHVM, *quod incidit ueſpere, eſt* INTROITVS SABBATHI *ueſperae, cum ſol occidit;* SABBATHVM *uero* feſtiuitatis *erat* INTROITVS FESTI *et* SABBATHI MATVTINI, *cum ſol horizontem aſcenderet.* Sabbathum ergo incepit hora ſexta ueſpertina, at, cum de lecto ſurgerent mane, ibatur in templum, et feſtiuitas habebat originem. Quae ſi uolutes animo, ritibus ueterum in auxilium uocatis, duplex illud Sabbathum uerba Matth. XXVIII· 1. egregie colluſtrant, ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, *ueſpera autem ſabbatorum*, id eſt, circa exitum שבתות של חגיגה, *ſabbathi feſtiuitatis*, diei ciuilis eccleſiaſtici, *quae luceſcit in unam ſabbatorum*, hoc eſt, cum שבת של חגיגה, *ſabbathum feſtiuitatis* imminens, uel ſequens illuceſceret, LVTHERVS optime in gloſſa marginali. Am Abende, d. i. am Ende, oder Ausgange der Sabbather einer, welcher war an Morgen, d. i. am Anfange und Eingange des folgenden Sabbaths. Atque ſic, praeter rem et neceſſitatem, uir haud indoctus ceteroquin in hoc Matthaei loco uexatiſſio, tria quaerit σφάλματα, in uerſione nempe huius commatis Germanica, ab incomparabili WERNSDORFFIO modeſte monitus, in Programmatibus, more ipſius, ſolide ac pererudite conſcriptis.

§. 4. Ab hora IX ad XII incidit μεσονύκτιον, VIGILIA SECVNDA, Luc. XII· 38. Si uenerit ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ Iud. VII· 19. אשמרת תיכונה, *uigilia mediae ſcilicet noctis*, non quod eſſet media inter tres noctis uigilias, uti ſentit DRVSIVS ad Iud. VII 19. ſed quod ea flueret ad adultam, ſeu mediam noctem. Vid. GOODWINI *Moſ. et Aar. Libr. III· Cap. I. n. 4. p. m. 463.* VIGILIA TERTIA, ἀλεκτοροφωνία, קריאת הגבר, *cantus Galli*, tranſiit ab hora XII ad III· Huius mentio iniicitur Tr. יומא, Cap. I. 8. בכל יום תורמין את המזבח בקריאת הגבר או סמוך לו בין לפניו בין לאחריו: *Singulis diebus purgabant altare ad galli cantum, aut non multo citius, uel tardius.* RAM-

RAMBAM Tr. שבת, Cap. V. l. c. אחרי קריאת הגבר קמים מחררו מתכונים לשבתות חגיגה: *Poſt ἀλεκτοροφωνίαν Iſraelitae ſurgebant e cubiculo, ut praeſto eſſent comparere in ſabbatho feſtiuitatis.* Matth. XXVI. 34. *Amen dico tibi, hac nocte ternis uicibus me abnegabis, πρὶν ἀλεκτοροφῆσαι, priusquam Gallus cantauerit.* Marc. XIII. 35. *Neſcitis, quando herus ueniturus ſit, ὀψὲ, ueſperi, ſero, prima uigilia, ἢ μεσονυκτίου, aut media nocte, ſecunda uigilia, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, aut gallicinio, uigilia tertia, ἢ πρωΐ, aut diluculo, uigilia quarta.* Vid. BOCHARTVS in *Hieroz. Tom. II. p. 119.* VIGILIA QVARTA ab hora III ad VI uocabatur אשמרת בקר, *uigilia matutina.* Exod. XIV. 24. ויהי באשמרת הבקר וישקף יהוה אל־ מחנה מצרים: *Et cum eſſet uigilia matutina, Dominus proſpexit in caſtra Aegyptorum.* Matth. XIV. 25. QVARTA *autem noctis* VIGILIA, τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς, abiit ad illos IESVS. Hanc uigiliam Euangeliſtae adpellitant πρωΐ, *diluculum*, utpote Matthaeus noſter Cap. XXVII. 1. πρωΐας δὲ γενομένης, *mane autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum et ſeniores populi aduerſus* IESVM, *ut eum morti traderent. Marc. XV. 1.* καὶ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωΐ; *Et conſeſtim diluculo conſilium iniuerunt.* Luc. XXII. 66. καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, LVTHERVS: Als es Tag ward. Ioh. XX. 1. Quod uero Matthaei uerba, quae extant ſequenti Capite XXVIII. 1. huc ſint referenda, et, cum quarta uigilia flueret, mulieres ad monumentum excurrerint, teſtimonium Iohannis Cap. XX. 1. clarius euincit: τῇ δὲ μίᾳ τῶν σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωΐ σκοτίας ἔτι οὔσης. *Vno uero die Sabbathorum Maria Magdalena uenit,* mane, *quum adhuc tenebrae eſſent, ad monumentum.* Cum Iohanne Lucas conſonat, Cap. XXIV. 1. *Vno autem Sabbathorum,* ὄρθρου βαθέως, *profundo diluculo;* Et Marcus Cap. XVI. 2. καὶ λίαν πρωΐ τῆς μίας σαββάτων; LVTHERVS: An einem Sabbather ſehr frühe, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, da die Sonne aufgieng. πρωΐ ergo ſignificat primum mane, den frühen Morgen, ut diſcernatur ab ſecundo ſequenti mane, quod hora VI. ſumebat initium, unde addit Marcus λίαν & ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, Lucas ὄρθρου βαθέως, Iohannes denique σκοτίας ἔτι οὔσης, ubi σκοτία neutiquam noctem infert,

fert, ſed diluculum. GROTIVS : *Fine noctis exiit, peruenit, ubi nonnihil illuxerat, una Sabbathorum, id eſt, primo die hebdomadae, poſtridie Paſchae.* Quae ſi paullo attentius, accuratiusue examines, ex multis te difficultatibus, quae poterant euoluendis in SCRIPTVRAE commatibus ſuboriri, facilius explicabis. Dicuntur feminae aduolaſſe θεωρῆται τὸν τάφον, *ut uiderent ſepulchrum*, quae uerba SYRVS, ARABS, AETHIOPS, PERSA κατὰ πόδα ſunt inſecuti. Vide ea, quae ad hunc textum in ſequentibus Euangeliſtis adnotauimus. Hic ritus, ſepulchra mortuorum reuiſendi, perantiquus examinandus uenit. Veſtigia iſtius non tantum hic, ſed praeſertim *Ioh. XI. 31.* inuenies. *Maſſecheth Semacoth Cap. VIII.* פוקדין על מתים ג׳ ימים *Prodeunt ad ſepulchra, atque inuiſunt mortuos, tribus diebus,* ואין חוששין משום דרכי האמורי, *Nec ſolliciti ſunt, ne incurrant infamiam ſuperſtitionis Amorrhaeorum. Hiſtoria, inuiſerunt quendam, atque ille reuixit, uixitque uiginti quinque annos, et poſtea eſt mortuus.* Vid. LIGTHFOOTI *Hor. Hebr. Talmud. ad Ioh. XI. 39. p.m. 1073.* Exiſtimant autem Iudaei, animas tribus uagari diebus circa ſepulchrum, *Bereſch Rabba fol. 114. 3.* Qua inani perſuaſione commoti, in montes aduolantes gentes olim conuiuia, multis ſuperſtitionibus ſuperſtructa, quam ſolemniſſime celebrarunt, quorſum SPENCER. *de Legib. Hebr. Rit. Libr. II. Cap. XI.* uerba legis, quae extant *Leuit. XIX. 26.* לא תאכלו על—הדם, *non comedetis ſuper ſanguinem*, retulit, quanquam ſoli LXX VIRI, cum OKKELOSIVS, IONATHAN, SAMARITANVS, ARABS, SYRVS, atque adeo plerique omnes textum Hebraeum ſint inſecuti, habeant : Μὴ ἔσθετε ἐπὶ τῶν ὀρέων, *non comedetis ſuper montes*, Gentium ſcilicet ritu, quibus in morem abiit, in montibus et locis, coelo propioribus, immolare, et, ſacris peractis, epulari, *Ezech. XVIII. 6. XXXIII. 25, 26.* על הדם תאכלו, *ſuper ſanguine comeditis, et oculos ueſtros leuatis ad idola ueſtra, et ſanguinem funditis* etc. IOSEPHVS ALBO *Sepher Ikkar. Diſc. 3. c. 16. Quae mactantur extra Tabernaculum, primo interdicta ſunt, cum Iſraelitae Aegypto egrederentur* לפי שהיו שטופים בעבודת השדים והיו אוכלים על הדם ואוכלים חלב ודם וגו׳: *Propterea quod tunc immerſi eſſent in cultu Daemonum, et comederent ſuper ſanguinem, et comede-*

rent

rent adipem et ſanguinem. Addatur AVCTOR *Libri Zohar in Leuit. in Paraſ.* אחרי מות וכד מצראי וגו' *fol. 135. Et quando Aegyptii coetum cogere uolebant ad incantamenta ſua peragenda,* חור נפקי לחקלא לטורי רמאי ורבחין רבחין ועברין גומין בארעא וגו': *Ad agros exibant in montem excelſum, et mactabant ſacrificia, et faciebant foueam in terra, et ſpargebant ſanguinem circa foueam illam, ſanguinis autem reſiduum in ipſam foueam congregabant: Offerebant uero ſacrificia ſua malignis ſpiritibus, et ſimul conueniebant, et inter ſe familiaritatem contrahebant in illo monte. Iſraelitae etiam, qui erant in ſeruitute eorum, accedebant, et diſcebant ab illis, et errabant poſt illos, iuxta quod ſcriptum eſt:* Et non ſacrificabunt ultra ſacrificia ſua לשעירים, hircis, poſt quos fornicantur, *Leuit. XVII. 7. Ex ea traditione intelligimus, quod eo tempore, quo accederent ad eos, et praepararent ſanguinem illum, et offerrent ſacrificia, congregabantur iſti Spiritus maligni, et apparebant ipſis, inſtar hircorum hirſutorum,* ומורעי להון מה דחינן בעיין, *et notum faciebant illis, quicquid quaererent.* Et item ABARBANEL ad *Leuit. XVII. 3. 4.* אבל היותר נכון אצלי הוא שהאיש השוחט ההוא בחיותו סבה שבני אדם יבואו ויאכלו שם על הדם הנשפך בשדה וגו': *Verum, quod mihi probabilius uidetur, eſt, quod uir ille, qui ſic mactat, in cauſſa ſit, ut homines accedant, et comedant ibi ſuper ſanguinem effuſum in agris ex illa mactatione, quod eſt e cultu Daemonum, eratque mactator ille, ac ſi mortem et exciſionem attuliſſet omnibus, qui ſacrificabant in eo die.* Phraſes autem *edere ſuper ſanguinem* et *edere ſuper montes* SPENCERO *l. c. p. 492.* eiusdem ſunt notionis, quod idololatrae ueteres ad ſanguinem comedendi ritum in montibus plurimum exercuerint. Cum enim ritu illo, ſubiicit, diuinandi et mortuorum umbras euocandi cauſſa, uterentur, conſentaneum uidebatur, ut eum in monte aliquo celebrarent, ubi Heroes, quos conſultum ibant, ſepulturae plurimum tradebantur. Hoc e uerbis ISIDORI *Libr. XV. C. 11.* diſcimus: *Apud maiores potentes, aut in montibus, aut ſub montibus, ſepeliebantur. Inde tractum eſt, ut poſtea ſuper cadauera aut piramides fierent, aut ingentes*

ingentes columnae collocarentur. Videſis ea, quae de hoc diſceptauit argumento SPENCERVS *l. c. p. 493. ſqq.* De ὀφιομαντεία et ὀρνιθομαντεία, id eſt, *de diuinatione a ſerpente et auibus petita*, cum primis in montibus, legi merenrur HEINSIVS *in Ariſtarch. S. p. 18. 19.* SELDENVS *de Diis Syris Syntagm. II. Cap. XVII.* SPENCERVS *l. c. p. 498.*

§. 5. Feminae pientiſſimae, quae SERVATORIS ad ſepulchrum adproperant, nihil minus, quam idolomaniam intendunt, quin potius accedunt uiſitandi, flendi, ungendique cauſſa, id quod aliis, per orientem, gentibus nondum uenit in deſuetudinem. FVRER· *Itiner p. 32.* DE TVRCIS NOTANTER ADMODVM: *Die Veneris*, QVI EST SABBATHICVS *Turcis*, *mulieres Turcarum, ante ſolis ortum, ad ſepulchra defunctorum, quae extra urbem ſunt, abeunt, ubi mortem amicorum lugent, monumentaque floribus et aqua conſpergunt.* Idem teſtatur Salom. Schweigger, *Itiner. Libr. II· Cap. 59. p. m. 200.* Uber etliche Tage kommen dann die Weiber und Töchter mit ihren Geſpielen, verrichten ihre Klage bey dem Begräbnis, fragen den Todten, was er damit meynet, daß er geſtorben ſey, ſo er doch an Eſſen und Trincken keinen Mangel gehabt. – Sie bringen auch ihr Opffer, Brod, Käß, Eyer, Fleiſch, legens zum Grab etc. De *Ruſſis* et *Perſis* uid. ADAM· OLEAR· *Itiner. Perſic. fol. 11. 12.* etc. Confer. HOTTINGERVS *de Cippis Hebraeorum, p. 4.* POCOCKIVS *in Not. Miſcellan. ad Portam Moſis, p. 224. ſqq.* GEIERVS *de Luctu Hebraeor. Cap. VI· §. 26.* De ueteribus *Graecis Ruthenicis* conferatur HERBINIVS *de Cryptis Kiiouienſibus*, qui pererudite integro uolumine conſuetudinem iſtam eſt perſecutus. Mulieres in primis ad ſepulchra mortuorum ſedebant flentes et tacitae, *Neh. I· 4. Pſ. CXXXVII· 1. Thren. II· 10. Ezech. VIII· 14.* Vnde *Matth. XXVII· 60.* καθήμεναι ſedentes inducuntur ἀπέναντι τοῦ τάφου ex aduerſo ſepulchri, et Hebraeis perbelle idcirco uidua ſalutatur אלמנה, *tacita et obmuteſcens*, Graeci ἀγκυλόγλωσσον adpellitant, cui linguae iniicitur impedimentum ac uinculum; Hinc nummus Titi Veſpaſiani exſcribit feminam ſub palma ſedentem, lugentis ſpecie, additis uerbis: IV-

DAEA

DAEA CAPTA, cuius imaginem exhibet IACOBVS LYDIVS *in Flor. Sparſ. ad Paſſion. IESV CHRISTI p. 280.* Similis monetae iniiciunt mentionem MAIMONIDES et ABARBANEL, adiecta ἐπιγραφῇ יהודית אלמנה, VIDVA IVDAEA. *Thren. I. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populi*, Cap. II. 10. *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiae Sion, conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abiecerunt in terram capita ſua uirgines Ieruſalem.* Iob. II. 13. *Sedebant cum eo in terra ſeptem diebus et ſeptem noctibus, et nemo loquebatur ei uerbum.* ABARBANEL *ad Ieſ. XXIII. 2.* SILETE HABITATORES INSVLAE, NEGOTIATORES SIDON, perbelle: *Significatio haec* שתיקה, *ſilentii pro ratione luctus, ſicut* Thren. III. 28. MANEBIT SOLITARIVS, et TACEBIT etc. *Adeoque ſenſus eſt: Incolae uniuscuiusque inſulae ſilebunt ac lugebunt.* Ier. VIII. 14. *Ingrediamur ciuitates munitas* ונדמה, *et ſilebimus illic, quia Dominus Deus noſter* הדמנו, *ſilere nos fecit, potauitque nos aqua fellis. Pſ. XXXI. 18. 19.* MAIMONID. *Tr.* תענית *Cap. V. 11.* de ieiunio propter templi deuaſtationem inſtituto concinne: *Sapientum diſcipuli non ſalutant ſe inuicem eo die, uerum ſedent* דומם, *miſerabiles ac ſuſpirantes, tanquam lugentes, et ſi eosdem quis de plebe ſalutet, referunt quidem, ſed labio ſubmiſſo, capiteque pendulo.* Vid. POCOCKIVM et HOTTINGERVM l. c. Idem MAIMONIDES Tr. אבל, *Cap. V. 20. Vnde eſt, quod lugenti interdicta* שאלת שלום, *ſalutatio. R. eo quod dicitur* Ezech. XXIV. 17. ingemiſce, file. *Totus ergo tres dies primos, cum quis ſalutem impertit lugenti, non reponit ille paria, uerum ſubinnuit, ſe uerſari in luctu. A tertio autem die usque ad ſeptimum ſalutanti reprecatur, et a ſeptimo usque ad trigeſimum ſalutat quidem alios ipſemet, uerum* אחרים אין שואלין בשלומו עד לאחר שלשים: *alii non ſalutant ipſum, niſi poſt triceſimum. Immo ſi patrem, matremue quis lugeat, non ſalutant eum, niſi* poſt 12. *Quandoquidem ergo lugenti inhibita eſt ſalutatio, quanto magis inhibita erit ſermonum multiplicatio, aut riſus, cum dictum ſit* דום, *file. Qua de cauſſa etiam non licet manu ſua tenere* תינוק, *puellum, ne ab eodem ad riſum inducatur, neque etiam uiſitare locum gaudii, u. t. domos conuiuiorum, aliaque his ſimilia.* Mos inter Ethnicos

non fuit infrequens. Sic ab HOMERO Antilochus, nuncio Patrocli interfecti attonitus, inducitur *Iliad etc. non procul a fine*; Et PINDARVS *Olymp. Od. X.*

- Ἴδε πατρίδα πολυκτέανον
Ὑπὸ κέρεῳ πυρί, πλαγαῖς τὲ σιδάρου
Βαθὺν ἐς ὀχετὸν ἄτας ἵζοισαν ἑαν᾽ πόλιν.
- *Vidit patriam prius diuitem*
Valido igne proſtratam, et ferri ictibus
Sedentem urbem ſuam in profundo calamitatis gurgite.

PLVTARCHVS perbelle de Catone: Ἐδείπνει δὲ καθήμενος ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας κατὰ Φάρσαλον ἔγνω ἥτταν ἡ τοῦτο τῷ λοιπῷ προσέθηκε πένθει μὴ κατακλιθῆναι, πλὴν καθεύδων. *Coenabat autem ex eo die ſedens, quo cladem Pharſalicam intellexiſſet; Idque ad ceterum luctum addidit, neque recumbebat, niſi ſomni cauſſa.* Vid. PFEIFFERVS *in Antiquit. Graecis non procul a fine.*

§. 6. Ad u. 9. χαίρειε, quae uox itidem *Matth. XXVI. 49.* obuenit, ſiquidem Iudas peſſimus optimum ad SERVATOREM accedebat, praemiſſa ſalutationis formula Χαῖρε, *gaude*, uel *ſalue*! Talmudici dialecto communi efferunt per ſuum אישר, *Hieroſol. Taanith.* fol. 64. 2. *Viderunt Rabbini ſanctum quendam e Caphar Immi, et dixerunt* אישר, χαῖρε. *Ibidem Scheuiith, fol. 35. 2. et 36. 1.* מה שואלין בשלומן של ישראל ויישר, *Quomodo ſalutant Iſraelitam?* ויישר. Vid. etiam GITTIN, *fol. 47. 3.* quae uox non tantum habet notionem *recti, iuſti, aequi*, ſed et cum אשר cum ſignificatione ſua coincidit, *recta inceſſit, felicem rerum ſucceſſum habuit, fortunatus fuit*, ita ut omnem et animae, et corporis, et fortunae felicitatem ſubinuoluat. De cetero ueteres in ſalutandi ritu uariis utebantur formulis, u. c. *Dominus Vobiſcum*, uel *benedicat uobis Dominus*, *Ruth. II. 4.* Vnde ait Eliſa ad Gehaſin לא תברכנו, *non benedices, ſeu ſalutabis eum*, *2. Reg. IV. 29.* Notiſſima tamen formula fuit שלום לכם, *pax uobis*, שמום לך,

pax

pax tibi, לך שלום, *abi in pace*, ſi Rabbi occurreret, שלום עליך, *pax ſuper te*, לכה שלום, *abi huc in pace.* DASSOVIVS concinne ad hanc formulam שלום לכם, *pax nobis*: *Solebant Hebraei*, inquit, *ſe inuicem ſalutare, in primis eſt notatu dignißimum, quod excubantes in templo Sacerdotes et Leuitae, ſi uiderent ad ſe accedere praefectum templi, qui noctu ardentibus facibus circumibat, illum inclamarent his uerbis*: Pax tibi, Praefecte templi, pax tibi. *Quibus uerbis ſe non dormire, ſed uigilare, et bona quoque Praefecto adprecari iudicabant, ſicut etiam illi ſacerdotes, qui ex locò, ubi ignis cuſtodiebatur, matutino tempore facibus ardentibus circumibant, et in duos ordines diuiſi erant, uno ordine ad auſtrum, altero ad Aquilonem tendente. Si ſibi obuiam procederent, ſibi inuicem acclamabant*: Pax, pax, *ut legitur apud* MAIMONID. *de Domo Elect. Cap. VIII. Neque* CHRISTVS *diſcipulos, qui Sacerdotes futuri erant, eadem formula adloquebatur, qua Sacerdotes ſe inuicem ſalutabant, ſicut etiam ille ſalutandi modus aliis communis erat, in eo tamen ſalutatio* CHRISTI *ab aliorum ſalutatione differebat, quod* CHRISTVS *et pacem apprecaretur, et conferret.* Vbi cum primis illud addendum, quod שלום natiua ſignificatione itidem omnem perfectionem et hic animae, corporis, fortunae felicitatem importet, praecipue dona SPIRITVS S. ſanctificantia, quae apud MEGALANDRVM ὀρθόδοξον ſuccincte traduntur: Glaube, Vergebung der Sünden, himmliſcher Friede, Göttliche Freude, himmliſcher Gnaden-Troſt, Göttliches Vertrauen, die unfehlbahre Hoffnung der ewigen Freud und Seeligkeit, wahre Liebe in Chriſto JEſu, Hoffnung, Sanfftmuth, Keuſchheit, Demuth, Gerechtigkeit ꝛc. Quae ſingula et Graecorum χαίρε intendit, quod cum proprie gaudere notet, HORATIVS eleganter admodum dixit: *Celſo gaudere.* Graeci ſubſtituebant ſubinde ſuum ὑγιαίνειν, uel εὐπράττειν, quod etiam ex eo patet, quia epiſtolarum et uoluminum frontibus praemittebant promiſcue et χαίρειν et ὑγιαίνειν, ſiue εὐπράττειν. In actionibus, ut ſcite ait DIETERICVS, εὐπραξίαν, in conſiliis ὀρθότητα, in uitae neceſſariis εὐπορίαν adprecabantur. Apud INSTRVMENTI NOVI ſcriptores oculis ſubinde uox εἰρήνη, pax, שלום, obiicitur, quod nomen, ἀσπα-

ϛικὸν ῥῆμα, idem ſignificans, quod ישועתה, *omnimoda ſalus* κατ ἐξοχήν, quam ob cauſſam ישועתה, more Chaldaeo, Syrio et Samaritano, in Statu Emphatico poſitum uidemus. Ita Auguſtus, teſte PLVTARCHO *in Libro de Garrulitate*, Fuluium ſenatorem, dicentem mane χαῖρε καῖσαρ, alloquebatur: Ὑγίαινε Φόυλβιε, *ſalue Fului*. Vid. IACOB LYDII *Flor. Sparſ. ad Paſſion. I. C. p. 17. ſq.* Chriſtianis olim, praeter uocem χαίρειν, in ſalutationibus, uocabulum χάρις uenit in uſum, quemadmodum in epiſtolis adhibebant formulam ἀγάπή μου, meine Liebden, ſicut hodie hic loquendi mos ab antiquis Germanis ad nos traductus, Ew. Liebden, nondum inueterauit. Graeci uetuſtiores, reſpectu ad ritus habito perantiquos, cohabitationem maris cum uxore χάειν adpellabant, teſte eodem PLVTARCHO. Vnde χαρίσασθαι *gratificari*, χάριν δοῦναι, ירע, erkennen, begnadigen, quod obſequium Apoſtolo *1. Cor. VII. 3.* uocatur ὀφειλομένη εὔνοια, *debita beneuolentia*, id eſt, χάρις, *gratia*. Hoc ex argumento priſci Deam χάριτα et amaſiam perinde χάριτα peramanter ſalutarunt. Vid. PFEIFFERI *Antiquit. Graec. Libr. IV. Cap. 21. p. 655.* χαρίτόω deſignat pereleganter gratis gratum facere per interceſſorem et aduocatos, Graecis εἰσαγωγεῖς dictos. Vid. *Diſſert. II. noſtram Antiquit. Paſſional. p. 13. ſqq.* Hoc ſenſu χάρις illa eſt, qua DEO grati dicimur redditi ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, *in illo dilecto*, ſcilicet CHRISTO. χάρις ergo et χαῖρε non quamcunque gratiam et comitatem, non quodcunque gaudium, ſed ſingularem importat gratiam, intimam ἔυνοιαν, excellentiſſimam uoluptatem, omnibus numeris abſolutam. Vnde *1. Tim. I. 14.* iudice BEZA, emphatice praemittitur Articulus ἡ, cum ait Paullus ἡ χάρις, et Syrus perappoſite transfert: סגית בי טיבותה, *ſuperabundauit in me gratia illa*, uel ipſius χρηστότης ſupereminens, complectens omnes omnimodae gratiae diuitias. Huc referimus mandatum CHRISTI ad Apoſtolos *Matth. XVIII. 12. 13. Intrantes domum, ſalutate eam. Et quando digna fuerit haec domus,* ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτὴν, *ueniat pax ueſtra*, id eſt שלום, χαῖρε, ישועתא, ſalus Ieſu Chriſti, iam a nobis fuſius expoſita, *ſuper eam: Si autem non fuerit digna, pax ueſtra ad uos reuertatur.* Salutationem iſtam comitabatur ſaepe numero flexio, ſiue incuruatio corporis, interdum τὸ καταφιλεῖν, *deoſculatio*, praeſertim κατα-

φι-

Abg. Dr. Lieber: Meine Freunde haben mich beauftragt, zu erklären, daß sie für die Vorlage stimmen werden. Wir haben uns in der Kommission ausführlich über die Vorlage ausgesprochen und haben dort unsere Bedenken geltend gemacht. Wir haben uns aber überzeugt, daß diese Bedenken nicht so schwerwiegend sind, daß wir gegen die Vorlage stimmen müssen. Wir haben uns überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen. Wir haben uns auch überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen. Wir haben uns auch überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen.

Abg. Dr. Lieber: Meine Freunde haben mich beauftragt, zu erklären, daß sie für die Vorlage stimmen werden. Wir haben uns in der Kommission ausführlich über die Vorlage ausgesprochen und haben dort unsere Bedenken geltend gemacht. Wir haben uns aber überzeugt, daß diese Bedenken nicht so schwerwiegend sind, daß wir gegen die Vorlage stimmen müssen. Wir haben uns überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen. Wir haben uns auch überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen. Wir haben uns auch überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen.

Abg. Dr. Lieber: Meine Freunde haben mich beauftragt, zu erklären, daß sie für die Vorlage stimmen werden. Wir haben uns in der Kommission ausführlich über die Vorlage ausgesprochen und haben dort unsere Bedenken geltend gemacht. Wir haben uns aber überzeugt, daß diese Bedenken nicht so schwerwiegend sind, daß wir gegen die Vorlage stimmen müssen. Wir haben uns überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen. Wir haben uns auch überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen. Wir haben uns auch überzeugt, daß die Vorlage eine Verbesserung der jetzigen Verhältnisse bringt, und deshalb werden wir für sie stimmen.

in fine uoluminis adiectam. Hic de priuilegiis docentium et eruditorum quaedam annectemus, quae MAIMONIDES *Tract.* כבוד, *Cap. VII. 2.* et ex illo DASSOVIVS *in Spicilegio, ſiue Appendice Antiquit. Hebr. Cap. II. §. 6. ſqq.* fuſius in memoriam reuocant. (1.) Si eruditus cauſſam haberet in foro, prae omnibus audiebatur in ſynedrio, nili quod uiduarum cauſſae praecederent. MAIMONID. *de Synedr. Cap. I. 6.* (2.) Eruditi primi erant in emptionibus, iuxta *Arba Thurim in Iura Dei n. 243.* (3.) Eruditi non ſoluebant tributum ad reparationem ciuitatis, uel ad excubias, ibid. (4.) Non adigebantur, ut ſcriberent obligationem, ſi rem mutuo acciperent. MAIMONID. *de Iuram. Cap. IX. n. 27.* (5.) Eruditi primo loco legebant in SCRIPTVRA S. et in Synagogis. MAIMONID. *Libr. de Precibus, Cap. XII. n. 21.* (6.) Eruditi incipiebant et finiebant ieiunia. MAIMONID. *de Iubil. Cap. III. n. 1. Cap. IX. n. 6.* (7.) Eruditi doctorum nomina conſequebantur, creatura et ipſorum filii adpellati: *2. Reg. IV. 1.* Vid. etiam *2. Reg. II. 3. 5. IV. 38. V. 22.* ubi ARABS et IONATHAN phralin Hebraeam בני נביאים, *filii Prophetarum*, conſtanter uertunt תלמידי נבייא, *diſcipuli Prophetarum.* Rationem denominationis reddit SALOM. Ben MELECH *2. Reg. II. 3. fol. 80. Filii Prophetarum, hoc eſt, diſcipuli Prophetarum, qui illis erant inſtar diſcipulorum. Sic enim aiunt ſapientes:* Quisquis docet filium ſocii ſui legem, aeſtimatur in Scriptura, ac ſi generaſſet eum. Conf. HOSPINIANVS *de Origin. Monach. Libr. I. Cap. 8.* DOVGT. et NORTON. KNATCHBVL *ad Anal. S. p. 11.* CAVEVS *in Antiquit. Apoſtol. p. 548.* Huc referunt uerba quoque SERVATORIS: *Sapientia iuſtificata eſt a filiis ſuis Matth. XI. 19.* Vide et ea, quae prolixius de uoce בריאה, *creatura*, tradimus p. 3. 8.) Eruditi, utut Studioſi eſſent, habebant uotum in Synedrio, quandoquidem coram Synedrio conſidebant tribus ordinibus Studioſi, et ſi pauca adeſſent uota, primus primi ordinis uotum ſuum adiiciebat Synedrialibus. MAIMONID. *de Synedrio, Cap. I. 8. 9.*) Eruditi non ueniebant in ſuſpicionem immunditiei, ſiquidem illi regulas immunditiei et munditiei optime

me intelligebant, et hinc non praesumebatur, eos contra conscientiam peccare, iuxta MAIMONID. *de Immund. Sedilium et Cubilium, Cap. X. n. 1.* 10.) Eruditis uendebantur res dubiae decimatae, uel illae fruges, de quibus dubitabant, an decimas dedissent, uel non, cuiusmodi non uendebant plebeio, quia quodammodo habebantur pro sacris. MAIMONID. *de Decimis, Cap. X. n. 1.* 11.) Eruditi honestissime sepeliebantur, adeo, ut haec peragerentur in funeribus literatorum u. c. luctus non imminuebatur, sed potius augebatur, lacerationes uestium maiores erant, atque sic amplius. MAIMONID. *de Luctu Cap. XII.* 12.) Si iurare cuperent, non librum legis brachio amplectebantur, neque stabant, sed sedebant. MAIMONID. *de Juram. Cap. XI. 9.* 13.) Qui laeserant eruditos, magis puniebantur, ac illi, qui alios laeserant. Si quis alapam erudito impegerat, et quidem antrorsum, soluebat L. siclos argenteos, si retrorsum, C. siclos, sicut etiam, si illum exspuerat, soluebat C. siclos. MAIMONID. *de Laeso Proximo, Cap. II. et de Studios. Leg. Cap. VI. 12.* Similiter in unctionibus attendebatur, ut eruditi non aequiparentur seruis, siquidem, si uolebant in museis odorem excitare, et oleum effundere, solebant id effundere in capita seruorum, quod si autem non nisi eruditi adessent, ungere solebant parietes. MAIMONID. *de Benedict. Cap. IX. 4.* 14.) Docentes in scholis maiori afficiebantur honore, quam ipsi parentes, neque Magistri, uel praesentes, uel absentes, nudis nominibus adpellandi erant, sed additis honorificis, u. c. *Rabbi, Mari, Rabbuni, Abba.* DAVID COHEN *de* LARA *f. I. 3. Talmud.* מכות, *f. 24. 1.* Si Magistri morerentur, uestes usque ad nudum corpus lacerabantur a discipulis. Solebant etiam, si per quatuor cubitorum interuallum discipuli a Magistris abessent, coram illis surgere, si obuiam irent Magistris, se inclinabant, genua flectentes, MAIMONID. *de Doctr. Leg. Cap. VI.* qui tandem subiicit, honorem Messiae futurum multo maiorem, quod iste sit Propheta maximus et rex Israelis futurus. IOSEPHVS de Dauide Saulem uenerante notanter admodum. προσκυνεῖ-ται αὐτὸν πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ὡς ἔθος, *adorat eum in faciem procidens, ut erat moris.* Vid. GROTIVM *ad Matth. II. 2.* et quae

nos

nos *Matth. II. 2.* adnotauimus. Quanquam autem προσκύνησις in oriente, ſicut hódie moris eſt, in conſuetudinem uenit ciuilis, mulierum tamen προσκυνεῖν plus inuoluit, quam ciuilem adorationem, quemadmodum alias de CHRISTO, inter ſapientes et Doctores principe, adhibitum adorationem, quam uocant, religioſam innuit.

§. 7. Ad u. 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. CAMERONI locutio eſt Hebraica. Nam תלמיד ſonat diſcipulus, unde Talmudici deſumunt uerbum תלמד, μαθητεύειν, *facere diſcipulum*, et התלמד, μαθητεύεσθαι, *fieri diſcipulum*. Deinceps denotat *docere, inſtituere*. Ex hoc capite primitus Chriſtiani μαθηταὶ dicti, ex Hebraeorum conſuetudine, qui, ſicut eſt apud CAMERONEM, eos omnes, qui ſingularem in modum religionis ſtudio incumbebant, doctore praeeunte, תלמידים, *diſcipulos*, uocabant. Vid. GROTIVS ad h. l. Ita non tantum Phariſaeis et Scribis erant diſcipuli, uerum et CHRISTVS ipſe ſibimet adlectos habebat diſcipulos, et Iohannem ſequebantur diſcipuli, quos ueluti κατ' ἰδίαν ſeorſim inſtituerent. Huiusmodi diſcipuli per omnem aliquando uitam, a doctoris ore pendebant, ueſtigiis eorundem inſiſtentes. Vnde Iohannes ex carcere miſit diſcipulos, qui ſequebantur Magiſtros ſuos, ad illos ueniebant in carcerem, ſicut etiam ad Aſyla fugientes Magiſtros ſequebantur, cum illis in Aſylis uerſati, teſte MAIMONIDE *de Homicid. in Aſyl. Cap. VIII. 1.* Soluere corrigias calceamentorum erant ſeruorum officia, et omnium abiectiſſima miniſteria, unde ne quidem ſeruis Hebraeis, ſeruis utpote honoratioribus, ſed ſeruis Cananaeis, competebant, quin immo inter miniſteria, ad balnea pertinentia, referebantur. Sed qui calceos portabant ad balnea, erant omnium hominum uiliſſimi. Itaque ſe Iohannes infra ſeruum Cananaeum abiicit, ſeque uiliſſimis hominibus uiliorem profitetur. Id enim moris erat, ut diſcipuli ex amore et reuerentia Magiſtrorum corrigias ſoluerent, et calceamenta portarent. MAIMONID. *de Sponſal. Cap. I. 3.* De uoce μαθητεύσατε, *diſcipulos facite*, et de Baptiſmo Proſelytorum alibi plura dicemus. Iam, miſſo Matthaeo, ad Marcum deproperandum eſt.

ANTI-

ANTIQVITATES BIBLICAE
EX
EVANGELIO
MARCI
SELECTAE
A
SAMVELE FRID· BVCHERO
ANTIQVIT· PROF· PVBL·
ET LYCEI VITEMB· RECTORE

Digitized by Google

§. L

um Antiquitatibus, ex S. MARCI EVANGELIO ſelectis, quaedam, Prooemii loco, ſint praemittenda, de *Sapientum honoribus et praemiis*, praeſertim de ΤΡΑΠΕΖΗ ΑΙΓΥΠΤΙΑΙ, von dem Königlichen Conuictorio zu Alexandria in Aegypten, edifferam, uel ideo, quod multum utilitatis in Antiquitates, ſacras et profanas, exinde redundabit. Vltima iam inde hominum memoria, quam regibus heroas, tam ſapientes mecaenatibus, in oculis fuiſſe, omnium adhuc eruditorum, qui, perluſtrandis in ueterum monimentis, aliquam poſuerunt operam, in laude et memoria uerſatur. Nomen σοφίας, in ſe ſatis amplum et perhonorificum, inſignem ſibi partae gloriae fecit acceſſionem, ubi uiri, doctrinae fama exquiſitiſſimae perennes, uirtutis, familiae, generis pleni ſplendore, toti terrarum orbi lucerent. Altiſſimo autem in gradu dignitatis MARONES, DEMOSTHENES, SOCRATES antiquis eſſe locatos, tum alia, quibus laus reportabatur pulcherrima, tum ampliſſimi honorum tituli, teſtificantur, σεμνοὶ καὶ ἐπ' ἀξιώσει, uti THEMISTIVS, ob facundiam *Euphrades* dictus, perbelle ait, *reuerentiae et dignitatis pleni*, quos inter σοφιστοῦ nomen cum primis praeclarum atque honorificum erat, cuius rei teſtem habemus LVCIANVM, in *Praec. Rhet.* notanter ſcribentem : σεμνότατον καὶ πάνδημον ὄνομα σοφιστής, *ſophiſta nomen eſt reuerendiſſimum, et omnium ore celebratum.* Vnde ICti, grauiſſimique uiri, magnos aſſecuti honores, in gloria ſibi ducebant, cum nomine σοφιστοῦ excellentiſſimo digni cenſebantur, et ipſe SOLON, Athenienſium מחקק, *legislator*, πρῶτος τῶν πολιτικῶν λαβὼν τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, *primus inter politicos hanc adpellationem ſibi comparaſſe*, apud SOCRATEM, legitur. SVIDAE σοφιστὴς eſt quoque *profeſſor eloquentiae*, CICERONI etiam ῥήτωρ, qui pereleganter, compoſite, illuminate dicit, *praeſes reipublicae*,

cae, legum interpres, prudens, ICtus ueterum, grauis uir, quales et πολιτικοὶ et ῥήτορες et σοφοὶ, siue σοφισταὶ, honoris causſa, uocabantur, quam ad ſententiam, alios ut taceam, accedit IVLIVS POLLVX, *Onomaſtico Graeco* ab obliuionis ſe iniuria adſerens. PHILOSTRATVS de NICETE neruoſe admodum: *Τὸ μὲν γὰρ δικανικὸν σοφιστικῇ περιβολῇ ἐκόσμησε, τὸ δὲ σοφιστικὸν κέντρῳ δικανικῷ ἐπῤῥῶσεν, iudiciale genus ſophiſtico quodam amictu exornauit, contra uero ſophiſticum iudiciali aculeo corroborauit.*

§. 2. Honos ille σοφιστῶν ampliſſimus, iam ultima hominum memoria, tam inſigniter creſcebat, ut eorum multi deorum reciperentur in numerum. Ethnici, ſaltim ſapientiores, non, niſi unum, ſtatuebant DEVM, quem hinc ὢν et ἐὼν, *Iouem*, ab Hebraeorum יהוה, uidelicet Ens κατ' ἐξοχὴν *ſummum*, hinc πᾶν, *uniuerſum*, hinc ἀπόλλωνα, cum Hebraeis שדי, *qui omnia uaſtare, et in nihilum redigere poteſt*, adpellare conſueuerant, cui ſoli κυρίῳ παντοκράτορι ſubiungebant, quemadmodum in Graecia proditum eſt memoriae, deos minores, ex horum et ſapientum corona, rerum ob geſtarum praeſtantiam, diuinitatem ingenii, uirtutis nitorem, deorum in ordines relegatos, qui mos, ut cetera plura, Romanam in eccleſiam uenit, papicolis *canonizatio*, quae Gentilium ἀποθεῶν exſcribit egregie, ex Romanorum loquendi more, dictus. ΠΛΟΥΤΩΝ, quem ΑΔΗΝ Graeci uocant, a PLATONE, SOCRATE, ARISTIDE ſalutatur τέλειος σοφιστὴς, *praeſtans et diuinus ſophiſta*, et AEOLVS πολύτροπος καὶ ποικίλος σοφιστὴς, *uerſatiſſimus et aſtutus ſophiſta*, ab quo ſophiſticam artem et facundiam Aegyptii didicerint, unde TZEZES ipſum, eodem ex argumento, uocauit ῥήτορα δεινότατον πρεπόντως γεγραφότα, *diſertiſſimum rhetorem, eximie ſcribentem.*

§. 3. Sapientes, licet adhuc agerent inter homines, cum diis tamen multum et amice conuerſari, plebi, infimaeque perſuaſum erat multitudini, fraudibus deceptae uatum, quorum aſtutia ſophiſtae ſummum in honoris faſtigium aſcendebant. Id erat ipſis honorificum, cum ſplendor nominis memoriam uirtutis

Gedanken, Gefühle und Bilder, die sich ihm aufdrängen, in Worte zu fassen, und diese Worte zu Sätzen zu verbinden, die sich ihm ohne Zwang und Mühe ergeben. Wenn er dann seine Niederschrift durchliest, so wird er finden, daß sie ihm nicht gefällt, daß sie ihm nicht genügt, daß sie ihm nicht das ist, was er sagen wollte. Er wird sie also verwerfen und von neuem beginnen. Und so wird er es immer wieder machen, bis er endlich das gefunden hat, was ihm gefällt, was ihm genügt, was ihm das ist, was er sagen wollte. Dann wird er sich sagen, daß er nun fertig ist, daß er nun nichts mehr zu tun hat, als seine Niederschrift abzuschreiben und sie dem Verleger zu übergeben. Und dann wird er sich sagen, daß er nun ein Buch geschrieben hat, das ihm gefällt, das ihm genügt, das ihm das ist, was er sagen wollte

unde formula, auf die Galee ſchmieden, Germanis eſt enata. VIRI, praeſertim SANCTI, nomen διακόνου antiquitus in deliciis habebant, cuius radix κονεῖν apud HOMERVM *feſtinandi, currendi, famulandi, operandi*, quaſi INTER PVLVEREM, ſignificatum infert, interprete HESYCHIO et EVSTATHIO. Nam κόνις et κονία puluerem deſignat, et HESYCHIVS κόνει, σπεῦδε, τρέχε, non tantum pro ſynonymis habet, uerum etiam διακονίαν, *ſeruitium*, ſiue laborem ſeruilem, qui *cum conatu et feſtinatione, nec ſine puluere et ſudore*, expeditur, antiquis ſignicaſſe, extra omnem dubii aleam poſitum eſſe uidetur. Elegans metaphora a puluere, quem διάκονοι γραμμάτων, Graecis, uocem hanc, una cum publici curſus ritu, a Perſa mutuatis, ἄγγαροι dicti, et publicis in uiis, quo ſemper ad iter ſuſcipiendum praeſto eſſe poſſint, collocati, in itinere et labore ſeruili excitabant, feſtinanter incedentes.

§. 4. Diuinus ergo CHRISTIANORVM animus a uanis honorum titulis, in quos prophani huius ſeculi doctores omnes abiicere conſueſcunt cogitationes, quam longiſſime abfuit. Interim haec cum ſcribo, ad hominum caſtra Fanaticorum haud accedo. Iuſtum enim qui titulum petit, non ſtatim aggrogantiae incurrit crimen, quippe honoribus, qui ſtudiis ſaepe calcaria addunt, et aequis rerum cenſoribus in ſinu atque oculis habentur, nihil in ſe ἀταξίας inhaeret. Abuſum ſaltim ab eccleſia Chriſtiana remotiſſimum optant, qui humiliter & demiſſe ſentiunt. PAVLVS, ab humanitate mirum in modum ſe commendans, ἀπόστολον ſemet ipſum honorifice compellat, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Θεοῦ, *legatum iuxta edictum*, ſiue ex mandato, *Dei*. Ἀποστόλου uero uocabulum non tabellarios tantum, διακόνους ἐπιστολῆς et τοὺς ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων ἀνακομιζομένους, *literas circulares*, edicta regia, *inferiorum in manus magiſtratuum circumferentes*, uerum imperatorem etiam exercitus, expeditioni nauali praefectum, atque principis legatum, γράμμασι ἄνακτος, edictis regiis, praemunitum, perhonorifica ſignificatione, uiris cum primis Θεοπνεύστοις accommoda, priſcis perbelle deſignabat. Taceo IOANNIS, ſanctiſſimique exemplum

Gefängnis. Ich habe mich nicht gewundert, daß Sie mich nicht erkannten, denn ich habe mich sehr verändert. Ich bin ein alter Mann geworden, und Sie sind eine junge Frau geworden. Ich habe Sie nicht wiedererkannt, weil ich Sie nicht gesehen habe, seit Sie ein kleines Mädchen waren. Ich habe Sie nicht gesehen, seit Sie ein kleines Mädchen waren

augustus, et σχολὴ *locus sacratior*, *augustus*, *fortunae fabrica*, *sedes tranquillitatis*, ubi פקודים, *depositа diuina*, puto, leges diuinitus sancitae, seram in posteritatem, adseruabantur, quemadmodum inter Gentiles IOVIS ΠΡΟΦΗΤΑΙ τὰς παρακαταθήκας religiose custoditas, LYCVRGI Lacedaemoniorum et SOLONIS Atticorum legislatoris statuta, in fidem acceperant. In antiquitate sacra celebris est ACADEMIA דבור, urbs Palaestinae, in tribu Iudae, quae memoria CALEB et IOSVAE iam, summam ad gloriam, efloruit, et, ipsa notionis suae ui, procul dubio, ἄδυτον importat, locum βεβήλοις et ἀμύσοις inaccessum, quo doctrinae capita sanctissimae, κατ' ἰδίαν, more auito, recitari sueuerant, et *eloquentiae professoribus* פקודים, *statuta*, illic religiose *depositа*, pariter ac custodita, ut alias submonuimus, דבר, *eloqui*, per illius temporis consuetudinem, eximiam in laudem ducebatur. Subsequenti aeuo nomen urbis florentissimae דביר in קרית ספר ueteres immutarunt, ut fuerit quasi *musarum sedes*, *literarum*, siue doctrinae, *domicilium*, τὸ ἀρχεῖον, *archiuum*, in quo multa uetustatis monimenta recondita, in posteritatis usum seruanda. Hanc ob caussam interpres Chaldaeus VNIVERSITATEM illam, uetustate insignem rarissima, significanter admodum, nominauit קרית ארכי, *urbem archiui*, quippe ultima notio, ipso VICHMANNSHAVSENIO iudice, τὸ ἀρχεῖον Graecorum haud obscure repraesentat. In portas academiarum incisum erat illud : οὐδεὶς ἄμουσος καὶ βέβηλος εἰσίτω, *illiteratus et prophanus non ingrediatur*, ubi uocem βέβηλος Critici deriuant παρὰ τοῦ βηλοῦ, HOMERO domus limen designantis, unde EVSTATHIVS Homeri INTERPRES exponit βέβηλον τόπον, ὁ βατὸς ὁ παντὶ βάσιμος, *qui accessui expositus*, *qui tritus omnibus*, et de persona dictum, ὁ μιαρὸς καὶ ἀνάθαρτος, *qui sceleſtus et impurus*. Graeci ergo magnam literis famam atque laudem celebratissimam reportabant, cum ab suis scholis, tanquam mysteriis, conditionis homines abiectae longe abigerent, ut scholae Pythagoreae indicat inscriptio, apud ORPHEVM *de Testam.* ἀείσω συνετοῖς, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, quod alter, post PHILIPPVM, Germaniae praeceptor, Lusatorum quondam decus, MICHAEL NEANDER, apposite uertit : *Cantabo doctis, uos uani claudite fores.* Idem PLATONI

NI erat mos, qui ἀγεωμετρήτους, ἀθεωρήτους καὶ ἀμούσους ab ſcholarum clauſtris arceſſebat, quemadmodum Hebraeis חולים, id eſt, ἀνίεροι, *profani*, quaſi procul a fanis et ſacris dicti, ab ſynagogis, ſanctisque coetibus excluderentur. Hieroſolymis in templo atrium fuit impurorum et hoſpitum extremum, muro diſcretum intergerino, quem condecorabant, teſte MAIMONIDE, pilae, hac cum inſcriptione, ἑλληνικοῖς καὶ ῥωμαϊκοῖς γράμμασι diſtincta: μὴ δεῖ ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παρεῖναι, *non decet alienigenum, in locum ſanctum tranſire.* Portae ſynagogarum infixa legebantur uerba uatis, זה השער ליהוה צדיקים יבאו בו, *haec eſt illa porta Iehouae, quam iuſti ingredi debent.* Tantus igitur amor, tantus honos, tanta religio, ſacratiores in locos, fuit ueteribus, qui ſummis eniteſcebant uirtutibus, honoribusque ſe digniſſimos praeſtabant, relinquendo poſteritati gloriae ſimulacra ſempiternae. Equidem Gentiles templa aliquando cum ueteribus germanis, in בית פלילה, *domum iudicii*, et dicaſteria uertebant, ubi ſaepe numero iudicum iniquitas oppreſſos uendebat, Sed enim coetui addictis diuino, templa potius erant בית תפלות, οἶκος προσευχῆς, *aedes ſupplicationum*, uti CHRISTO, VIRIS SANCTIS, TALMVDICIS quoque, templum Hieroſolymitanum, omnino pereleganti adpellandi ratione, non ſine emphaſi, ſalutatur, quippe in ſanctorum congregatione תפלות, *ſupplicationes*, Memoriale, per uerum παράκλητον, *aduocatum*, et εἰσαγωγέα certiſſimum, qualis apud Athenienſes ἱκεσίους λόγους, uel, ut EVRIPIDES ait, ἱκεσίους ἀνάγκας, der Griechen Memoriale, uti שושרים, ὑπηρέτας, apud Hebraeos in ſynedrium magnum תפלות, *literas ſupplices*, in ariopagum tuliſſe, Graecis dicitur, IESVM CHRISTVM, coram iuſtiſſimo DEI tribunali, innoteſcebant. Huius rei fidem faciunt exempla ISRAELIS, ad DEVM clamantis: *Adiuua nos, Deus ſalutis noſtrae*, למען שמיך, *propter nomen tuum*, id eſt, quemadmodum CHALDAEVS uocem שם haud raro interpretatur, MESSIAM, *unctum tuum*, DAVIDIS et DANIELIS, qui *literas*, uti fert emphaſis uocis hebraeae תפלה, *ſupplices*, puto, preces, per MESSIAM, uti CHALDAEVS denuo tranſtulit, DEO in manus tradidit, deuotiſſime precatus: ועתה שמע אלהינו אל תפלת עבדך למען ארנו,

Et nunc attende, Domine, Deus noſter, ad ſupplicationem ſerui tui, propter Dominum. PAVLVS hanc antiquam Hebraeorum precandi formulam illuſtrat egregie, atque ad uim uocis תפלה, ritibus ex antiquis illuſtrandae, quam proxime accedit, cum gratiam DEI, per CHRISTVM partam, nobis tandem annunciat : *Εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην; Pacem habemus apud Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem etiam habuimus acceſſionem*, admiſſionem, *fide ac iuſtam gratiam*, et turſus : *εἷς μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων*, cuius beneficio *τὰ αἰτήματα ὑμῶν, poſtulata noſtra, γνωρίζονται πρὸς τὸν θεὸν, innoteſcunt apud Deum.* Atque ſic ſequentes formulae למען שם, למען ארני, *προσαγωγὴ διὰ τοῦ κυρίου*, interceſſionem CHRISTI diuinam, qualem SVMMI SACERDOTIS olim interceſſio adumbrauit, nobis ante fidei oculos ponunt, ex antiquitate utique explicandae, quin immo, ANGELVM FOEDERIS, eandem ob rationem, ante captiuitatem Babyloniam, שם, *nomen* illud *ἀνεκφώνητον*, דבר, *uerbum*, poſt captiuitatem, מימר, *uerbum*, tempore noui inſtrumenti, *λόγον* fuiſſe adpellatum, nemo ignorat.

§. 6. Ab Hebraeis mos, ſummam ſacratioribus locis reuerentiam exhibendi, perantiquus in Gentiles uenit, ſanctum ſubinde DEI populum imitatos. Cum uero ſophiſtae rerum, prae ceteris ſacrarum, haberent curam, quin honos exinde ipſis magis magisque augeretur, fieri non poterat, praeſertim, ubi myſteria in fidem accepiſſent, *ἃ θεῖ μύσαντες τηρεῖν ἔνδον, quae decet*, ex ueterum ſententia, *intus cuſtodire* quemadmodum, Eleuſinia cum primis ſacra, *μυστήρια* quaſi *κατ' ἐξοχήν*, ut apud PAVSANIAM *in Atticis* et HERODOTVM *in Euterpe* legimus, diuulgare, ſummum nefas habebatur. Proinde ARISTOPHANES dixit *ἄῤῥητα ἱερὰ, ineffabilia ſacra*, uidelicet *καθ' ἥθη, ciuiliter*, ob uim legis, quae habebat : *τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνᾶναι, myſteria diuulgantem mori* debere, quod edictum DIAGORAS MELIVS et AESCHYLVS uiolauerant, morte deinceps mulctandi. Scholae ueterum, quae *διδασκαλεῖα, φροντιστήρια, παιδευτήρια, χορήγια, διατριβαὶ*

τριβαί, μουσεῖα uocari ſuecuerant, erant מסתרים μυστηρίων, non dicam latibula, ſed *domicilium cultus latentis arcani.* Δόγματα praeſertim extantiora iuris fuiſſe publici, negant ac pernegant antiqui. Proinde PHOTIVS philoſophiam diuidit Gentilium in ῥητὴν et ἀπόῤῥητον, IAMBLICHIVS, in δόγματα ἀπόῤῥητα et ἔκφορα, quorſum etiam antiquae ſpectant formulae ἔνδοθεν σοφία, παίδευματα τὰ ἔξωθεν, μαθήματα τὰ ἔξωθεν, uidelicet τῶν ἔξωθεν σοφιστῶν, quibus ἐγκύκλια, ut interpretatur SVIDAS, ἁπανταχοῦ καθολικὰ, et ἐξωτερικὰ, *ubique uulgata et obuia*, et item ἔνδον σοφία, σοφία τῶν ἔσωθεν, nimirum τῶν ἔσωθεν σοφιστῶν, quibus ἐποπτικὰ et ἀκροαματικὰ, minime protrita ac uulgata, ſed *accuratiora, intra ſcholae cancellos ſancte cuſtodienda, proſtabant.* Philoſophis inde non infrequens erat diuiſio auditorii in ἐσωτερικὸν et ἐξωτερικὸν, diſcipulorum in ἐσωτερικοὺς et ἐξωτερικοὺς, quae ſingula quantum laudis, gloriae, decoris literatorum attulerit ordini, uerbis uix efferri poteſt. Praeterea habitus, τρίβων, *pallium* ῥητορικὸν et φιλοσοφικὸν, quod LEONTIVS, poſtmodum imperator, et M. ANTONIVS PHILOSOPHVS, ſubire, non erubeſcebant, inter honorum inſignia referebatur. ATHENAEVS notanter adpellitat χλαμύδα λαμπρὰν, *ſplendidam* et *candidam ueſtem*, LAERTIVS σχολαστικὴν ἐσθῆτα, *ueſtem ſcholaſticam*, hinc ſubnigri, hinc candidi, hinc coloris purpurei. χλαμὺς λαμπρὰ in primis Pythagoreis in ſinu atque oculis habebatur, more Hebraeorum, quibus candor, prae multis gentibus, ſacer et feſtiuus erat. Reliquum etiam habitum Graecos ad ornatum compoſuiſſe, uetuſtas memorat ueneranda. GORGIAS, rhetorum in Graecia princeps, et HIPPIAS ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι, *purpureis amicti tunicis, prodire* amabant, cuius rei teſtis eſt AELIANVS, uariarum hiſtoriarum compilator. Ex ATHENAEO addi poterat ATHENION, ſophiſta, ſplendida ueſte et annulo aureo ſuperbiens. POLEMON praeterea, ſophiſtarum non poſtremus, uti PHILOSTRATVS in uita eius teſtatur, in bigis, argenteo freno ornatis, phrygiis, celticisque quibusdam uehebatur. Reges ac imperatores, maximum in literarum emolumentum, ſapientes uiros ornabant δώροις, hoc eſt, *auro, argento, mancipiis,*

piis, equo, atque δωρεαῖς hoc eſt, *praerogatiuis, immunitatibus, pontificatu, publici curſus euectione*, et ſi quae erant induſtriae proemia id genus alia. CHOERILO in Parthenia, inſula, nato, poſtquam Atticorum uictoriam, de XERXE reportatam, perbelle finxerat, ſtater pro ſingulis uerſibus ſoluebatur, et inſuper, ut carmen recitaretur homericum, edicto ſancitum fuit. Idem honos contigit ANTILOCHO, qui pileo laconico, argenti pleno, donabatur, propter laudes, quas carmine cecinerat, LYSANDRI, quod ut unum exemplum IOSEPHVS LAVRENTIVS et VALCANIVS, ut alios taceam, repetunt. Digna ſunt, quae commemorat PHILOSTRATVS de POLEMONE, ut in recenti habeantur ſemper memoria : τραιανὸς μὲν αὐτοκράτωρ ἀτελῆ πορεύεσθαι διὰ γῆς καὶ θαλάττης. ἀδριανὸς δὲ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ πᾶσι, *Traianus imperator ei, ut terra marique ab omni onere immunis iter facere poſſit*, indulſit. *Adrianus autem idem omnibus ex ſe deſcendentibus conceſſit.* In Aſia philoſophi conſtituti ſunt ἀσιάρχαι, λυκιάρχαι ſophiſtae ac rhetores, Lyciae urbibus qui praeerant. Exemplum illuſtre, ut ab eodem PHILOSTRATO eſt memoriae proditum, habemus in HERACLIDE LYCIO, et HERODE ATHENIENSI, et item in SCOPELIANO, qui fuit ἀρχιερεὺς τῆς ἀσίας. Laudatus iam PHILOSTRATVS POLEMONEM, ſophiſtam, ξύμβουλον, *conſiliarium*, imperatoris M. AVRELII ANTONINI ſalutat, ita ut mos, ſapientes conſiliarii honoribus et titulo iudicandi digniſſimos, non nudius tertius fuerit inuentus, atque de DIONYSIO MILESIO ſcribit : ἀδριανὸς γὰρ σατράπην μὲν αὐτὸν ἀπέφηνεν οὐκ ἀφανῶν ἐθνῶν. κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίαις ἱππεύουσι, *Adrianus enim praefectum fecit* obſcurae minime prouinciae. Inter uiros quoque equeſtris ordinis cenſeri uoluit. Nam erant, ut exiſtimant interpretes, δημοσίαις ἱππεύοντες equites romani, qui publicum habebant equum et annulos aureos, atque id utrumque erat nomen et inſigne ordinis. AESCHINES ac DEMOSTHENES legationis munere cum laude fungebantur, quod idem ueteres commemorant de GORGIA, e Sicilia Athenas miſſo, qui tantum ſe, habitis orationibus et exordio deſumpto a laudibus eorum, qui coronam conuocaue-

cauerant, praeſtitit, ut dies illos adpellarent ἑορτὰς, *feſtos*, orationes λαμπάδας, ipſum autem μέγα ὄνομα ἐν τοῖς ἕλλησι, *inter Graecos uirum magni nominis*, ac Theſſalocinenſes, ſolemni doctorum conſenſione, ῥητορεύειν in poſterum γοργιάζειν adpellare, decreuerunt. Tantis honoribus mactantur illi, in literis qui aetatem cum GORGIA, ſuae in familiae ſplendorem, ducunt. Quid dicam de plauſibus et adclamationibus publicis, diſceptationum, orationum, ſtudiorum comitatis finem, ac quidem continuo nexu, cum ſolemni adprobationis et laudis formula : ΚΑΛΩC. COΦΩC. ΑΛΗΘΩC. ΟΡΘΩC. ΕΤ. ΥΠΕΡΒΑΛΛΟΝΤΩC. ΘΑΥΜΑCΤΩC. BENE· PRAECLARE· BELLE· FESTIVE· RECTE· PVLCHRE. NON· POTEST· MELIVS· graecis, latinisque patribus non infrequenti, et exinde noſtris a conſiſtoriis uſu recepta ? Quid de coronis, quid de imaginibus, in bibliothecis praeſertim affixis, columnis, ſtatutis, (Hebraeis יוֹם, *eleganter admodum*, *manus* dictis,) lapidibus, quibus ſapientum laudes, memoriam in ſempiternam, erant inciſae, quid de ſapientum memoria, in gemmis, monetisque conſeruata, et adumbrata, quid de aliis inquam, antiquitatum monimentis dicam ? Multitudo argumenti, rerumque dicendarum copia, manus hic abiicere, mihi auctor eſt. Interim conſulantur, uelim, praeter HOMERVM, PLINIVM, SVETONIVM, alios, LOMEIERVS, LIPSIVS, FRIGELIVS, LAVRENTIVS, MEVRSIVS, VRSINVS, BELLORIVS, VALCHIVS·

§. 7. Sapientum honoribus, gloria, laudibus me tandem cum explicare uellem, flores, qui leniter ſpirant odorem, frondes, quae ſuauiter olent amoenitatem, folia, quae iam pulchre rident, naturalemque de ſe ſpargunt uenuſtatem, in ἀνθοβολεῖν, ut cum ueteribus loquar, *florum ſparſionem*, hoc, me, uerno tempore, leniter abducunt, taciteque monent, ut, cum alii ſe uiride in gramen et flores ſpargunt, in laudes ſophiae, cui ſe totum a teneris conſecrare, quam uolupe, ulterius, ubi coeperim, excurram. Equidem Leucoreae Polyhiſtor SCHVRZFLEISCHIVS, qui, cum, uiueret, totus in antiquitatis ſtudio erat, rerum indagator uetuſtarum longe feliciſſimus, publice, diſputatione habita,

habita, *antiquum ſpargendi flores ritum*, erudite examinauit, uerum breuitati deditiſſimus, ad praeſens inſtitutum quae facere poterant, non attingit. Erant autem, ne multis ſim, flores, ſigillatim *roſae*, *caryophillum*, *lilia*, *beneuolentiae et prolixi animi ſigna*, a iuuenibus olim ante regum, heroum, ſapientum, addo, amaſiae fores ſparſa, uirginibusque paſſim, in amoris ſignum, uti HOMERVS et THEOCRITVS teſtes ſunt, in manus miſſa, quo amoris ſymbolo ſimul regibus clementiam, ſapientiam doctoribus, uirginibus uenuſtatem, ſolemniter quaſi, gratulabantur. In oriente tale quid uſu ueniſſe, ex CANTICIS partim eluceſcit, partim aliunde conſtat. Graecis praeterea, quod, apprime notari, meretur, φυλλοβολεῖν abiuerat in conſuetudinem, ubi muſae ſimul regibus, heroi, ſapientibus, matronis, uirgini ſpectatiſſime florenti, qualis Homero ἑλικῶπις, *uolubilis et nigra oculis*, notione elegantiſſima, dicitur, frondes amabant ſpargere, uirides in ramulos diffuſas, atque denſe ſparſas, quemadmodum ἀνθοβολεῖν erat *conſuetudo ſpargendi flores*, quem ritum antiquitus uocabant ἀνθέων βολάς, *florum ſparſiones*. Vrbs, quam imperator, atque uir auctoritate pollens, erat ingreſſus, floribus tota conueſtita et lauro redimita, ut ante laudatus antiquitatum, cum uiueret, amicus, uerba ἡ πόλις πᾶσα ἄνθεσι καὶ δάφναις ἐστεφάνωτο, quibus DIO CASSIVS ritus illius honorifice meminit, docte interpretatur. Hoc ἀνθοβολεῖν, liceat ita loqui, Blumen-Ständgen, Blumen-Werffen, antiquitus haud raro excipiebant νεκτίθυρα et θυροκοπικὰ, *nocturna muſica*, ubi ſtudioſi ueteres κωμαζοὶ, ἐπικωμάζοντες, ἐπὶ κῶμον βαδίζοντες, adfirmante id THEOCRITO, cum facibus et taediis, ad illuſtrium uirorum et amicarum oſtium, magiſtrorum famam, laudes ſophiae, heroum fortitudinem, uenuſtatem amaſiae decantabant, qui mos, hanc ad uſque memoriam, muſis non eſt infrequens. Praeter alia muſices organa ueteres, ante fores fidelibus canentes, aut cithara pulſantes, uſi ſunt inſtrumento μάγαδις, cuius fit mentio apud ATHENAEVM et POLLVCEM. Huic citharae ſubiiciebatur μαγὰς ſiue μαγάδιον, *calamus ligneus*, teſtibus SVIDA, HESYCHIO, GRAEVIO, quo pulſata ſonum edere poſſet. Atque ſic fama ſophiſtarum, qui ſummam ad doctrinae gloriam efflorеſcebant, longe lateque

per

per orbem emanauit. Quemadmodum autem, *pulcherrime fortunam ſecundam*, ut uetus habet prouerbium, *ferre, difficulter atque aegre fit :* Ita continuae ſucceſſus felicitatis multum in ſapientibus habebat difficultatis et laboris. Namque toti, quod fieri ſueuit inter homines, immerſi uitiis, inextricabiles in fraudes et rixas implicati, machinas ad ſtruendas compoſiti, omnibus poſtmodum in odio erant, et de throno laudum atque dignitatis deiecti, ipſis principum edictis, terra et prouinciis excludebantur. Qui ſophiſtae antea ſuperbiuerat nomine, iam in ἀπατεῶνα, διδάσκαλον πανοῦργον, tranſibat, qualis olim erat ἀντιλογικὸς et ἐριστικὸς, Scholaſticorum et Ariſtotelicorum, maxime Pontificiorum, parens, quorum anteſignanus et princeps Diabolus, interprete GREGORIO NAZIANZENO, σοφιστὴς τῆς κακίας, πρῶτος καὶ μέγιστος καὶ ἀόρατος τῆς κοσμικῆς σοφίας σοφιστὴς, *ſtruendae malitiae primarius et maximus inuiſus mundanae ſapientiae ſophiſta*, SPIRITVI S. notanter dictus ערום, πανοῦργος, ut uertit AQVILA, *ueterator ſophiſta*, quod aliis complacet. Sed hoc tamen in corrupto rerum ſtatu, ea tempeſtate, flos ſapientum fuit, flos et robur ciuium academicorum, Alexandriae, ut haec, quemadmodum inter Hebraeos Hieroſolyma, iuxta mentem EVSTATHII et STEPHANI πόλις κατ' ἐξοχὴν, *princeps urbium ac regina*, audiretur, de qua AELIVS DIONYSIVS et CALLIXENVS RHODIVS, teſte ATHENAEO, literarum monimentis quaedam conſignaſſe feruntur. Eruditis academia alexandrina fuit patria, ubi inter Criticos et Philologos ARISTOPHANES BYZANTIVS, ARISTARCHVS, DIDYMVS CHALCENTERVS, DIONYSIVS THRAX, APOLLONIVS DYSCOLVS, HERODIANVS ASTYAGES, PHILOPONVS, SERGIVS, APOLLONIVS TVNIOR, HERODIANVS M. alii, inter Philoſophos AMMONIVS, PLOTINVS, PORPHYRIVS, IAMBLICHIVS, SOPATER, et centum alii, aeternam, quae ad herculeas innotuit usque columnas, gloriam ſunt conſecuti, ad quos audiendos florentiſſimi undique confluebant iuuenes, teſte GREGORIO NYSSENO, in uita S. GREGORII THAVMAT. πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης τῶν περὶ Φιλοσοφίαν ἐσπουδακότων, *undique iuuentus confluebat philoſophiae operam dans.*

§. 8.

§. 8. In primis imperatorum munificentia muſas, hanc in academiam, inuitauit, quae fuit tanta, ut, poſt hominum memoriam, uix ac ne uix inuenti, qui ſimile nobis benignitatis exemplar reliquerint. Erat Alexandriae regia, a ſingulis ferme, ut habet VALCHIVS, feliciſſimus antiquitatum interpres, regibus aucta, et nouis ampliata ornamentis, in parte urbis amoeniſſima, quae mare ſpectat, collocata, et in membra diuiſa, quorum aliquod dictum eſt μουσεῖον, *muſaeum*, de quo ex antiquioribus ARISTONICVS, CALLIMACHVS, ALCIDAMAS περὶ τοῦ ἐν Αλεξανδρείᾳ μουσείου, uidelicet *de muſeo Alexandrino*, quorum tamen monimenta temporum iniuria deuorauit, et ex recentioribus IONSIVS, GRONOVIVS, KVSTERVS, RECHENBERGIVS, ESCHENBACHIVS, literarum monumentis quaedam conſignarunt, quibus addi poterat FABRICIVS et VALCHIVS. Pluribus uerbis in huius muſaei rariſſimi antiquitatis monimenti, percenſione commorari, et omnia, quae obliuione non ſunt ſepulta denſiſſima, perluſtrare oculis, et argumenti dignitas, et uetuſtatis iucunditas ſuadebant. Moris autem fuit antiquitus, beneficium illud, ex regia libertate profectum, et apud uiros, quam ingenii beneficio praeſtantes, tam uirtutum et eruditionis encomiis ornatos, auctoritate regia poſitum, appellare μουσεῖον, ἀιγυπτίαν σίτησιν, τράπεζαν ἀιγυπτίαν, συσσίτιον Φιλολόγων ἀνδρῶν, κύκλον μουσείου atque ſic amplius, die Ægyptiſche Communitaet, das Conuictorium zu Alexandria in Ægypten, quas inter notiones mihi illa, qua τράπεζα ἀιγυπτία, der Ægyptiſche Frey-Tiſch, ſalutatur, cum primis arridet, non tantum, quod eleganter ita graece dicitur, uerum etiam, quod ad uaria antiquitatis monimenta nobis pandit iter. Veteres maxima merita, et gratiam pene immortalem menſae nomine complectuntur, quae loquendi conſuetudo tanto priſcis erat in amore, ut coeleſtia beneficia, ipſam aeternam felicitatem, ſub menſae et conuiuii laetiria adumbrari, ipſi SPIRITVI S. non diſplicuerit. Nec minus eleganter κύκλος uocatur συναγωγὴ, *ſynodus, conuentus doctorum in muſeo celebrium*, quo ipſo mos adcumbendi, ſuper lectulis ſtratis, Hebraeis, Indis, Medis, Perſis, Graecis, Aegyptiis, Romanis

Romanis uſu comprobatus, in cuius examine alias multus fui, tacite in memoriam reuocatur. Circulus olim perfectionis erat ſymbolum, maxime publici ubi conuentus inſtituerentur, propterea priſcis עדה, κύκλος, *corona*, notione perelegante dicti. Iudicia aeque ac conciones antiquitus ſub dio, iudice atque aſſeſſoribus in coronam conuocatis, habebantur, ut iuſtum ſemper et aequum ob iudicum obuerſaretur oculos, quod iniuſtum, iudices ſedulo auerſarentur, ac, circulos hos ſacratiores non hominibus, ſed ipſi Deo haberi, probe cogitarent, atque intelligerent. MAIMONIDES de ſynedrio magno notanter ait, והם יושבין בכמו חצי גורן בעיגול, *et ipſi*, ſcilicet aſſeſſores, *ſedentes erant, ueluti in dimidiata area circulari*, ac GEMARA HIEROSOLYM. neruoſe, סנהדרין היתה כחצי גורן עגולה, *ſynedrium erat inſtar ſemicirculi.* Exemplum quoque Achabi et Ioſaphati illuſtre eſt, qui ſedent בגרן, *in area*, interprete KIMCHIO, כחצי גורן עגולה, *uelut dimidio rotundae areae*, et item Abſolonis ad ſemitam ſedentis uiae portae, על יד דרך השער, iuxta LXX SENES, ἀνὰ χεῖρα τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης, *ad* MANVM, hoc eſt, COLVMNAM, STATVAM PVBLICAM, quae manus imaginem adumbrabat, *ſemitae portae.* Graeci ſimilem in modum κύκλον ποιεῖν, aut τάττειν, *circulum inſtituere*, amabant, praeſertim cum, ſub arboribus et porticu in lapidibus circulatim ſedentes, iudices agerent, aut iuuentutem, bonas ad literas, informarent. Collium, ſaxorum, κύκλων uſus erat in comitiis, regum electione, iudiciis, concionibus, apud antiquos Friſios, Saxonas, Cimbros, Teutonas, Heluetios, id quod SNORRO, VORMIVS, KEYSLERVS indicant, exemplisque aliquot comprobant, quemadmodum LEHMANNVS etiam in Chronic. Spirenſ. unius alteriusue fecit mentionem exempli, et ſicut mihimet ipſi in patria mea κύκλος eiusmodi, maioribus ſacratus, lapidibusque coronam conſtituentibus conſitus, aliquot ante annos, eſt uiſus. Siue autem per κύκλον cum LIPSIO, SALMASIO, STEPHANO, GRONOVIO, τάξιν, ordinem, συναγωγὴν, ſynodum doctorum, conuentum in muſeo, circulum, coronam, multitudinem eorum, qui adſidebant menſae, qualis ſignificatus, teſte OLEARIO, PHILOSTRATO frequens eſt, ſiue cum LVDOLPHO KVSTERO aliquando

menſam intelligas rotundam, quod, ante hunc, uiri iam laudati monuere, parum noſtra refert, ſufficit, hic adnotaſſe, ueteres ad Numinis praeſentiam, quod praeſens conuentibus credebant, totos ſe compoſuiſſe, atque uel nos tacite quaſi ad honores, iudiciis, ſcholis, aliisque coronis ſolemnibus exhibendos, inuitare. De cetero CASAVBONVS uehementer fallit, cum TIMONIS PHLIASII uerba apud ATHENAEVM, qui menſam illam aegyptiam τάλαρον μουσάων, *quaſillum muſarum*, adpellitat, de uenuſta periphraſi muſei alexandrini interpretatur, ſiquidem hic Philoſophos traducit, et acerbe pungit, ἐπισκώπτων τοὺς ἐν αὐτῷ τρεφομένους φιλοσόφους, ὅτι ὥσπερ ἐν πανάγρῳ σιτῶνται, καθάπερ αἱ πολυτιμόταται ὄρνιθες, *dicteriis inceſſit illos, qui in ipſo alebantur, philoſophos, quod quaſi in reticulo ſaginarentur, ut pretioſae auiculae.*

§. 9. Quando eruditis, circa muſei huius auctorem, exoritur lis, uiri docti coniecturam uarias in partes ducunt. PLVTARCHVS concinne: πτολεμαῖος ὁ πρῶτος συναγαγὼν τὸ μουσεῖον, *Ptolomaeus ille primus collegit muſeum*, quod plerique de PHILADELPHO dictum uolunt, quia PLVTARCHVS ſuper regum φιλομούσων occupetur laudibus, quos inter PHILADELPHVS facile princeps, iudice TERTVLLIANO, eruditiſſimus, ac omnis literaturae ſagaciſſimus. Certe maxima ſapientum pars hanc it in ſententiam, et, PHILADELPHVM honores et beneficia in ſapientes effudiſſe largiſſime, nemo, niſi omnis omnino antiquitatis expers, ibit inficias. Alexandria, ipſius memoria, effudit oratorum copiam, criticis et ſapientibus adfluentiſſima. Muſeum, quod ingredi iam eſt in animo, praemittebat περίπατον, *locum obambulandi*, amoeniſſimis conſitum arboribus, in quo temporis fallendi cauſſa morabantur, qui meditationibus uacabant, cuius meminit STRABO, cum ſcite ait: τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ μουσεῖον ἔχον περίπατον καὶ ἔξεδραν καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν, *ipſius regiae pars eſt etiam muſeum, habens ambulacrum et domum maximam, in quo coenaculum eſt eorum, qui participes ſunt muſei, philologorum hominum.* Veteres praeſertim ſeceſſum amabant, porticus, arbores, quae ramis diffundebantur, auditorio quaſi inſeruientes, ubi περιπατοῦντες philoſophi diſputabant, atque

doce-

docebant. Speciali nomine περίπατος erat ambulacrum gymnaſii ARISTOTELIS, ad quod Athenis ingens muſarum multitudo ſe effundebat, quanquam ante ARISTOTELEM confabulandi ritus inter ambulandum uſitatus erat, unde, monitore GRONOVIO, ſignificat et ὁμιλίαν et ſcholam apud ARISTOPHANEM et EVRIPIDEM. ἔξεδρα, cuius mentio iam apud STRABONEM eſt iniecta, honeſtas ac honoratas habebat ſedes, cum primis ſaxa, in quibus philoſophi, rhetores, iudices, aliique uiri honorati, inſidere ſueuerunt, uti tradit VITRVVIVS de palaeſtrarum ſtructura. ὄικον μέγαν, in quem STRABO nos itidem abducit, cum CASAVBONO plerique uertunt maximam domum, ubi monet GRONOVIVS, ὄικον hic non eſſe domum, ſed partem domus, conclaue, uel cubiculum aliquod maius, aut latius, diaetam, coenationem. Hanc in rem auocat IVLIVM POLLVCEM ita ſcribentem: τὸ δὲ συμπόσιον ἐκ τῦ ἔργυ ὠνομασμένον καὶ συσσίτιον καλεῖται. Λέγεται δὲ ὄικος τρίκλινος, πενταέκλινος καὶ δεκάκλινος, *locus conuiuii, aut coenationis ſympoſion, nominatur ab eo, quod ibi fit, et ſyſſition uocatur. Dicitur autem locus trium, quatuor et decem lectorum, ſiue menſarum*, id eſt, qui capit tres, quinque, decem lectos. At enim uero, ſiue maximam domum, ſiue partem muſei interpreteris, eodem recidit, dummodo partem illam, longe lateque ſe diffundentem, ubi lauta doctorum habebantur conuiuia, intelligas.

§. 10. Prope hoc muſeum templum erat extructum SERAPIDIS, et alumni huius menſae praeſulis, quem STRABO ἱερέα adpellitat, ad nutum, auctoritate legum, ſe conuertebant. Namque μυσεῖον, delubri ad imaginem, ſacratiſſimum erat, uti νυμφεὼν, fanum nympharum. STRABONIS uerba ſic habent: Ἐστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ, καὶ ἱερεὺς, ὁ ἐπὶ τῦ μυσείυ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ Καίσαρος, *ſunt iſti collegio etiam pecuniae communes et ſacerdos, ſuper muſeum hoc ordinatus, olim quidem ab regibus Aegypti, nunc autem a Caeſare*, TIBERIO. Illic bibliotheca adſeruaba tur APOLLINIS et muſarum. EPIPHANIVS de ponderibus et menſuris nerυoſe: οὕτως αἱ βίβλοι εἰς Ἑλλησίδα ἐκτεθεῖσαι

ἀπετέθησαν ἐν τῇ πρώτῃ βιβλιοθήκῃ τῇ ἐν τῷ Βρουχίῳ οἰκοδομηθείσῃ. Ἔτι δὲ ὕστερον καὶ ἑτέρα ἐγένετο βιβλιοθήκη ἐν Σεραπίῳ μικροτέρα τῆς πρώτης, ἥτις καὶ θυγάτηρ ὠνομάσθη αὐτῆς, *ita hi libri* (Moſis) *graece redditi, ſunt poſiti in bibliotheca priore, quae inſtituta eſt in Bruchio. Poſtea et alia fuit bibliotheca in templo Serapidis, quae minor fuit, et dicta eſt quaſi filia alterius:* Et item ATHENAEVS eleganter admodum: περὶ δὲ βιβλίων πλήθους καὶ βιβλιοθηκῶν κατασκευῆς καὶ τῆς εἰς τὸ μουσεῖον συναγωγῆς τί δεῖ καὶ λέγειν, πᾶσι τούτων ὄντων κατὰ μνήμην, *de librorum autem multitudine et bibliothecarum aedificiis,* (ſcriniis,) *et de muſei ſtructura quid attinet dicere, cum in hominum memoria haec uerſentur.* Bibliothecae regiae, per totum orbem olim celeberrimae, praefuit ZENODOTVS EPHESIVS, πρῶτος διορθωτὴς ὁμήρου, *primus corrector* HOMERI SVIDAE dictus, CALLIMACHVS CYRENAEVS, poeta et criticus, ERATOSTHENES CYRENAEVS, CALLIMACHI diſcipulus. Ad menſam hanc adcubituros uiros eſſe oportebat honoratos, τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους, *per totum orbem celebres.* STRABO commemorabat antea, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν, *in quo coenaculum Philologorum hominum, qui participes ſunt muſei,* ubi per φιλολόγους intelligit, ſtilo ueterum, non grammaticos tantum, uerum uiros etiam, multum qui poterant a facundia, et quibus ſapientia erat in deliciis et amore. THEO PHILOSOPHVS SVIDAE de numero fuiſſe alumnorum dicitur, ὁ ἐκ τοῦ μουσείου αἰγύπτιος φιλόσοφος. Inſidet in memoria exemplum DIONYSII MILESII perilluſtre, commemorandum ad poſteros, a PHILOSTRATO recenſitum: Ἀδριανὸς κατέλεξε τοῖς ἐν τῷ μουσείῳ σιτουμένοις. Τὸ δὲ μουσεῖον τράπεζα αἰγυπτία ξυγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους, *Adrianus adlegit illis, in muſeo qui alebantur. Muſeum autem aegyptia eſt menſa, inuitans uiros, ex omni terrarum orbe, celebres.* PHILOSTRATVS exemplum adiicit POLEMONIS ξυμβούλου, regii conſiliarii, in uita eius, Ἀδριανὸς δὲ κατέλεξε αὐτὸν καὶ τῷ τοῦ μουσείου κύκλῳ ἐς τὴν αἰγυπτίαν σίτησιν,

Adria-

Adrianus autem in muſei circulum eum adlegit, in aegyptiam illam coenationem. PHILOSTRATVS tertium recordatur exemplum ADRIANI, ſophiſtae, quem ornauit imperator δωρεαῖς καὶ δώροις, ubi per δωρεὰς intelligit τάς τε σιτήσεις, καὶ τὰς προεδρίας, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱερᾶσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρύνει ἄνδρας, *coenationes publicas, loci praerogatiuas, immunitatesque et ſacerdotia, et quae alia uiros illuſtres reddunt*, per δῶρα uero χρυσὸν, ἀργύριον, ἵππους, ἀνδράποδα καὶ ὅσα ἐρμηνεύει πλοῦτον, *aurum, argentum, equos, mancipia, et quaecunque diuitiarum ſunt argumentum.* APOLLONIVS TYANENSIS epiſtolam legitur ſcripſiſſe τοῖς ἐν μουσείῳ σοφοῖς, *ſapientibus in muſeo alexandrino*, cum ueniſſet ad Argiuos, ἐβαρβαρώθην οὐ χρόνιος ὢν ἀφ' Ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι, *barbarus factus ſum, non quod diu a Graecia abfuerim, ſed quod diu in Graecia fuerim.* ATHENAEVS exemplum ſuperaddit poetae Pancratis, qui figmento egregio, luctum HADRIANI, ob ANTINOI mortem grauiter uulnerati, leuauit, moeſtumque animum renouauit ab ſollicitudinibus: Ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τῇ τῆς ἐννοίας εὑρέσει καὶ νεότητι τὴν ἐν μουσῶν αὐτῷ σίτησιν ἔχειν ἐχαρίσατο, *delectatus imperator commenti huius ingenio et nouitate, annonam, ex muſarum reditibus, ei largitus eſt.* IONSIVS legit hic ἐν μουσείῳ, DALECHAMPIVS ἐκ μουσαίου, alii, ἐν caſum aſciſcere genitiuum, arbitrantur. Sed errant omnes hi, ualdeque decipiuntur, quippe dicitur ἐν μουσῶν, ut ipſe EVSTATHIVS, HOMERI ſcholiaſtes, notauit, κατ' ἔλλειψιν ἀττικῶς, ἐν μουσῶν ſcilicet οἴκῳ, κύκλῳ, συνόδῳ, qualis loquendi mos Graecis non erat infrequens. Quid enim crebrius eſt in Graecia, quam ἐν ἅδου, ἐς ἅδου, πρὸς ἅδου κατάβασις, uti apud SVIDAM quoque legimus, id quod Romani imitantur, cum aiunt perbelle, ad Veneris, ante Caſtoris, ſcilicet aedes. Elegans eſt inſcriptio ex marmore in terra effoſſo, apud GRONOVIVM, quae teſtatur itidem, quod philoſophi menſae aegyptiae fuerint alumni, ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΝ ΑΛΕΧΑΝΔΡΕΑ ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΝ ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ ΝΕΩΚΟΡΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩΙ ΜΟΥΣΕΙΩΙ ΣΙΤΟΥΜΕΝΩΝ ΑΤΕΛΩΝ

ΦΙΛΟCΟΦΩΝ, *Aſclepiadi Alexandrino Pancratiaſtae Periodonicae Neocoro Magni Sarapidis, et qui in Muſeo aluntur, immunium Philoſophorum.* Alexandria, urbs muſarum florens celebritate, opibus, atque literis, per mille propemodum annos, felix ter et amplius, totum in terrarum orbem, examina ſapientum emiſit, nec prius literarum amiſit memoriam, quam barbaries muhamedica Saracenorum, ſub CONSTANTE HERACLII FILIO, circa annum CHRISTI ſexcenteſimum et quinquageſimum, Aegyptum inundauit. SVETONIVS in uita refert CLAVDII, hunc imperatorem ueteri muſeo alterum addidiſſe, *Claudium* uocatum, atque ſanciuiſſe legibus, ut libri hiſtoriarum, quas graece ſcripſerat, τυρρηνικῶν et καρχηδονικῶν, diebus ſtatutis, uelut in auditorio, ab ſingulis per uices recitarentur; cuius muſei mentionem facit ATHENAEVS. Conſtantinopoli, ad imitationem alexandrinae menſae tale fuiſſe muſeum, philadelphium, itidem GRONOVIVS, ex graeco poeta, adſerit. Athenis, et plerisque in ciuitatibus Graeciae, in laude poſitis magna, prytanea prodire in lucem, et conſpectum quaſi exterorum, conſueuerant, quippe hic uiris honoratis, et de re publica optime meritis, uictus praebebatur quotidianus, quos in ritus commentatus eſt ESCHENBACHIVS in *Sympoſiis ſapientum.* Atque ſic eruditi antiquitus, et regibus, et heroibus, et populo, erant in deliciis et amore, digni proinde, quibus, beneficiorum multitudine, latiſſimus, ulteriorem ad gloriam, celebritatemque aperiretur campus.

§. II. *Sint Mecaenates, non deerunt Marones*, uetus habet prouerbium, cui adiicimus illud, *artem*, puto, literas et ſtudia, *quaeuis terra alit.* DEVS ter optimus maximus, amore qui ineffabili eſt in genus humanum, literas ſartas, tectasque, hanc usque ad noſtram memoriam, adſeruauit. Quemadmodum, poſt denſiſſimas papatus tenebras, propenſiſſima DIVINI NVMINIS gratia, feliciter tandem ſuperatas, VERITAS et LVX EVANGELII omnibus perſpicue et clare, per diuinum LVTHERI miniſterium, rurſus illuxit: ita literarum ſtudia, eadem tempeſtate, ab iniuria papicolarum liberata, et ab interitu reuocata, in lucem prodiere, doctorum animis cohortatione diuina ad induſtriam incitatis, qui cum LVTHERO et IONA Germa-

Germaniam, cum PHILIPPO, BVDAEO, NEANDRO Graeciam, cum ERASMO et CALVINO Latium, cum REVCHLINO, SCHINDLERO, aliis Orientem, regna, longe lateque diffusa, per barbarorum, puto, Saracenorum, Turcarum, Pontificiorum, aliorum inhumanitatem, atque saeuitiam deperdita, in integrum restituerent, et, ut AMERICVS nouum orbem, detegerent, quod sub AVGVSTISSIMIS IPSIVS REFORMATIONIS AVSPICIIS factum non sine arcano quodam DEI consilio uidetur, quo nempe VERITAS DIVINA radices altius agere, et literarum opera, magis magisque efflorescere posset. Equidem hostis ille ueritatis ac sapientiae, πανοῦργος, *ueterator sophista*, literarum secreta funditus extirpare, hominesque densissimas in insciticae tenebras abducere, multum elaborauit. Sed enim SAPIENTIA DIVINA, imperii fines eruditi tueri a latrocinus et fraudibus Satanae, sanctissimo consilio decreuit. Florent studia, efflorescent, nec deerunt musis mecaenates, summis in honorum fastigiis elucentes. Taceo GALLORVM, qui bonis literis se dignissimos praestant, industriam, mitto GEORGIORVM, qui apud Anglos atque Germanos omnem curam et cogitationem ad literarum incrementum conferunt, insignem doctrinae adiuuandae peritiam, sino CHRISTIANORVM apud Cimbros commemorabilem in literas sollicitudinem atque curam, super laudes nostras omnes positam, sed summam SVMMI MONARCHAE, qui apud Moschos potitur rerum, doctrinae excellentiam, et infinitam prope in musas clementiam, nihilo magis ad elegantiam, quam ad firmam quandam soliditatem, utilitatemque sereniſſimos flectentem oculos, eo minus praetereo, quo pius ab Academiis Mosconitarum commodi publice expectandum uidetur. At enim uero, quod miramur in exteris, id, in AVGVSTIS NOSTRIS AVGVSTISSIMIS, qui AMOR et DELICIAE, quam generis humani, tam musarum, ut olim CAESAR AVGVSTVS, immortalem in domus Saxonicae memoriam, summam in patriae gloriam, insigne in subditorum solamen, emicare excellentissime, conspicimus, praesertim, cum auspicatissimos regiae clementiae radios se in nos fusissime spargere, uidemus. Floret in primis sub *SAPIENTISSI-*

MO

MO ET AVGVSTIMMO FRIDERICO AVGVSTO, uere *AVGVSTO*, ac *NVTRITORE PROPENSISSIMO*, *DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO*, haec noſtra Leucoris, coeleſtis ueritatis, ab antiquis acceptae, et literarum, uetuſtate celebrium, cuſtos fidiſſimus, cuius benigniſſimo moderamine gratia maioribus parta non renouatur tantum cotidie, ſed nouis etiam indies beneficiis, in Academiae incrementum, ad poſteros commemorandum, augetur. His regiae munificentiae ueſtigiis, EXOPTATISSIMOS SAXONIAE PROCERES, PATRES PATRIAE DESIDERATISSIMOS, ſemper inſiſtere, non adeo eſt mirum, cum ILLVSTRISSIMVM REGIS ad EXEMPLVM ſe totos componant. Gratia haec, quam omnes aequi ſtudiorum cenſores, deuotiſſimo mentis adfectu, reuerentur, atque ſancte colunt, Academiis noſtris tanto hactenus affulſit ſplendore, ut hae nouis auctae profeſſionibus magnam nobis omnino creſcendorum ſtudiorum ſpem faciant. Hac uero ipſa REGIAE CLEMENTIAE magnitudine, atque excellentia, monentur ſinguli, publico qui muneri praeſunt, ut, intimo ex animi adfectu, qua fieri poteſt, ad pientiſſima REGIS et MAGNATVM exempla, quae nulla dicendo lingua adſequitur, muſis praeſertim, quibus res anguſta domi, ſuccurrant, prolixam Patronorum uoluntatem ipſis concilient, ſeipſos praeſtent in dando munificos, omnibusque modis Studioſos adiuuent, probe penſitantes, *διακονίαν*, *curam pauperum*, uti rite monet BROCHMANDVS, praecipuas inter *academici muneris* referri partes, doctores non ſibi, ſed DEO et proximo uiuere oportere, Academias tum demum florere literis atque gloria incipere, ubi doctores *διάκονοι*, quales in primitiua eccleſia pauperum habebant curam, ab omni priuati commodi ſtudio alieniſſimi, unice eccleſiae ac reipublicae emolumentum intendant, omnibusque et animi et corporis uiribus gloriam DEI promouere, adnitantur. Academiae Germanorum multae tantam celebritatis famam, in qua nunc uiuunt, nunquam fuiſſent conſecutae, niſi uiris, perfecte planeque eruditis, ſummam ad gloriam, efflorescentes ſeipſas almam muſarum matrem praebuiſſent, et Studioſos, ex omnibus terrarum angulis, benefaciendo ad ſe inuitaſſent. Quemadmodum temporis iniuriam

iuriam dolemus ſinguli, cum nempe, multos a ueritatis uia deflectere, uidemus: Ita uel in his, quorum tamen ad dogmata nunquam accedemus, ualde laudamus adiuuandi ſtudium et διαχονίαν, qua mirifice ſe diſtinguunt, quanquam ſint et maneant ueritatis hoſtes, qui beneficiis ſuis plus nocent, quam aedificant. Sanctus uero, plus quam paternus in illos, qui ad humanitatem, bonasque literas informantur, adfectus cum SILESIORVM, tum LVSATORVM ſcholas atque Gymnaſia, quae per tot ſecula orbem impleuerunt gloria, et tot examina iuuenum in Academias emiſere, ſummum in celebritatis faſtigium collocauit. Gymnaſiorum, quae apud BVDISSINENSES, GORLICENSES, ZITTAVIENSES florent, PATRONIS, infinitis ſane meritis exſplendeſcentibus, iuuandi et benefaciendi promptitudo atque ſtudium proprium uelut eſſe ſolet, qui nihil amplius, quam muſarum inopiam leuare, eccleſiae ac rebus publicis bene praeeſſe, in oculis ferunt. Scholarum RECTORES et MAGISTRI, eruditione praeſtantiſſimi, maxima et pene immortalia in iuuenes collocant merita, iisdem Patronos excitare munificos, die nocteque ſtudent, atque ciuium animos ita occupare ſueſcunt, ut uix inueniatur inter hos unus aut altet, qui non aliquid beneficii quotannis apud ſcholarum alumnos ponat, quin immo beneficiorum intermiſſus turpis ac nefas ipſis habetur, quae certe in egenos pietas ciuibus, qui, tam ſaepe, intra fauillas, deſolati, ſummam egeſtatem, non occulte, deplorarunt, nouas ſemper extruxit domos, extructas, breui admodum tempore, beneficiis diuinis ac diuitiis, ueluti coelitus delapſis, totas impleuit, urbesque ipſas, quae ſpectatiſſime florent, in formam longe uetuſtiſſimam reuocauit, reſtituitque. Magna igitur felicitas eorum, quibus religio atque iuuandi pietas, quae Hebraeis, ſignificanter admodum, צדקה, *iuſtitia*, ſiue illud, quod aequum ac iuſtum eſt, adpellari adſolet, a teneris, exemplorum multitudine perilluſtrium incitatis, eunt in conſuetudinem. DEVS fons benignitatis omnes SCHOLARVM et ECCLESIAE PATRONOS et doctores ſoſpites atque incolumes conſeruet, fortunisque exoptatiſſimis adfluentes eſſe iubeat, ac nobis etiam in poſterum donet uiros, qui et ipſi liberaliter ac plena largiantur manu, ac

alios ad beneficentiam decenter inuitent. His ardentibus, pientiſſimisque *Eccleſiae Euangelicae* precibus ac uotis praemiſſis, ſolo in DEI ſolatio innixus, Euangelium S. Marci ex Antiquitatibus illuſtrare ſuſcipimus, et quanquam anguſtia chartae, ſingula antiquitatum innectere monimenta, neutiquam uidetur ferre, aſſidue tamen operam dabo, ut argumenta commemoratione perquam digna ſaepius inferantur. Faxit Deus feliciter!

§. 1.

Ad u. 3. et 4. Initium faciam a BAPTISMATE, in cuius definienda origine diuerſi diuerſiſſimas in ſententias eunt, quas examinandas, et ſub incudem reuocandas duximus. Antequam tamen nos ad Baptiſmum, ex antiquitatibus illuſtrandum, uertamus, paucis, LECTOR BENEVOLE, monendus es, nam mireris forſan, qui celeberrimorum uirorum, noſtra memoria, induſtriae et eruditionis gloriam adeptorum, nulla fere iniiciatur, hoc in uolumine, mentio. Et certe defectus hic operae inſignis mihi poterat auctori uerti uitio. At enim non mea me uoluntas, ſed aliae cauſſae, eaedemque iuſtiſſimae, hoc ab inſtituto laudatiſſimo prohibent, qua de cauſſa, ubi quorundam nomina reticuerim, nec plagii, nec ignauiae crimen incurram. Iohannes in ἔρημον, *deſertum*, excurriſſe inducitur, ubi paſſim interpretes, quid nomen ἐρήμου inuoluat, uehementius diſceptant. Qui pro monachatu acerrime pugnant, Iohannem inter *Eremitas Monachos*, quos Germanice uocamus Einſiedler, referunt, ac ſi Iohannes omnem uitam in ſyluis, atque adeo in ſolatis eremis, duxerit. Sed enim ſuis recte contradicit HOSPINIANVS, et perbelle HEINSIVS, ἔρημον non ſemper fuiſſe ſolitudines, locos incultos et a ſocietate hominum plane remotos, uerum et agros paſcuis amoenis affluentes hoc uenisſe nomine, adnotauit. Vnde neruoſe LIGTHFOOT. *Hor. Talmud. ad Matth. III. 1. In eremis egit Iohannes, usque dum ſe palam faceret Iſrael Luc. I 80.* (*interprete ſchola Pontificia*) *uitam egit Eremiticam. At 1. pudeat te, o Papicola, ſic ignorare ſenſum uocis* ἐρήμου, *quae idem uulgari dialecto omnino ſonat, ac ſi dictum eſſet, uitam rure egit, non in urbe, agreſtiorem educationem rure ſubiit,*

biit, non Academicam, aut aulicam Hieroſolymis. In eremo plurimum adoleſcentiae ſuae tranſegit Dauid, 1. Sam. XXVII. 28. At quisnam tamen eum dixerit Eremitam? Hebraei oues deſerti diſtinguebant a domeſticis, quae domi, et in ſuburbibus, ſolebant paſci, nec deſertum ingredi debebant, ſicut oues deſerti erant ἀγραυλοῦντες, *in agris*, in den Hurten, uel Horden eingepfärchet. Vid. *Lex. Aruch. fol. XV. 3.* et in Indice uocem ἀγραυλοῦντες, tum etiam Praefationem Matthaeo praemiſſam.

§. 2. Hanc loquendi formulam inter Hebraeos obtinuiſſe, DRVSIVS, HOTTINGERVS, LIGTHFOOTVS, alii ſequentibus e teſtimoniis confirmant. MENACHOTH *Cap. VII. Hal.* תודת היתה ה' מאין ירושלמיות שהן שש מרבריות: *Oblatio pro gratiarum actione conſtitit e quinque ſiclis Hieroſolymitanis, qui ualebant ſex ſeas eremi, id eſt, SEX SEAS RVSTICAS. BABYLON. Erubh. fol. 83. 1. Seah Hieroſolymitana excedit SEAM EREMI ſexta parte. RAMBAM in Demai Cap. I.* אילנות מרבריות, *ARBORES EREMI ſunt iſtae, quae ſunt communis iuris, et non uuius Domini*, id eſt, arbores in ſaltibus, aut paſcuis communibus. *2. Cor. XI. 26.* κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, id eſt, *periculis ruri.* Addit LIGHTFOOTVS *p. m. 210. Eremi terrae Canaanitidos non erant oppidis, aut urbibus uacuae, nec illico erat ille Eremita uocandus, qui coleret eremum.* Montanum Iudaeae, Iohannis natale ſolum, uocatur a Talmudicis הר המלך, Montanum regale, et a Pſalte מרבר הרים, Montanum eremoſum, *Pſalm. LXXV. 6.* et tamen in montano regali erat myrias urbium. HIEROSOL. TAANITH, *fol. 69. 1. Schabb. fol. 45. 2. et* BEZAH, *fol. 40. 1.* אין משקין ושוחטין את המרבריות *Non potant et mactant PECORA EREMI,* אבל משקין את הביתות *At potant PECORA DOMESTICA. Et haec ſunt PECORA* מרבריות, *EREMI, iſta quae exeunt paſtum tempore Paſchatis, et domum redeunt ad pluuiam primam*, id eſt, menſe Marheshuan. RABBA dicit, *haec ſunt PECORA EREMI* כל הרועות אפר וגו', *nempe omnia, quae paſcuntur in pratis, et ad domos non accedunt.* GLOSSA ſubnectit: מרבריות הבריותות, *PECORA EREMI ea ſunt, quae foras ſunt in agris. BAVA KAMA, fol. 79. 2. Non alunt pecora minutiora in terra Iſraelitica, at in Syria alunt,* ומרברות של א"י *et in EREMIS*

TERRAE ISRAELITICAE. Illud ergo apprime tenendum, quod מדבר, ἔρημος, apud Iudaeos significarit regionem campanam, ubi ager ab agro non distinguebatur, sed totum erat communis iuris, unde LIGHTFOOTVS pererudite adnectit ad *Marc. II. 4. 12. p. m. 527. Hinc intelligas, quid denotetur per DESERTVM ZIPH, MAON, TEKOAE, nempe regio, uel rus, urbibus adiacens, ubi etiam erant sparsae domus.* Vid. LIGHTFOOT. *p. m. 530. et 727.* Quaeri autem poterat, quam ob caussam Iohannes baptizare sit auspicatus, et docere coeperit in eremo? Respondetur, ex plerorumque interpretum mente, per eremum denotatur *συμβολικῶς* Ethnicismus; Quae ergo Iohannes *κατασκευάσει τὴν ὁδὸν*, praepararit uiam ante Dominum, debebat, hac Euangelii et poenitentiae annunciatione, in eremo instituta, commonefacere homines, quod Messias et oues ex eremo, a Gentilibus, in caulam suam sit collecturus.

§. 3. BAPTISMVM, eiusque primam uelut originem, a Gentilibus, praeter quosdam ueterum PATRES, deducit famigeratissimus ille IOHANNES SPENCERVS, S. T. D. *Ecclesiae Eliensis Decanus et Collegii Corp. Christi apud Cantabrig. Praefectus*, in Libro multa ceteroquin eruditione confecto, qui inscribitur *de Legibus Hebraeorum Ritualibus et earum Rationibus, Libr. I. Sect. III. Cap. VIII. p. 261. IVDAEI BAPTISMOS SVOS QVOTIDIANOS AB AEGYPTIIS, AVT ALIIS IN VICINO GENTIBVS HAVSISSE VIDENTVR. HVIC CONIECTVRAE QVODDAM VELVTI SIGILLVM ESTO MONTACVTII NOSTRI TESTIMONIVM, Apparat. ad Orig. Eccles. 7. Sect. 26. LAVANDI CONSVETVDINEM A LVSTRATIONIBVS PAGANORVM MVTVATI CREDI POSSVNT PHARISAEI, AEGYPTIIS PRAECIPVE ET PERSIS: καθαρμοὶ ENIM ET ἀποπνίματα FREQVENTER APVD ILLOS VSVRPABANTVR, VNDE SE EXPIANDOS ET MVNDANOS CREDEBANT.* Huic assentitur D. IOHANNES MARSHAMVS, *Chronic. Can. p. 208.* Quam SPENCERI et MARSHAMI opinionem, paginis mox subsecuturis, una cum BAPTISMATE ISRAELITARVM remouebimus.

§. 4.

§. 4. Nonnulli, Iudaeos Baptiſmum e Iohannis ſchola mutuatos eſſe, uel ideo coniiciunt, quod Iohannis diſcipuli auctoritate multum ualuerint apud Iudaeos Chriſti memoria, et quod tutius uoluerint inſequi Rabbi Iohannem, quam quidem Chriſtum, quem omnibus animi uiribus auerſarentur. Sed enim omnis Iudaeorum hic antiquitas reticet, et omnes per mundum Iudaeos ſe Iohannis ad genium et inſtitutiones accommodaſſe, nullam ueritatis ſimilitudinem oſtendit. Vid. SELDEN. *de Synedr. Libr. I. Cap. III. 40.*

§. 5. Alii BAPTISMVM PROSELYTORVM IVDAICVM E BAPTISMO ISRAELITARVM origenariorum V. T. deriuandum cenſent, ut riuulum e ſuo fonte. Baptiſmum Proſelytorum circumciſioni primitus in odium Samaritanorum fuiſſe additum, putant MAYERVS *Phil. S. P. I. p. 91.* et SCHICKARDVS *de Iure Regio Hebraeor. Cap. V. p. 127.* Vid. AVGVSTI PFEIFFERI *Antiquit. Hebraic. Cap. I §. 5.* LIGTHFOOTVS *in Hor. Hebraic. ad Matth. III. 6. p. 218.* originem Baptiſmatis Proſelytorum Patriarchae Iacobo adſcribit. Nos, antequam ad Baptiſma illud propius deueniamus, GOODWIN. *Moſ. et Aar. Libr. I. C. III. p. 63. ſqq.* BVXTORFFIVM *Lex. Talmud. p. 407. ſqq.* SELDENVM *de I. N. et G. Libr. II. Cap. 2. 3. 4. et de Succeſſ. in Bona defunct. Cap. 26.* CHRIST. CARTWRIGTHVM *Elect. ad Exodum p. 131.* SCHICKARDVM *de Iure Regio Iudaeorum Cap. V. Th. XVII. p. 126. ſqq.* GEORG. GENTIVM ad הלכות דעות MAIMONIDIS *p. 91.* MVNSTERVM *ad Euangel. Matthaei Ebr. Cap. XXIII. p. m. 329.* CHR. GERSONEM *Compend. Talmud. P. I. Cap. 33.* HOTTINGERVM, *Theſ. Phil. Libr. I. Cap. I. Sect. 3.* GERHARDVM *Harm. Euangel. C. 158. p. 115. ſqq.* BVDDEVM et DANZIVM in Diſſert. cuius titulus: *Antiquitas Baptiſmi Initiationis Iſraelitarum uindicata* Anno M DCC X habita, in primis WERNSDORFFIVM in Diſſert. de eodem argumento, SCHVDTIVM *in Ritib. Iud.* alios conferendos citamus.

§. 6. Quo Iudaeorum mentem eo rectius pleniusue intelligamus, de PROSELYTIS nonnulla commemoratione digna

praemittenda duximus, maxime cum ritibus Iudaeorum et quibusdam SCRIPTVRAE S. locis exinde facula accendatur. Omnis Iudaeorum gens duas per hominum ſpecies diſtribuebatur, quorum altera erant *Hebraei ex Hebraeis*, id eſt, a parentibus Hebraeis nati, ſicut Paulus *Phil. III. 5.* altera Proſelytorum, id eſt illorum, qui non erant a gente Hebraea oriundi, ſed aliunde ad Iſraelitas acceſſerant. Inter hos, qui uel *patre proſelyto*, uel *matre proſelyta*, ortus dicebatur בן גר, FILIVS PROSELYTI, quod ſi uero utroque parente proſelyto genitus eſſet, uocabatur בגבג, BAGBAG, פרקי אבות, Cap. V. Huc referunt ſequentes SCRIPTVRAE locos *Leu. XVI. 29. Num. XV. 30. Leu. XVII. 15. XXIV. 16.* et ſigillatim phraſin והגר האזרח, *indigena et peregrinus*, et item uerba Act. II. 10. *Ιουδαῖοι τε καὶ προσήλυτοι.*

§. 7. Proſelytus Hebraice ſonat גר, Chaldaeo-Syre גיורא, *aduena*, *peregrinus*. Huiusmodi proſelytos Hebraei duas in claſſes collocant, dum I) commemorant גר שער, PROSELYTVM PORTAE, *Deut. XIV. 21.* qui ſedem fixit, et commercia habuit cum Iudaeis, quam ob cauſſam etiam גר תושב, PROSELYTVS INQVILINVS, ſiue domicilii, ſubaudiret, extra tamen Hieroſolymas, uti teſtis eſt MAIMONIDES *Hilc.* אסורי ביאה, *Cap. XIV. n. 7. et Hilc.* בית בחירה, *Cap. VII. n. 14.* er quidem non niſi in portis urbium, unde et גרי שער, PROSELYTI PORTAE ſunt adpellati, denominatione *e Deut. XXIV. 21.* iuxta PFEIFFER. *Antiquit. Hebr. Cap. I. §. 3.* deſumpta. Huiusmodi proſelyti apud TALMVDICOS male audiunt, BABYLON. NIDDAH *fol. 13. 2. Tradunt Rabbini noſtri* גרים והמשהקים חינוקות מעכבין את המשיח: *Proſelyti et Paederaſtae impediunt aduentum Meſſiae*: גרים ישראל כסנחת *Proſelyti ſunt ſicut ſcabies Iſraeli.* Gloſſa addit: *Ideo, quod non eſſent periti mandatorum, quodque inducerent uindictas, atque inſuper, quod forte eorum opera imitarentur Iſraelitae, quodque Iſraelitas ad idololatriam ſaepe numero ducerent.* Hic non circumcidebatur, nec ad δόγματα et ritus Hebraeorum obſeruandos adigebatur, adſtrictus tantum, ut ait GOODWINVS *in Moſ. et Aar. Libr. I. Cap. III. §. p. 61.* obſeruandis ſeptem *Noachidarum* praeceptis, e quibus ſex

ſex DEVS iam Adamo, ſeptimum uero *de abſtinentia membri uiui Gen. IX. 4.* Noachi memoria Patribus dederit, quae MAIMONID· *de Regib. Cap. IX·* ab initio memoriae prodita reliquit, et in פרקי אבות, fuſius recenſentur, על ששה דברים נצטוה אדם הראשון על עבודה זרה ועל ברכת השם ועל שפיכות דמים ועל גילוי עריות ועל הגזל ועל הדינים אעפ׳ שכולן הן קבלה בידיו ממשה רבינו והרעת נטה להן מכלל דברי תורה יראה שעל אלו נצטו׳ חוסיף לנח אבר מן החי שנ׳ אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו נמצ׳ ז׳ מצות וכן היה הדבר בכל העולם עד אברהם: *Homini primo ſex iniuncta ſunt praecepta, ſcilicet DE FVGIENDA IDOLOLATRIA, MALEDICTIONE NOMINIS, HOMICIDIO, TVRPITVDINIS REVELATIONE, RAPINA, IVDICIIS. Quamuis omnia haec, ceu a Moſe Magiſtro noſtro, in manus noſtras tradita, in quae potius quam reliqua lege contenta homines inclinare ſolent, uidetur illis praeceptum DE ABSTINENTIA MEMBRI VINI Noacho additum, ſicut extat, Gen. IX· 4.* Veruntamen carnem cum anima ſua, quae ſanguis eius, non comedetis. *Quomodo ſeptem numero praecepta ſunt, quae in toto mundo ad Abrahamum usque obtinebant. PROSELYTI PORTAE* non niſi tempore Iubilaei fuere recepti, cuius rei denuo MAIMONIDES eſt teſtis, cum *Hilc. de Idololatr. Cap. X. 6.* ait: אין מקבלין גר תושב אלא בזמן שהיובל נוהג אבל שלא בזמן היובל אין מקבלין אלא גר צדק בלבד: *Proſelyti domicilii non recipiuntur, niſi illo tempore, quo Iubilaea celebrantur. Quando autem non obſeruari ſolent, non niſi proſelytos iuſtitiae recipiunt.* GOODWINVS *l. c. p. 63.* Eunuchum Cornelium, et Act. II· 5. ἄνδρας ἐυλαβεῖς, *uiros pios ex omni gente ſub coelo*, inter domicilii proſelytos reduxit. Sed Hebraeorum Magiſtri cum MAIMONIDE ſentiunt longe aliter. Vid. R· SAL· BEN MELECH *ad Exod. XII. 44. 45.* et ELIAS LEVITA *in Thisbi uoc.* גר et alios Hebraeorum Magiſtros.

§. 8. II. In Hebraeorum uoluminibus frequens גרי צדק, PROSELYTORVM IVSTITIAE, iniicitur mentio, quales aliquan-

liquando κατ' ἐξοχὴν uocantur גרים, *peregrini*, uel peregre accurrentes, interdum בני ברית, *confoederati*, et item חניכי טבילה, *initiati per Baptiſmum*, nec non מטבלים, *baptizati*. Eiusmodi proſelyti, ex MAIMONIDIS ſententia, in Eccleſiae ſinum recipiebantur, ſi mares eſſent 1) במילה, CIRCVMCISIONE, ita tamen, ut Ethnicis, iam circumciſis, uetus modo uulnus fuerit reſauciatum. MAIMONID. *Hilc.* מילה *Cap. I. 7.* 2) בטבילה, BAPTISMO, quo publice coram tribus teſtibus aquae feruntur immerſi, ſine quo initiationis lauacro, ex Iudaeorum mente, nullus renuntiatus fuit proſelytus. MAIMONID. *Hilc.* אסורי ביאה, *Cap. XIII. 6. Proſelytus*, ait, *qui circumciſus quidem, at non baptizatus eſt, non eſt proſelytus, usque dum baptizetur.* 3.) בקרבן, OBLATIONE ſiue iumentorum, ſiue duorum turturum, ſiue duorum pullorum columbae, in holocauſtum. In initiandis tamen feminis ſuffecerit טבילה, *Baptiſmus*, et קרבן, *Oblatio.* Vid. DRVSIVS *de Trib. Sect. 2. p. 102.*

§. 9. De ſingulis audiamus MAIMONID. איסורי ביאה *Cap. III. ab initio:* כן לדורות כשרצה הגוי לכנס לברית ולהסתופף תחת כנפי השכינה ויקבל עליו עול תורה צריך מילה וטבילה וקרבן ואם נקבה היא טבילה וקרבן שב ככם כגר מח ואתם במילה וטבילה והרצאת קרבן אף הגר לדורות במילה וטבילה והרצאת קרבן; *Ita perpetuo habet, quando Gentilis foederi accedere, atque ſub alis Maieſtatis diuinae colligi, ſubi, atque iugum legis ſubire. Tenetur talis ad CIRCVMCISIONEM, IMMERSIONEM atque OBLATIONEM SACRIFICII. Si uero femina immergenda eſt, et tenetur ſacrificium adducere. Nam dictum:* Sicut uobis, ita proſelyto. *Quomodo uos*, (ſcilicet foederati facti eſtis) *CIRCVMCISIONE, IMMERSIONE et SACRIFICIO, ita quoque perpetuo proſelyti.* Idem *Hilc.* מילה, *Cap. I. 7.* גוי שנכנס לקהל ישראל חייב מילה תחלה ואם מל כשהיה גוי צריך ו, וטיפ ממנו דם ברית ביום השמיני שנתגיר: *Proſelytus, qui ſe coetui Iſraelitico addit, tenetur ad circumciſionem primo. Si uero in Gentiliſmo iam circumciſus fuerit, neceſſe eſt, ut* eliciatur ſanguis foederis

deris die octauo, *ex quo proselytus factus est.* Sacrificium itidem MAIMONIDES l. c. accuratius describit, cum concinne atque perspicue tradit: מהו קרבן הגר עולת בהמה אושתי תורים או שני בני יונה ושניהן עולה: *Quodnam proselyti sacrificium est? Holocaustum ex iumento, aut duo turtures, uel duo pulli columbini: Ambo autem in holocaustum.*

§. 10. Quanquam uero proselyti iustitiae ac foederis δόγματα et ritus Hebraeorum amplectebantur, praeceptis Mosis omnibus obseruandis adstricti, atque sic inter Israelitas referebantur, tamen a Consessu Sanhedrin remotos, et summis honorum fastigiis ineundis prohibitos legimus, quemadmodum MAIMONIDES nos plenius edocet, *Hilc.* מלכים, Cap. I. אין מעמידין מלך מקהל גרים אפילו אחר במה דורות עד שתהיה אמו מישראל שנ׳ לא תוכל לתת עליך איש נכרי אשר לא אחיך הוא ולא למלכות בלבד אלה לכל שררות שבישראל לא שר צבא לא שר חמשים או שר עשרת אפילו ממונה על אמת המים שמחלק ממנה לשרות ואין צריך לומר דיין או נשיא שלא יהא אלה מישראל שנ׳ מקרב אחיך תשים עליך מלך כל משימות שאתה משים לא יהו אלה מקרב אחיך: *Non constituitur rex ex coetu aduenarum, ne quidem post plurimas aetates, nisi mater eius ex Israele, quia scriptum est,* Deut. XVII. 15. Non poteris tibi uirum alienigenam, qui non sit frater tuus, praeficere. *Neque hoc de regno solum ualet, sed et omnibus aliis praefecturis, ueluti* (e proselytis) *non constituitur dux, non praefectus quinquaginta, neque decem, ne quidem praefectus fossae, ex qua in agros aqua ducitur. Nec necessarium est, dicere iudicem, aut principem* (ex iis non eligi) *qualis ex Israele, iuxta legem, ex medio fratrum tuorum constitues regem, omnes praefecturae tuae ex fratribus tuis erunt.* Reliquis uero priuilegiis proselyti iustitiae gaudebant, atque sic Hebraeos uel natiuitatis, ut ἑβραῖος ἐξ ἑβραίων, Phil. III. 5. uel adoptionis iure, ut גרי צדק, *proselyti iustitiae*, Israelitis adlectos fuisse, facilius intelliges, qua de re uide SELDENVM, SCHICKARDVM, SLEVOGTVM, alios de

iuribus Iſraelitarum et proſelytorum diſceptantes. LVDOVICVS de DIEV *in Appar. Not. ad Matth.* XXIII. *p. 538.* et DILHERRVS, *Elect. Libr.* I. *Cap.* VIII. *p. 54.* CHRISTVM *Matth.* XXIII. *15.* ad טבילת גרות, *Baptiſmum proſelytarum*, cum Phariſaeos arguit, *quod pererrent mare et aridam*, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον, reſpexiſſe, arbitrantur, quibus cum facit BVDDEVS et DANZIVS in allegata *Diſſertatione* §. *75. p. 25.* in primis cum AETHIOPS citata Matthaei uerba tranſtulerit: *Vt baptizetis unum peregrinum, et cum baptizatus fuerit, adaptatis eum magis, quam uos gehennae.* De proſelytis iuſtitiae, ex mente LIGHTFOOTI, *Hor. Hebr. ad Act.* XIII. *16.* loquitur Paullus, cum ille notanter ait: οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, illi timentes Deum, *id eſt proſelyti*, BEMIDBAR RABBA, *fol. 227. 2. Benedictus omnis*, QVI TIMET DOMINVM, *qui ambulat in ſemitis eius*, *Pſalm.* CXXVIII. *Non dicit:* Benedictus Iſrael, benedicti Sacerdotes, benedicti Leuitae, *ſed benedictus omnis*, QVI TIMET DOMINVM, אילו גרים שהם יראי ה׳ HI SVNT PROSELYTI, *qui ſunt* φοβούμενοι τὸν Θεόν. *Sicut dicitur de Iſraele:* Benedictus tu o Iſrael, *ſic etiam de iſtis dicitur:* Benedictus eſt omnis, qui timet Dominum. *Et de quonam Proſelyto dicitur:* Benedictus? *De proſelyto, qui eſt* PROSELYTVS IVSTITIAE. *Non ſicut Cuthaei iſti, de quibus dicitur:* Deum timuerunt, et Deos proprios coluerunt. Quod denique uocem Graecam attinet, non opus eſt, ut diu in etymum inquiramus, ſiquidem a πρὸς, *ad*, et ἐλεύθω, *uenio*, compoſitam eſſe, nemo ignorat. SVIDAS: Προσήλυτοι οἱ ἐξ ἐθνῶν προσεληθότες, καὶ κατὰ τοὺς θείους πολιτευόμενοι νόμους; Proſelyti, qui ex gentibus ad populum Iſrael adgregati, ſecundum leges diuinas uiuunt. Sed ſatis de Proſelytis.

§. 11. Praemiſſis igitur Proſelytorum inſtitutis, BAPTISMVM eorundem paullo ſollicitius ſumus expenſuri. Sicuti uero ex REFORMATIS complures antiquitatem eius defenſam eunt, quanquam GOODWINVS eundem l. c. p. 65. ſq. ritum inter Iudaeos diu multumque adhibitum, non uero ſacramentum adpellat, ex noſtratibus tamen pauciores inueneris, qui theſin hanc: BAPTISMVS PROSELYTORVM IVDAICVS E BAPTISMO ISRAELITARVM ORIGENARIORVM

ORVM V. T. DERIVANDVS EST, VT RIVVLVS E SVO FONTE, defendendam in ſe ſint ſuſcepturi. Poſſem tamen, niſi iuſtiſſimae rationes, quae mihi ſunt impedimento, ſilentium imponerent, quosdam excitare, qui, ueteres ISRAELITAS DEO per Baptiſmum INITIATOS ac mancipatos eſſe, POST EXITVM STATIM EX AEGYPTO, πὺξ καὶ λὰξ defendere, conantur. Interim oleum et operam non perdemus, ſi horum argumenta, quae non pauca ſunt, contemplatione attentiori expendamus, et in animo nobiſcum uerſemus. ARGVMENTVM PRIMVM ab VNANIMI IVDAEORVM CONSENSV, et baptizandi ritu, qui Iudaeos inter hodie in uſu eſt, deſumptum urget HOTTINGERVS ad GOODWIN. *l. c. p. 65. not. 11. Conſtat*, inquit, *gentem Iſraelïticam ex praeſcripto Dei uarios* βαπτισμοὺς *habuiſſe, Hebr.* IX. *10. quid obſtat, quo minus dicamus, obtinuiſſe etiam* βαπτισμὸν *in recipiendis proſelytis, quandoquidem eodem ritu Patres in foedus cooptati ſint, Moſe et Paullo teſtantibus. Vnanimis eſt Iudaeorum conſenſus, Saluatori placuit, Baptiſmum proſelytorum in Sacramentum Eccleſiae conuertere.*

§. 12. Teſtimonia, quae Hebraeorum ex Magiſtris ad tuendam hypotheſin adferunt, potiſſima collegit LIGHTFOOTVS l. c. Auctor רבות *in Geneſ.* §. *39. Qui ſit*, inquit, *ut Gen.* XII. *dicatur:* Et omnes animas, quas fecerant? *Dixit Rabbi Eliezer Zimrae filius:* Etiamſi congregentur omnes orbis incolae ad creandam uel muſcam unam, non poſſint in illam diffundere animam, et du dicis: Omnes animas, quas fecerant? *Sed enim hi ſunt proſelyti, quos fecerant. Si res ita ſe habet, cur dicitur fecerant? Nempe ut diſcas eum, qui accedit ad extraneum, et facit eum proſelytum, perinde eſſe, ac ſi crearet eum, dum* הכניסם תחת כנפי השכינה, CONGREGAT EOS SVB ALIS DIVINITATIS, de qua formula a CHRISTO adhibita uid. *Matth.* XXIII. 37. et IACOB. CAPPELLVM ad h. l. כשירצה הגוי לכנס בברית ולהסתופף תחת כנפי השכינה ולקבל עליו עול תורה צריך מילה וטבילה ודם של קרבן ואם נקבה היא טבילה וקרבן וקרבן הוא עולת בהמה או שתי תורים

תורים או שני בני יונה ובזמן הזה שאין לנו קרבן צריך מילה
וטבילה וכשיבנה בית המקדש יביא קרבנו וגר איו גר עד
שימול וטבול וצריך שיטבול בפני שלשה וגר שבא להתגייר
אומרים לו מה ראית שבאת להתגייר אי אתה יודע שישראל
בזמן הזה דווים וסחופים וטטורפים כספינה המטור פת בים
אם אומר יודע אני שכן הוא ואיני כדיי מקבלין אותו מיד
ומודיעים אותו מקצת מצות קלות ומקצת מצות חמורות
ומודיעין אותו עון לקט כחה ופאה ומעשר עני ועונשין של
מצות ואומרים לו בטרם אתא באת לתורה אכלת חלב
ועתה אם כן תעשה תענש כרת חללת שבת ועתה אם כן
תעשה תשכל גם אומרים לו שהעולם הבא מוכן לצדיקים
חשומרים חמצות חתורה ומה שתראת ישראל בצער בעולם
הזה טובה צפונה להם שאינם יכולים לקבל רוב חטובת
בעולם חזת עם אומות העולם שמא ירום לבבם ויחטאו
ויפסדו שכר עולם חבא כענין שנ" וישמן ישורון ויבעט
אומרין לו מקצת עונשין כדי שלא יאמר אחר כך אם
חייתי יודע כן שתורתכם חיא כך קשה וחמורה לא חייתי
מתגייר גם מזכירין לו העונשים חאלה המודים מפני שהוא
טוב לישראל שלא יתגיירו מן גויים ומן אומות העולם רבים
גרים כי קשים גרום לישראל לפי שאין בקיאין ברקדוקי מצות
ולומדים ישראל ממעשהם צא ולמד מה אירע במדבר במעשת
העגל ובקברות התאוה אם יקבל אחר כך עליו לחתגייר אין
משהין את המצאת אלה מוהלין אותו מיד ומשהין אותו עד
שתרפא רפואה שלמה קודם שטבלוהו מפני הסכנה ונתרפא
אותו ואז חוא כישראל לכל דבר: *Inauguratio apud nos fit per haec tria*, per circumcisionem, baptismum et oblationem *inmenti puri, aut columbarum duarum. Oblatio tamen hodie differtur usque ad exstructionem templi. Et cum Gentilis uenit, et petit, in nostrum*

noſtrum tranſire conſortium, monendus eſt prius noſtrarum miſeriarum. Deinde praedicenda ſunt ei quaedam ex grauibus mandatis, et quaedam ex leuibus, item quod non liceat ueſci adipe, uiolare ſabbatum, citra uitae diſcrimen etc. Sed interim quoque illi eſt dicendum, quod futurum ſeculum ſit paratum iuſtis et obſeruatoribus praeceptorum Dei, et quod Deus ſuos in hoc ſeculo permittat tribulari, ne corde efferantur, et amittant gaudia futuri ſeculi. Proponendae quoque ſunt illi quaedam poenae, ne poſtea conqueri poſſit, et dicere: Si haec ſciuiſſem, legi ueſtrae me non ſubieciſſem. *Et certe bonum eſſet nobis, ſi per talia deterrerentur, ne cogeremur, tot ſuſcipere proſelytos, qui nobis plurimum obſunt. Nam cum non ſint exercitati in cerimoniis noſtris, ſeducunt Iſraelitas operibus ſuis, id quod aduertere poteris in uitulo, et ſepulchris concupiſcentiae. Si poſt haec omnia in ſuo propoſito perſeuerauerit, circumcidant eum ſine mora, deinde interpoſita mora ſanetur, et perfecte ſanatum* baptizent in aqua, et *tunc in omnibus erit, ut alius Iſraelita.* Lectio haec per antiqua ritus in recipiendis iuſtitiae proſelytis uſurpatos plenius tradit, contra proſelytorum domicilii non tam frequens iniicitur mentio, ſiquidem hi contra Maiorum inſtituta, et contradicentibus Hebraeorum legibus, ſaltim a Magiſtratu, auaritiae cauſſa, tolerabantur, quemadmodum inter homines contingere ſolet. BABYL· CHETVBHOTH *fol. 11. 1. Dicit R· Honna, proſelytum paruulum baptizant ex praeſcripto conſeſſus,* מאי קמ"ל, *unde hoc adſtruitur?* חוא לן רחובות, *ex hoc, quod Baptiſmus ei cedat in priuilegium,* וזכין לאר שלא בפניו, *et priuilegio donant etiam abſentem.* IEVAMOTH, *fol. 46. 2.* אין מטבילין גר בלילה, *non baptizant proſelytum noctu - non baptizant proſelytum ſabbatho, nec die feſto, nec noctu.* גר צריך שלושה, *proſelytus opus habet* TRIVMVIRATV, id eſt, tribus teſtibus, qui erant ordinarie ſeniores ex Sanhedrin inferioribus, uel diſcipuli ſapientum. *Conualeſcentem a uulnere circumciſionis adducunt ad Baptiſmum, collocatumque in aqua rurſus edocent, de grauioribus quibusdam, quibusdamque leuioribus mandatis legis:* טבל ועלה הנה הוא כישראל לכל דברין *Immergit ſe, et adſcendit, et ecce ſit ille ſicut Iſraelita quoad omnia. Feminam feminae ſiſtunt in aquis, collo tenus, duoque diſcipuli*

ſcipuli ſapientum ab extra ſtantes, edocent eam de quibusdam, leuioribus praeceptis legis, quibusdamque grauioribus, dum ea interea ſtat in aquis ואחר כך טובלת בפנים: *et tum immergit ea ſeipſam, atque illi auerſa facie exeunt, dum ea aſcendit ex aqua.*

§. 13. MAIMONIDES, praeter locos ante citatos, multus eſt his in ritibus deſcribendis, *Mikuaoth Cap. 1. et 4. Omnis* טובל, *baptizatus, neceſſe habuit, ut totum corpus ſuum intingeret, iam nudatum, merſione una.* Idem in *Iſſur. Biah. Cap.* XIV. *Ethnicus, qui fit proſelytus, et ſeruus, qui eſt manumiſſus, ecce ille eſt ſicut paruulus iam natus* וכל שאר בשר, *et omnes cognati, quos habuit, cum eſſet Ethnicus, aut ſeruus, non iam ſunt eius cognati.* Tanch. fol. 8. 1. *Dicit Rabbi Simeon ben Lachiſch, dilectus eſt proſelytus coram ſancto benedicto magis, quam iſta turba, quae ſtetit ante montem Sinai. Nam illi niſi uidiſſent tonitrua et flammas, et fulgura, et montes trementes, et uocem tubarum, non excepiſſent legem. At proſelytus non uidit quicquam horum, et tamen uenit, et deuouet ſeipſum Sancto bened. et ſuſcepit in ſe regnum coelorum.* Babylon. Schabbath, fol. 31. 1. *Accedit quidam Ethnicus, ad Hillelem magnum, dicitque:* גיירוני עמ' שתלמדני ושטבלני, *proſelytum me fac, ut me doceas, et baptizes me.* Babylon. Peſachin, Cap. 8. *Lugens aut ſe, et comedit Paſcha ſuum ueſpere. Proſelytus, qui proſelytus fit ueſpere Paſchatis, ſchola Schammaeana dicit: Baptizetur et comedat Paſcha ſuum ueſpere; Hilleliana dicit: Qui ſeparat ſe a praeputio, eſt ac ſi ſeparet ſe a ſepulchro.* Hieroſol. Peſachin fol. 36. 2. אספרוטות היו בירוש' *Milites erant Hieroſolymis, qui ſe baptizarunt, et comederunt Paſchata ſua.* Plura hanc in rem addere, ſuperuacaneum duximus. Quanquam uero Baptiſmus Iſraelitarum, qui initiationis ſacramenti rationem ac indolem debuit habuiſſe, inter fabulas merito referendus uidetur, Baptiſma tamen Proſelytorum apud Iudaeos ſaltim poſteriores receptum, et aetate CHRISTI in conſuetudinem ire potuiſſe, minus ambiget, cui lotiones et ſuperſtitiones Phariſaeorum ante oculos obuerſantur. Vt igitur haec controuerſia paullo impeditior, et uexatiſſima, eo facilius poſſit dirimi, omnes ablutionum Iudaicarum ſpecies iuſto ordine oculis ſubiiciamus.

§. 14.

§. 14. Lotiones Hebraeorum commode poterant diſpeſci in *ordinarias* et *ciuiles*, maxime *ſacras*, ſiue eccleſiaſticas. Ordinarias poſtulabat externa morum honeſtas, dum munditiam corporis nimis exquiſitam adhibebant Iudaei, quanquam ad ſedandam caloris, foetorisque nimio excitati aeſtu moleſtiam, frequentem balneorum uſum repeterent. Hanc die Sabbatho interdictam ferunt Hebraei. *Hieroſol. Schabb. fol. 6. 1.* Lauantibus in thermis Sabbatho: אסרו להן רחיצת והתירו להן זיעה *Ligant lotionem, ſoluunt ſudationem*, id eſt, interdicunt balneum, et ſoluunt ſudarium. Sed enim externae corporis lotiones, quas praeſcribebant mores, hic non ueniunt in controuerſiam.

§. 15. Ciuiles ablutiones inſtitutis Maiorum et traditionibus innitebantur, quas, cum formulis quibusdam SCRIPTVRAE lucem omnino inferant, paullo intentius ſpectandas puto. 1.) ante menſam ſumendis cibis ablutionem praemittebant, cauentes, ne illotis quis manibus, χερσὶν ἀνίπτοις, caperet cibum. Sic enim lex Iudaeorum praecipit, *Hile.* חגיגה, *Cap.* II. *5.* נוטלים לידים לחולין *Aqua manibus affundenda, quando cibus profanus comeditur.* Haec enim lotionis ſpecies, cum propter precationem המוציא praemiſſa uidetur, ad lotiones ſacras referri poteſt. *Schulchan Aruch ex Ord. Orach Chaiim conſt. de lot. man.* בשיבא לאכול פת שמברכים עליו המוציא יטול ידיו אפילו אינו יודע להם שום טומאה ויברך על נטילת ידים אבל לפת שאין מברכים עליו המוציא כגון לחמניות דקות או פת הבאה בכסנין ואינו קובע סעודתו עליהם אין צריך נטילת ידים: *Qui cibum comedere uult, cuius gratia dicenda eſt precatio* המוציא, qui educis etc, *ille manibus aquam affundet, licet nullius immunditiei ſibi conſcius fuerit, ſimul benedictionem in aqua manibus affundenda ſolitam dicet. Hoc autem non neceſſarium, ſi propter cibum illum memorata precatio non recitanda eſt, ueluti ſi fuerint cruſtulae tenues, aut placentulae toſtae, quae coenam non conſtituunt.* Oratio, quam loturi recitaſſe feruntur, haec

haec eſt: ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים: *Benedictus ſis, Domine Deus noſter, rex mundi, qui ſanctificaſti nos praeceptis tuis, atque aquam manibus noſtris affundendam iniunxiſti.* Vid. LIGHTFOOTI *Hor. Hebraic. ad Marc.* VII. *2. p. m. 618.* et ea, quae ad *Matth. XV. 2.* adiecimus. HOTTINGERVS ad GOODWIN. *Moſ. et Aar. Libr. I. Cap. X. p. 186.* addit, χειρολουσίαν leuiſſimis de cauſſis multoties de die repetitam eſſe, aqua uero deſtitutos analogum quid ſubſtituiſſe, אם אין לומים יקנח ידיו בצרור או בעפר ויברך על נקיות ידים: *Cui deeſt aqua, ille tenetur manus ſuas lapillis, aut puluere abſtergere, atque propter puritatem manuum preces fundere.*

§. 16. Lotiones in foro non infrequentes erant. Sic dedit MAIMONIDES pagina ſequenti apud HOTTINGERVM Hilc. רוצח ושמירת נפש, Cap. IX. legem de lotione proximae urbis Senioribus in ignoti homicidii cauſſa mandata, *Deut.* XXI. *6.* Iudices enim ſententiam laturi lauabant manus in innocentiae ſignum: בית דין של אותה העיר עם כל זקניה אפילו הן מאה כולן רוחצין את ידיהן שם במקום עריפתה של עגלה ואומרים שם בתוך הנחל בלשון הקודש ידינו לא שפכה את הדם הזה ועינינו לא ראו: *Conſeſſus iudicialis ciuitatis* (prope quam interfectus reperiebatur) *una cum omnibus ſenioribus, ſi uel centum fuerint, manus ſuas lauat illo in loco, ubi uitula deceruicatur, atque ibidem, intra fluuium, lingua Hebraica confitetur, in ſequentem modum.* NEQVE MANVS NOSTRAE SANGVINEM HVNC EFFVDERVNT, NEQVE ETIAM OCVLI VIDERVNT. Ex eodem argumento Pilatus, CHRISTVM in hoſtium manus traditurus, lauit manus, *Matth.* XXVII. *24.* Λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου; *Sumens aquam lauit manus coram turba, dicens:* Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου. *Innocens ſum a ſanguine iuſti huius.* Vid. IOSEPH. *Origin.* XII. *Cap. 2.* GROTIVS perbelle: Moris antiqui fuit, ut iudices ex legibus aliquem damna-

damnaturi manibus ad ſolem eleuatis teſtarentur ἀθῶοι ὑπάρχειν τοῦ ἄιματος τοῦ ἀνθρώπου, *inſontes ſe eſſe circa ſanguinem hominis illius*, ut uidere eſt in libro ſatis antiquo, cui titulus eſt: *Conſtitutionum Apoſtolicarum* CLEMENTIS, *Libr.* II. *52.* PHILONI, *tertio de uita Moſis:* λουτῆς σύμβολον ἀνυπαιτίου ζωῆς, *lauacrum ſymbolum uitae inſontis.* Iudaeis mos uetus etiam nunc manet a funere uenientibus manus lauandi, quo teſtantur ſe cauſſam morti non praebuiſſe, et omnia miniſtraſſe neceſſaria. Mortuum uero calida ſtudioſe abluunt ſtolidi Iudaei, ut purus et mundus ſit, peccatorum rationem redditurus, quemadmodum Liber מנהגים, ſiue *Rituale*, Cap. ult. ſuperſtitionem hanc memoriae proditam reliquit: Man iſt das מת, (todte) מטהר, ſaubernd. Dieweil er ſol דין, Rechenſchafft, geben, vor dem בוא, Schöpffer, daß er ſol geſaubert ſeyn. Vid. MARTINI GEIERI *Lib. de Luctu Hebraeorum, Cap. V. §. 7. p.m. 43.*

§. 17. ABLVTIONES praeſertim PRECIBVS ſunt PRAEMISSAE, et item SACRIFICIIS, nec non ALIIS ACTIONIBVS SACRIS, cuius rei teſtes habemus quam plurimos. *Pſalm.* XXVI. 6. inquit Dauid: ארחץ בנקיון כפי ואסובבה את מזבחך יהוה: *Lauabo, in innocentia, manus meas, et circumdabo contrito corde tuum altare, Iehoua. Pſalm.* LXXIII. *13.* eadem occurrit phraſis: ארחץ בנקיון כפי *Lauo in innocentia manus meas.* POCOCKIVS *in Notis Miſcell. Cap. IX. p. 388.* adlegat decretum, a Maioribus Iudaeis fixum, *quo manus quisque, quam primum e lecto mane ſurrexerit, aqua purgare debeat, quo lectionem* שמעה, SCHEMAAH *quam uocant, rite peragat, et oraturus purum ſe Deo ſiſtat: Neque enim exiſtimant,* טהור, *mundum, ſeu purum audire hominem, antequam* שיביא ידיו במים, *manus aqua perfuderit.* His annectit SPENCERVS, *Libr. de Legib. Hebraeor. Ritual. III. Sect. II. p. m. 1016. Conſentanea ſunt illa Poetae apud* CLEMENTEM ALEXANDRIN. *in* προτρεπ. *p. 46. per antiqui mores Hebraeorum referentis:*

Ἀλλὰ γὰρ ἄιρουσιν πρὸς οὐρανον ὠλένας ἁγνὰς,
ὄρθριοι ἐξ εὐνῆς, ἀεὶ χρόα ἁγνίζοντες
ὕδασι, --- --- ---

At contra puras tollunt ad ſidera palmas,
Mane, ubi de lecto ueniunt, ſe uirgine lympha
Semper mundantes, — — —

Hunc Hebraeorum morem ante oculos forſan habuit *1. Tim. II. 8.* Apoſtolus, cum dixit: *Volo ergo, orare uiros in omni loco, leuantes ὁσίους χεῖρας*, PVRAS MANVS. Eo etiam ſpectare uidentur PHILONIS illa *Libr. de Φιλανθρωπ, p. m. 698.* καὶ τὰς καθαρὰς, ᾗ ὡς ἂν εἴποι τις τροπικώτερον, παρθένους χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας; *Et leuatis ad coelum puris et uirgineis (ut ita loquar) manibus, ſic precatus eſt etc.* Sed, miſſis coniecturis, certum eſt, Iudaeos, precandi cauſſa Synagogas ingreſſuros, manus hodieque lauare, conſuetudine procul dubio a Maioribus introducta, quae ad haec usque tempora ptomanauit. Vid. LEO MOD. *de Iud. Ritib. P. I. Cap. XI. §. 2.* Additur teſtimonium, quod habet ARISTEAS, *Hiſtor. LXXII. p. 890.* Ἔθος ἐστὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις ἀπονιψαμένοις τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας, ὡς ἂν ἤυξαντο πρὸς τὸν θεόν; *Moris eſt omnibus Iudaeis, manus aqua marina lauare, quoties Deum precibus uenerantur.* De eiusmodi lotione ſacris praemiſſa Iudaei uerba Pſ. CXXXIV. 2. ELEVATE MANVS VESTRAS בקדש, *et laudate Dominum*, interpretantur. Vnde ablutio haec קדוש, SANCTIFICATIO, dicebatur, dum in ipſo lauandi ritu recitabant precationem uſu receptam: ברוך אתה יי" אלהנו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים אל היכל לעודה עבודה: *Benedictus ſis, Domine, Deus noſter, rex ſeculi, qui ſanctificaſti nos praeceptis tuis, atque aquam manibus noſtris affundendam iniunxiſti, ad miniſterium in templo peragendum.* Quo etiam uerba TALMVDIS referenda ſunt, *Iom. Cap. III. §. 3.* אין אל היכל לעודה עבודה אפי' טהור עד שיטבול: *Nemo atrium intrabat ad miniſterium peragendum, tametſi mundus, priusquam lauerat.* Vide praeter auctores iam citatos SCHERING. *in Cod. Iom. C. III. p. 47.* et COCCEIVM *in Sanhedrin, Iom. l. c.* de בית הטבלה, DOMO LOTIONIS, praeclare differentes. PHILO conſuetudinem hanc perſtringit, cum notanter ait: Εὐηθὲς εἰς μὲν τὰ ἱερὰ μὴ ἐξεῖναι βαδίζειν, ὃς ἂν μὴ

μὴ πρότερον λουσάμενος φαιδρύνεται τὸ σῶμα, εὔχεσθαι δὲ καὶ θύειν ἐπιχειρεῖν ἐπὶ κεκηλιδωμένῃ καὶ πεφυρμένῃ διανοίᾳ. *Stultum eſt, exiſtimare ſacras aedes ingredi non licere, niſi prius laueris, ut uiteat corpus; Precari uero et ſacrificare, maculato licet et inquinato animo, nihil cunctari.*

§. 18. Diſcrimen inter νίπτεσθαι Marc. VII. 3. et βαπτίζεσθαι u. 4. quaerunt interpretes, ſiquidem prius, ex mente HOTTINGERI l. c. debet reſpicere ad נטילת ידים, qua manibus aquam affundunt, poſterius ad טבילת ידים, qua manus ingenti aquarum copia immergunt. Quem in finem citatur *Tract.* חגיגה, *Cap. II. 5.* נוטלין לידים לחולין ולמעשר ולתרומה ולקדש מטבילין: *Quando cibum communem, aut decimas, uel Trumam comedunt, aquam manibus affundunt, ſed pro re ſancta immergunt:* Et gloſſa Bartenoriana: לאכל שלמים וחטאת ואשם יש מעלה יתירה שצריך להטביל את הידים בארבעים סאה: *Quando comedunt de ſacrificiis pacalibus, aut pro peccato, uel pro reatu. Eſt gradus maior,* (immerſio, quam affuſio) *nam manus intingendae copiae aquarum, quae XL. ſatorum eſt.* Vnum autem ſatum continet tantum, quantum 144. oua, Minor longe menſura ad effuſionem, de qua *Schulch. Ar. ex Ord. Orach. Chaim:* צריך שיחא במים רביעית *Neceſſe eſt, ut peragatur in quartario aquae, qui unius oui et dimidii.* Mos ille, ut exiſtimat SPENCERVS *l. c. p. 2024.* lucis aliquid affundit S. PAVLI uerbis, *Act. XXIV. 17. 18. Poſt annos autem plures, eleemoſynas facturus in gentem meam, ueni Hieroſolymam, unde Iudaei quidem me purificatum in templo inuenerunt.*

§. 19. Mos inter Ethnicos non erat infrequens. Sic enim SCHOLIASTES SOPHOCLIS *in Aiace maſtigophoro* neſuoſe admodum: ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὅτε ἢ φόνον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας εἰς κάθαρσιν μιάσματος: *Erat antiquorum mos, qui nunc etiam ſeruatur, ut qui caedem hominum, uel aliorum animalium commiſiſſent, aqua manus abluerent, ad commiſſi piaculi luſtrationem.* Ex mente RHODIGINI χίρνιψ ad manus, περίῤῥανσις, ad totum corpus purificandum pertinuit. In templorum portis erant περιῤῥαντήρια et λοῦτρα, e

quibus, uti DIETERICVS *in Antiquit. Biblic. p. m. 342.* perbelle notat, *qui templum egrediebantur, ſeſe aſpergebant ipſi, aut a ſacrificulis aſpergebantur, ut puri caſtique Deos accederent.* CHRYSOSTOMVS eundem morem in Chriſtianis notauit, *Homil. VI. in 2. Epiſtol. ad Timotheum: Aſſuefecimus*, inquit, *nos lauare, et orare, et, quaſi id non liceat illotis manibus facere, non libenter oramus, niſi ante lauerimus: proinde ac Deum offenſuri, uiolaturique conſcientiae bonum, niſi ita faciamus.* Idem tradit *Homil. LII. in Matthaeum: In nonnullis enim iam Eccleſiis hunc morem, ut diligenter multi ſtudeant, quomodo manibus lotis, candidis induti veſtimentis, in Eccleſiam ingrediantur.* Apud Muhammedanos ille lotionis ritus nondum exoleuit, quod teſtatur *Auctor Elenchi τῶν Ισμαηλιτῶν*, qui in Saracenicis, quae Sylburgii opera ex Bibliotheca Palatina prodiere, extat, p. 29. uti laudatus DIETERICVS non inerudite ſubmonet: *κελέυει τοὺς εἰς ἐυχὴν ἐρχομένους, καθαρίζειν ἑαυτούς. Ὕδατι μὲν, εἰ πάρεστιν, εἰ δὲ ἄπεστι, χώματι; Iubet ad preces acceſſuros, ut ſe purificent, et quidem aqua, ſi adfuerit, ſin minus, arena*, uel rectius fortean, aliis liquoribus, aut *lapidibus.* Vid. Salom. Schweigger, *Itiner. Libr. II. p. 184.* Huc etiam retulit DIETERICVS ritum Turcarum excalceandi pedes, ante ingreſſum templi, a Iudaeis acceptum. Argumentum ab ipſo Iudaeorum uſu petitum, magnam, quod ingenue fateor, ſpeciem prae ſe ferre uidetur, maxime ubi hodie Baptiſmum ex Iudaeorum ſynagogis nondum uidemus reiectum. Diſſentientes proinde urgent tritiſſimam illam Talmudiſtarum formulam קדש ידים ורגלים, *ſanctificationem*, ſiue conſecrationem, *manuum, pedumue. Hilc. Ioma Cap. III.* et MAIMONID. *Hilc. Biath Hammikd. Cap. V. §. 1. ſqq.* item *Iom Hakkippurim, Cap. II. §. 2. Thorath Cohanim ad Leu. XVI. f. 41. col. 4. Cap. VI. §. 3.* His addunt ex TALMVDE *Hilc. Ieuammoth, f. 46. a. b.* prolixam de Baptiſmate Proſelytorum diſceptationem, a R. Elieſer Hircani filio, et R. Ioſua Chananiae motam, qui non multo fuerint Iohanne Baptiſta iuniores, et de Baptiſmo agant, tanquam ritu dudum inter ſuos recepto. Iſte enim in matrimonio habuiſſe creditur Rabban Gamalielis Iabnenſis ſororem, *Praef. in Pircke Elieſer Edit. Ven.* qui uaſtationi templi ſuperfuerit. Hic Traiano charus, filius Chananiae, qui, ſtante templo, ſacras in

eo

eo obierit functiones, Vid. DAV. GANZ *in Zemach. Dauid. ad A. M. 4833. f. 27. b. et* MAIMONID. *Praef. in Seraim, Cap. VI.*

§. 20. Ad hanc argumentorum multitudinem respondebimus breuiter. Baptismus Proselytorum Iudaicus, memoria Talmudistarum usu receptus, nullam mihi dubitationem iniicit. Largimur et illud, quod initiationis fuerit ritus apud Iudaeos, traditionum defensores acerrimos, quin immo, si quis, Iudaeos Maiorum lotiones et purificationes, a Mose praescriptas, uariis additamentis auctas in Baptismum et lustrationis cerimoniam commutasse Pharisaicam, statuat, nos non habebit repugnantes. Sed enim Israelitis Baptismum quendam initiationis et sacramenti naturam atque rationem subiisse, Baptismum Proselytorum ex illo, ceu riuulum e suo fonte, transsumptum, Seruatorem denique Baptisma exinde instituisse, negamus ac pernegamus. Lotiones erant uel Mosaicae, quarum fit mentio in SCRIPTVRIS, uel Pharisaicae proprii ῥυρήματος, maiorum innixae traditionibus. Ad has, non ad illas Baptismum Proselytorum puto referendum, siquidem SCRIPTVRA V. I. Israelitas per Baptismi lauacrum Deo initiatos, collectosque esse, nullibi tradit, quemadmodum paginae mox subsecuturae satis clare testificabuntur.

§. 21. Alterum, quo dissentientes pugnant, argumentum est sequentis tenoris: PSALTES, ISRAELITAS DEO PER BAPTISMVM INITIATOS AC MANCIPATOS, AIT, POSTQVAM EGRESSI FVERANT EX AEGYPTO, *Psalm. CXIV. 1. 2.* OB EMPHASIM VOCIS קדשו, siquidem קדש CONSECRATIONEM INFERT, CORPORE VEL SVBIECTO CONSECRANDO AQVIS LVSTRATO, unde lustratio haec קדש, *sanctificatio*, uel consecratio manuum et pedum dicta. At enimuero respondemus: 1) Non Entis nullae dantur affectiones, quid ergo de circumstantiis Baptismi, nempe hic de circumstantia temporis disputant dissentientes, cum existentia Baptismatis huius, memoria Israelitarum neutiquam usu recepti, nondum sit euicta. Antequam τὸ δὶ ὅτι examinemus, de τῷ ὅτι, sicut est apud Philosophos, disquirendum est.

Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. 2.) Verbum קדש poterat ſpectari a) κατὰ τὸ ῥητὸν, *grammatice* et *etymologice*, extra contextum, ubi, quod recte fuit adnotatum a diſſentiente, denotat in genere *ſeparationem* ab actione, uſu, uel ſtatu communi ac promiſcuo, et *mancipationem* ad functionem, uſum uel ſtatum peculiarem, quicunque tandem ille fuerit, praecipue tamen ad uſum diuinum. Hac de cauſſa bene infert SCHINDLER· *Lexic. Pentagl. p. 1589.* קדש, *ab uſu communi ad diuinum ſeparatus, conſecratus fuit.* β) *hermeneutice, intra contextum*, κατὰ τὴν διάνοιαν ſcribentis, ubi propter circumſtantias textus et συνάφειαν uarias admittit ſignificationes, u. e. *dedicauit, deſtinauit, ſeparando conſtituit. Gen. II. Benedixit Deus diei ſeptimo*, ויקדש et *ſanctificauit eum*, id eſt, dedicauit, deſtinauit ad cultum diuinum, ſeparando ab uſu communi conſtituit ſanctum. *Exod. XIII· 1.* קדש, *ſanctifica mihi omne primogenitum*; item SANCTVM ADPELLAVIT· *Eſ. VIII. Dominum Zebaoth ipſum* תקדישו, *ſanctificabitis*, TARGVM תאמרו קדיש, *dicetis ſanctum*, ubi Coniugatio Hiphil ſignificationem habet declaratiuam et forenſem, Graeci adpellitant διαγορευτικῶς.

§. 22. Denotat quoque קדש *parare, praeparare, decernere, indicere, inſtruere*, quando ſumitur de coetu, ieiunio, bello, caede, SCHINDLER· *Lexic. Pentagl. p. 1591. Exod. XIX.* קדש, *ſanctifica populum*, TARGVM זמן, *praepara*, ibidem וקדשתם, *et ſanctificabis eos hodie et cras*, TARGVM ותזמנן, *et praeparabis eos.* De *deſponſatione* mulieris uox קדושין adhibetur, ipſaque uocatur מקדשת, MAIMONID· *Hilc.* אישות *Cap. I. §. 2, 3.* quod per eam a conſuetudine omnium totius mundi uirorum excludatur, ei ſoli mancipata, cui dicitur deſponſata, *Hilc.* קדוש *f. 2. b. 3. 4. etc.* Eodem ualore Sacerdotes dicuntur מקודשים, quia functionibus mundanis ſeparati, omnem operam ſuam Deo mancipant, *Ezech. XLVIII. 11. 2. Chron. XXVI· 18. Exod. XXVIII· 3. 41. XXX. 1. Leu. VIII· 30. 1. Sam. VII· 1.* eiusque cultui uaſa quoque recenſentur conſecrari, *Exod. XXIX· 36· 37. 44. XXX· 29. XL· 9. 10. 11. 2. Chron. XXIX· 19.* ad quem locum confer *Hilc. Anod. Sara, f. 54. b. l. 2 4.* quorum uſus a re quacunque profana excluditur, diuinis unice mancipatus functionibus. Milites conſcripti *Ieſ.*

XIII·

XIII. 3. Ier. LI. 27. hac uoce ueniunt, quod ab aliis occupationibus ſeparati, ſolis uacare debebant negotiis militaribus. Quin uile ſcortum utriusque ſexus קדש dicitur, atque קדשה, *Deut. XXIII. 18. 1. Reg. XIV. 24. XV. 12. XXII. 47. Gen. XXXVIII. 21. 22. Deuter. XXIII. 18. Hoſ. IV. 14. Vid. Ab. Eſr. ad Deut. XXIII. 17.* non tam per Antiphraſin, quod minime ſancti ſint, quam quod ab omni honeſtate ſeparati, libidinoſis ſe manciparint uoluptatibus. Quos *κεχωρισμένους* uocarat THEODOTION, Hoſ. IV. 14. eosdem HIERONYMVS putat Sacerdotes Priapo mancipatos: SPENCERVS de *Legib. Hebr. Ritual. Libr. II. Cap. 23. p. 410.* fornicatione Daemonum myſteriis initiatos, per uoces ſuperius dictas intelligit. Hactenus non incrudite diſceptant BVDDEVS et DANZIVS l.c. p. 7. 8.

§. 23. Talmudice ſigillatim קדש denotat *deſponſare*, unde erant קדושין, *ſponſalia*, קידש, קדוש et קדשה *conſecratio*, ſiue *ſanctificatio* ciborum et aliarum rerum. Sigillatim hoc nomine ueniunt formulae, quibus utebantur in benedictione ciborum, aliisque actibus ſuſcipiendis, et ipſae actiones u. c. : ברוך אתה יי׳ אלהינו עלך העולם בורא פרי הגפן *Benedictus ſis tu Domine, Deus noſter, rex mundi, qui creas fructum uitis.* Hanc benedictionem uocitant ברכת היין, *benedictionem uini*, קדוש היין, *ſanctificationem uini.* Sic formula in conſecratione panis recepta : ברוך אתה י״י אלהינו מלך העולם המוציא לחם מן הארץ: *Benedictus tu Domine, Deus noſter, rex mundi, qui profers panem ex terra, uocatur* ברכת הלחם, *benedictio panis*, קדוש הלחם, *conſecratio panis.* Idem eſto iudicium de oratione המוציא, de qua piam dictum eſt, quam loturi dicunt : ברוך אתה י״י אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים : *Benedictus ſis, Domine, Deus noſter, rex mundi, qui ſanctificaſti nos praeceptis tuis, atque aquam manibus noſtris affundendam iniunxiſti*, quam conſecrationem קדוש ידים ורגלים, *ſanctificationem manuum, pedumue* nominant. *Hilc. Joma Cap. III. theſ. 2. 3. 4. 6. 10.* ad quam conf. *Shering. it. l. c. Cap. V. th. 5. VI. th. 3. 4. Maimonid. Hilc. Biath. Hammikd. V. §. 1. ſqq.* it. *Iom Hakkippurim, Cap. II. §. 2. Thorath Cohanim ad Leu. XVI. f. 41. Col. 4. Cap. 6. §. 3.* Atque ſic קדוש neutiquam denotat luſtrationem per aquam, ſed

ſed precationem et conſecrationem, quod in eiusmodi formulis tantum non ſemper occurreret uocabulum קרשנו, *ſanctifica-ſti* nos, et quanquam intra contextum cum addito ידים ורגלים, manuum pedumue, lauandi ſignificatum inferat ſaltim ἐπομένως, *conſecutiue*, uerbum tamen קרש hanc ob cauſam minime ſignificat *luſtrare*, *initiare per lauacrum*, *baptizare*, et quis, Talmudiſtarum ſignificationem iam tempore Dauidis uoci קרש inſitam fuiſſe, crederet, ſiquidem plurimi ſignificatus per Maiorum traditiones, maxime a Phariſaeis, acceſſerunt. Quemadmodum צדקה Prophetarum memoria nunquam connotauit eleemoſynas, qui uoci ſenſus demum accreuit, cum ſuperſtitiones increſcerent Phariſaicae, et Iudaei ſuis operibus iuſtitiam quaererent : Ita nec olim, cum Dauid commoraretur inter uiuos, קרש deſignauit Baptiſmatis ritum, qui, recentioris aetatis, ex maiorum traditionibus a Phariſaeis et Scribis inuentus eſſe, recte creditur.

§. 24. Tertio acerrimi Baptiſmatis Iſraelitarum defenſores obiiciunt : Ezechiel tempus lauacri ſalutaris, *Cap. XVI. 9.* per quod Deo fuerint mancipati, *Cap. XX. 12.* ac in foedus recepti, *Cap. XVI. 8.* ad commorationem in deſerto reiicit, exitum ex Aegypto ſecutam, *Cap. XX. 10.* ſqq. Reſpondemus, Ezechielis uerba *Cap. XVI. 8. ſqq.* minime Iſraelitarum Baptiſmum initiationis ſacramentum inferunt, uerum perbelle gratiae actus diuinae tradunt, u. 9. וארחצך במים ואשטף דמיך מעליך *et laui te aqua, et ſanguinem tuum ſuper te*, en regenerationem et peccatorum remiſſionem, quae συμβολικῶς, metaphora ab aquis deſumpta, deſcribitur ; ואסכך בשמן, *et inunxi te oleo*, en illuminationem et diuinam inſtitutionem, quam olei ſymbolum antiquitus adumbrauit, u. 10. ואלבשך רקמה ואנעלך תחש וגו׳ *Et ueſtiui te diſcoloribus, et calceaui te hyacintho, et cinxi te byſſo, et indui te ſubtilibus. Et ornaui te ornamento, et dedi armillas in manibus tuis, et torquem circa collum tuum etc.* en juſtificationem et renouationem ; ועטרת תפארת בראשך *Et coronam decoris in capite tuo*, en ſaluationem, quae contingit in regno gratiae κατ' ἐλπίδα, qua ſpem, in regno gloriae ἐπ' ἀληθείας, actu. Quae ſingula ſponſam CHRISTI eleganter admodum deſcribunt. Senſus ergo

ergo literae, quem PATRES γνῶσιν γράμματος adpellitant, in memoriam reuocat beneficia Israelitis, ex Aegypto abituris, delata, sensus autem literalis, quem uocant PATRES γνῶσιν πνεύματος, omnes redemptionis, per Messiam partae, fructus sollicitius inculcat. Lotiones autem Israeliticae erant typus et umbra Baptismi N. T. Certe si lotionem, cuius meminit Ezechiel, inter initiationis Sacramenta retuleris, unctio, uestium nuptialium adplicatio, coronae impositio itidem in sacramentorum numerum deberent referri, atque sic tot fuissent olim Sacramenta, quot apud Ezechielem actus separati recensentur. Verba Prophetae, quae u. 8. extant, commemoratione perquam digna: ואעבר עליך ואראך והנה עתך עת דדים ואפרש כנפי עליך ואכסה ערותך ואשבע לך ואבא בברית אתך נאם ארני יהוה ותהי לי: *Æt transiui te, et uidi te, et ecce tempus tuum, tempus amantium, et expandi amictum meum super te, et operui ignominiam tuam, et iuraui tibi, et ingressus sum pactum tecum, ait* Dominus Deus, *et facta es mihi*, scilicet in sponsam, uel uxorem; ritus uetterum nuptiales scite admodum commemorant. Sponsam sibi delecturus olim, nuptam debebat habere a facie cognitam atque perspectam, quem in finem detraxit sponsus reticulum, ut scilicet illam posset intueri. Atque sic Dominus transiens conspexit delectam sibi sponsam. Sponsus uestium extremitatibus amasiam operuit, et ita Dominus amictum dicitur expandere super dilectam suam. Vide ea, quae pag. 36. sqq. et *Matth. IX.* fusius disceptauimus. Sponsus coram testibus, ad id conuocatis, sponsae fidem dabat iuramento, atque sic Dominus integritatem sponsae iuramento confirmat, ואשבע לך, et iuraui tibi. Sponsa uenit in pactum et dilecti consuetudinem, coram testibus secundum ritus a maioribus acceptos, quo fieret uxor mariti. MAIMONIDES *Hilc.* אישות *Cap. I.* statim ab initio: קדם מתן תורה היה אדם פוגע אשה בשוק אם רצה הוא והיא לישא אותה מכניסה לתוך ביתו ובועלת ביני לבך עצמו ותהיה לו לאשה כיון שנתנה תורה נצטוו ישראל שאם ירצה האיש לישא אשה יקנה אותה תחלה בפני עדים ואחר כך תהיה לי לאשה שנ׳ כי יקח איש אשה: *Lege nondum lata,*

is, qui in platea feminae occurrit atque cum illa de matrimonio conuenit, introduxit eam in domum ſuam, atque priuatim eum ea concubuit, eratque uxor eius. At, lege data, Iſraelita, qui uxorem ducere uolebat, eam, praeſentibus teſtibus, primo ſibi acquirere iubetur, poſtea demum eſt uxor eius. Similem in modum Dominus ingreſſus eſt pactum cum ſponſa, ותהיו לי, *ut eſſet ſibi* uelut in uxorem. Sponſa uero Hebraeorum ſignificanter admodum ſalutatur כלה, *perfecta*, et quaſi numeris omnibus abſoluta, propter ornatum, quo ſuperbiuit, ampliſſimum et elegantiſſimum, ſiquidem ſponſae regius et ſacerdotalis adiiciebatur habitus, qua de re uideſis indicem, et quidem uocem ſponſae. Erant Orientales in exornanda ſponſa multi, cum, praemiſſo lauandi et inungendi ritu, illam pretioſiſſimis ueſtibus auro, gemmisque diſtinctis, extra modum ornatam, in ſponſi manus traderent, capite corona redimito fulgentiſſima, quos ad ritus Ezechiel inflectit oculos, Eccleſiam ſponſam depicturus quam elegantiſſime. Verbis denique Ezechielis, quae extant *Cap. XX. 10. 11.* ואוציאם מארץ מצרים ואביאם אל המדבר ואתן להם את חקתי ואת משפטי הודעתי אותם אשר יעשה אותם האדם וחי בהם וגם את שבתותי נתתי להם לאות בני ובניהם לדעת כי אני יהוה מקדשם: *Et eduxi eos e terra Aegypti, et uenire illos feci in deſertum, et dedi illis ſtatuta mea, et iudicia mea oſtendi eis, quae faciens homo, uiuet in eis. Inſuper et Sabbatha mea dedi eis, ut eſſent ſignum inter me et eos, et ſcirent, quod ego Dominus ſanctificans eos.* Baptiſmus Iſraelitis neutiquam iniungitur, ſed in memoriam reuocatur inſtitutionum diuinarum catalogus, quas *Exod. XX. 2. ſqq. Deut. V. 7. ſqq. Leu. XVI. 5. ſqq.* inuenies recenſitas. Hoc eſt foedus, quod Dominus iniit cum Iſraelitis in Horeb, *Exod. XIX. 5. Deut. V. 2.* id quod uerba u. 5. ſqq. ET DICEBAT: Ego Dominus Deus tuus, qui exire te fecit ex Aegypto, e domo ſeruitutis; Non debes habere deos alienos etc. clarius euincunt.

§. 25, Quarto Baptiſmi Iſraelitarum patroni regerunt: IEREMIAS QVOQVE Cap. XXXI. 32. CONFOEDERATIONEM,

TIONEM INTER DEVM ET ISRAELITAS SANCITAM, AD TEMPVS REIICIT, QVO EOSDEM MANV VELVTI APPREHENSOS EDVXERIT EX AEGYPTO. EAM AVTEM BAPTISMO SIGNATAM FVISSE, MOSES ADSTRVIT, *Exod. XIX.* Reſpondemus, foedus, cuius Ieremias meminit, eſt inſtitutum Decalogi et legum diuinarum, quas fuerant transgreſſi, minime lauacri ritus, cuius certe uiolationem SCRIPTVRA nullibi reprehendit. *Exod. XIX. 10.* lotio ueſtium populo iniuncta erat actus praeparatorius, quo, de ſanctitate diuinae Maieſtatis et reuerentia erga DEVM ſerio commonefacti, omnes atque ſinguli impuritatem ſanctiſſimo Numini eſſe βδέλυγμα execrabile, et ad ipſum acceſſuros oportere puro corde, omnibus et animi et corporis ſordibus longe remotis, comparere, probe intelligerent. Praeterea lotiones et purificationes συμβολικῶς ac typice N. T. lauacrum praefiguraſſe, extra omnem dubii aleam poſitum cenſemus. Bene etiam monet ANTONIVS van DALEN *in Hiſtoria Baptiſmorum p. 339. ſqq.* ſolam ueſtium praecipi lotionem, et quanquam diſſentiens in emphaſi uocis וקדשתם refugium quaerit, ac ſi baptizandi ſignificationem, corpore toto aquis luſtrato, inferat, et praeterea nimis audacter contendit, VESTIVM LOTIONEM VNICVIQVE BAPTIZANDO COMMISSAM, CORPORIS VERO MOSIS MINISTERIO, parum tamen exinde lucrabitur. Hunc uerbo קדש ſignificatum adfingi, ex antea adlatis clare pateſcet, Moſis uero in recipiendis Iſraelitis miniſterium, per Baptiſmum confectum, reticet SCRIPTVRA. Vnde enim probauerit hoc Moſis miniſterium Baptiſmatis Iſraelitarum propugnator. Ad haec apud Moſem non lotio uocatur foedus, ſed circumciſio et pactum illud diuinum *Exod. XIX. 5. Deut. V. 2.* inter DEVM et Iſraelitas initum, cuius ſumma haec erat: EGO FVTVRVS SVM DOMINVS TVVS, ISRAEL, ET TV ERIS MIHI IN DILECTAM, ſiue populus meus. Iam praeſcribit rex ille coeleſtis hoc in exoptatiſſimo foedere ſeruandas leges: *Non debes habere Deos alienos etc.* Vnde tabulae, cui Decalogus erat inſcriptus, perbelle uocantur *tabulae foederis*, quod leges pacti continue-

rint, in quo tunc utraque pars conuenerit. Foedus autem illud minime lustrationem corporis, sed obseruationem Decalogi iterum iterumque demandat. Licet Talmudicis, qui lustrationem in sola sordium corporis purgatione constitisse, existimant, et hanc ob caussam lauacrum illud *Cod. Ieuam. f. 46. b. l. 6.* נקיות בעלמה, *purgationem in mundo*, hoc est, communem uocitant, nullus assentiar, minime tamen lotionem hanc in Sacramentorum numero referendam puto, sed pro actione habendam existimo, quae praeter sordium ablutionem fuit symbolica et significatiua, seu typica, 1.) sanctitatem et puritatem DEI, 2.) regenerationem mentis et sanctimoniam populi et filiorum DEI debitam atque decentem, 3.) Baptismum N. T. 4.) munditiem in regno gloriae futuram in memoriam reuocans et adumbrans, non exhibitiua, aut collatiua sacramentalis. Breuiter, Exod. XIX. 14. non Moses, sed populus ipse dicitur lauisse uestes. Israelitae iam erant initiati per circumcisionem, *Exod. XII. 48.* atque sic apud Mosem non intelligitur Baptismus Proselytismi, uel initiationis, sed immunditiei et purificationis Baptismus Leuiticus et Mosaicus. *Ier. XXXI. 2.* respicitur ad Decalogum uel legem moralem, contra quam peccauerant, quem Dacalogum, acceperunt Israelitae, una cum die Sabbatho, uel diebus festis cultui diuino destinatis, unde *Ezech. XX. 11.* Propheta aiebat: וגם את שבתותי, ET ETIAM *dedi Sabbatha mea*, ubi uocula וגם, ET ETIAM, est ἐμφατικοτάτως adiecta, quae nostris oculis contemplandam sistit ineffabilem SVMMI NVMINIS, hac in lege promulganda, benignitatem, sanctitatem, maiestatem, praecepti de diebus festis difficultatem, grauitatem, praestantiam, hominis peruersitatem, in seruando sabbatho negligentiam, prolixam uiolandis in diebus festis uoluntatem ac promptitudinem. Est igitur illud וגם ueluti NB. et asteriscus Spiritus S. qui uim et emphasin uocabuli השבתות insigniter commendat, ex quo etiam capite, *Exod. XX. 8.* et alias, ubi mandatum de seruando sabbatho iniungitur, uocalis longa ָ ponitur, ob maiorem emphasin, pro uocali breuissima ִ in uocibus שָׁמוֹר et זָכוֹר, ut taceam duplicem Accentum, et Accentum distinctiuum pro coniunctiuo praegnanter positum: זכוֹר את־ יום השבת

לקדשו : חשבת, RECORDARE, gedencke, gedencke, *diei ſabbathi, ut ſanctifices ipſum, Deut. V. 12.* שָׁמוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת לְקַדְּשׁוֹ כַּאֲשֶׁר צִוְּךָ יְהוָה : SERVA *diem ſabbathum, ut ſanctifices ipſum, ſicuti praecepit tibi Dominus, Deus tuus.* Certe hic praeceptum hoc non tantum prolixiore ſtudio exponitur, et inculcatur, uerum et cuilibet uoculae duplex adiicitur Accentus, id quod in omnibus praeceptis factum non uidemus. Accedit et hoc, quod קדש in Piel, coniugatione emphatica, poſitum, non quemcunque cultum externum, ſed ſollicitam, accuratam, exquiſitam, addo, continuam legis huius obſeruationem inuoluit, quemadmodum Philologiae et linguarum orientalium peritis ſatis erit notum. Quod ſi, praeter reliquos SCRIPTVRAE locos, euoluas *Exod. Cap. XXXI. 16.* tum facili negotio, קדש non initiationis, ſiue Baptiſmatis, lauacrum, ſed ſanctificationem ſabbathi inferre, atque ſic foedus non ad lotionem, ſed ad ſabbathum et decalogum referri oportere, intelliges. Hanc enim ob cauſſam annectitur ברית עולם, *aeternum foedus.* Plura hanc in rem adiicere ſuperuacaneum duximus.

§. 26. Quintum argumentum A GENTILIVM deferunt LOTIONIBVS, qui res ad ſacras neutiquam admiſſi, niſi corpore prius ſufficienter luſtrati. Veteres PERSAE, ſingularem aquae uirtutem et purificandi uim adſcribentes, diuinos aquae honores relinquebant. Vnde HERODOTVS *Libr. I.* notanter ſcribit : Ες ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι. οὐ χεῖρας ἐναπονίζανται, οὐδὲ ἄλλο τι, οὐδὲν ποιοῦσιν, ἀλλὰ σέβοντας ποταμοὺς τῶν πάντων μάλιστα. *In flumen nec meiunt, nec inſpuunt, nec manus abluunt, nec ſimile quippiam faciunt, ſed lumina inter omnia religioſiſſime colunt;* Et item STRABO *Libr. XV.* neruoſe : Ες ποταμὸν οὐτ' οὐροῦσιν, οὔτε νίπτονται Πέρσαι, οὐδὲ λούονται, οὐδὲ νεκρὸν ἐμβάλλουσιν, οὐδ' ἄλλα τῶν δοκούντων εἶναι μυσαρά. *In fluuium Perſae non immeiunt, nec lauant, nec abluuntur, nec cadauer iniiciunt, nec alia, quae, immunda eſſe, uideantur.* Gentibus GRAECIS lotiones eiusmodi καθαρμοί, καθαρισμοί, ἁγνισμοί atque ſic amplius uocantur, quanquam CRITICI has inter uoces diſcrimen fingunt, ita ut καθαρμὸς fuerit κάθαρμα, uicti-

ma piacularis ad luſtrandum oblata, καθαρισμὸς uero νίπτεσθαι טבילת ידים, corporis, aut manuum in aquas immerſio, ad immunditias eluendas adhibita, ἁγνισμὸς denique aquae leuior aſperſio, Hebraeis נטילת ידים dicta, qua de re uideſis HEINSII *Ariſtarch. S. C. XIX.* Sed enim, diſcrimen hoc non fuiſſe perpetuum, ueterum monimenta teſtificantur. Nos, miſſis uocum etymis et Philologorum λογομαχίαις, luſtrationes ipſas paullo ſollicitius examinabimus. Gentiles precaturi lotiones ἐυτικὰς precibus praemittebant, manibus aqua praeſertim marina ablutis, cuius rei dat fidem Poeta apud CLEMENTEM ALEXANDRINVM, *Libr. Stromat. IV. p. 531.*

-- -- -- -- Τηλέμαχος δὲ,
χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς, ἔυχετ' Ἀθήνῃ.
-- -- -- -- *Telemachus autem,*
Ablutis manibus pelago ſpumante, Mineruae ſupplicauit.

Quam Ethnici conſuetudinem ab Hebraeis dicuntur mutuati, teſte ARISTEA, Graecorum Interpretum mores exponente, *Hiſtor. LXXII. p. 890.* Ἔθος ἐστὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις ἀπονιψαμένοις τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας, ὡς ἂν ηὔξαντο πρὸς τὸν Θεόν. *Moris eſt omnibus Iudaeis, manus aqua marina lauare, quoties Deum precibus uenerantur.* Cui addunt PHILONIS teſtimonium, qui de Iudaeis templum aduturis, *Libr. de Sacrificant.* ſequentem in modum edifſerit: Οἱ μὲν ἄλλοι χεδὸν ἅπαντες ἀμιγεῖ περιῤῥαίνονται, θαλάττῃ μὲν οἱ πολλοὶ, τίνες δὲ ποταμοῖς, οἱ δὲ κάλπεσιν ἐκ πηγῶν ἀφυόμενοι. *Alii fere omnes aqua pura puta aſperguntur, marina quidem plerique, quidam fluuiali etiam, hydriis e fontibus haurientes.* Eandem commemorat cerimoniam EVRIPIDES *in Alceſtid. u. 157.*

-- -- -- ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα
Ἐλούσατ', ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
Ἐσθῆτα, κόσμον τ' ἐυπρεπῶς ἠσκήσατο.
Καὶ σᾶσα πρόσθεν ἑστίας κατηύξατο·
Δέσποιν', ἐγὼ γὰρ ἔρχομαι -- -- --

Aquis

— — — Aquis fluuialibus candidam cutim
Lauit, ex aedibus etiam cedrinis ferens
Veſtimentum, ornatumque, decore parabatur,
Et ſtans coram Veſta ſic precabatur:
O Domina, Ego enim uenio — — —

Antiquiſſimos GRAECORVM, iam principis poetarum HOMERI aetate, manus illotas ad coelum tollere, nefas exiſtimaſſe, ex *Iliad. ζ. ν. 266.* eluceſcit, ubi Hectorem ſic loquentem adlegat:

χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Αἰδομαι, οὐδὲ πῃ ἐστι κελαινεφεῖ Κρονίωνι
Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχέτα᾽ἀεσθαι.
Manibus autem illotis Ioui libare ardens uinum,
Vereor: Neque ullo modo fas eſt, atras nubes reddenti Saturno
Sanguine et puluere pollutum uota facere.

Idem teſtatur POETA ASCRAEVS *Libr. β. περὶ Ἐργ. καὶ Ἡμερ. u. 355.*

Μηδὲ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
ποσσὶ περᾶν, πρὶν γ' εὐξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.
Nec unquam perennium fluuiorum limpidam aquam
Pedibus tranſito, priusquam oraueris aſpiciens pulchra fluenta,
Manus lauans amoena aqua limpida.

Gentiles in primis delubrum ingreſſuri, lauandi ritibus utebantur, indignum arbitrati, ut loca ſancta et Deos adirent illoti, quam ueterum conſuetudinem EVRIPIDES in Ion. u. 94. non obſcure tradit:

Ἀλλ'

Ἀλλ' ὦ Φοίβου Δελφοὶ θέραπες,
Τὰς καταλίας ἀργυροειδεῖς
Βαίνετε δίνας. Καθαραῖς δὲ δρόσοις
Ἀφυδρανάμενοι, σείχετε ναούς.
Sed o Delphici Phoebi miniſtri,
Caſtaliae limpidas
Ite ad gurgites, pura uero aqua
Abluti, ite in templum.

Exiſtimant ex Eruditis non pauci, Gentiles hac in re Iudaeos fuiſſe ſecutos, qui ad templum acceſſuri, Deumque propius adituri, lauandi ritum praemiſerint. TALMVD· *Hilc. Iom. Cap. III. §. 3.* : אין אל היכל לעזרה עבודה אפי' שחור ער שיטבול *Nemo atrium intrabat, ad miniſterium perageudum, tametſi mundus, priusquam lauerat*, quibus uerbis SPENCERVS addit: Ea uero lauatio קדוש, *ſanctificatio*, dicebatur. De hoc ſanctificandi ritu nonnulli uerba Pſalmiſtae Sacerdotes adloquentis, intelligenda ſentiunt, Pſ. CXXXIV. 2. *Eleuate manus ueſtras* בקדש, *et laudate Dominum* q. d. *Vos, ſacrorum miniſtri manus lotas et externa puritate conſpicuas ad ſanctuarium afferatis, ita tamen, ut uitae puritatem praecipue curetis, manuum lotione ſymbolice deſignatam, et officiis in ſanctuario praeſtandis maxime conuenientem.* Vnde SHERINGH· *Hilc. Iom. Cap. III. p. 47.* בית הטבילה, *domum lotionis*, commemoraturus concinne: *Hoc purgationis genus ceterae quoque gentes a Iudaeis arripuerunt, quae ad eorum imitationem ſuas luſtrationes et lauandi ritus habuerunt, cum templa ſua ingrederentur, et p. 49. Deus praecepit Exod. XXX. 20. ut ſacerdotes manus et pedes lauarent, cum ingrederentur ad tabernaculum conuentus, et poſt extructum templum idem obſeruatum fuiſſe, niſi quod Sacerdotes ingreſſuri tabernaculum*, manus et pedes, ſed ingreſſuri templum totum corpus lauarent. Gentiles puritati operam daturos, aquam fontanam, tanquam communiſſima lotionum ſuarum media, adhibuiſſe, teſtimoniis monimentorum antiquiſſimis indubitatum eſt. Hoc VIRGILIVS teſtatum facit, *Aeneid. 4.*

ſub

ſub finem, apud quem Dido, ſacra Diis inferis inſtituens, ſic uerba faciens inducitur:

Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha,
Et pecudes ſecum et monſtrata piacula ducat.

Applaudit OVIDIVS, *Faſt. IV. Tu conuerſus ad aras dic quater, et uiuo perlue rore manus.* Et PATROCLVS, *Libr. de Sacrif. et Mag.* ſub fin. *Aqua marina ui purgandi praedita eſt, quod ſalis ſit particeps, qui aliquam in ſe continet iguis particulam. Ideoque Sacerdotes Ethnici ea in luſtrationibus ſuis utebantur, illaque aſpergebant, quae luſtrare uolebant.* Gentiles praecipue ſalſis aquis purgandi uim et uirtutem tribuebant, quo ſpectant uerba THEOCRITI *Idyl. 24.*

-- -- -- Καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θείῳ
Πρῶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον (ὡς νενόμιςαι)
Θάλλῳ ἐπιῤῥαίνειν ἐςεμμένον ἄβλαβες ὕδωρ
-- -- -- *Puro uero luſtrate domum ſulphure*
Primum: Poſtea uero ſale mixtam (uti mos eſt)
Florido ramo adſpergere decet aquam.

Hanc ob cauſſam Gentiles in deligendis luſtrationibus aquis uſi ſunt marinis, qua de re non obſcurus apud HOMERVM occurrit locus, *Iliad. α. u. 313.*

Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, ἐς εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.
Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας.

Hoc eſt

Populos autem Atrides luſtrari iuſſit:
Illi autem luſtrabantur, et in mare ſordes iaciebant:
Sacrificabant etiam Apollini perfectas hecatombas.

Ab hac non abludit ſententia EVRIPIDES apud STOBAEVM,

Serm. IV. θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. *Mare cuncta hominum mala prorſus abluit*, qui hanc ſubiicit epicriſin: φέρεται δὲ εἰς τοὺς δεισιδαίμονας, οἱ θαλάσσῃ περικαθαίρονται; *Cadit autem hoc dictum in ſuperſtitioſos, qui mari luſtrari ſolent.* Ex mente SPENCERI, *Libr. de Legib. Hebr. Ritualibus, III. Cap. I. p. 997.* ex ea gentium diſciplina Pontificii, aquas eorum luſtrales ſale conſpergendi morem traduxiſſe uidentur. Idem exiſtimat p. 1008. luſtrationes pro praecipuis religionis ritibus fuiſſe habitas, quod olim opinio illa paſſim inſederit animis, diluuium nempe magnum mundi καθάρσιον fuiſſe, a DEO miſſum, ut terram ipſam luſtraret, et labem ab impuris incolarum moribus hauſtam elueret et expiaret. Haec enim opinio ueterum Iudaeorum, Philoſophorum et Chriſtianorum quorundam animis inhaeſit. Teſtem aŭocat PHILONEM *Libr. quod deterior. potior. inſid. p. 186.* "Οποτε γοῦν τὴν γῆν ὕδατι καθάιρειν ὁ δημιουργὸς διενοήθη etc. *Quando igitur aqua terram purgare ſtatuit Summus Opifex etc.* Et ORIGENEM *contra Celſ. Libr. IV. p. 173.* qui opinionem iſtam et Iudaeis et Chriſtianis tribuit, cum de ea ita ediſſerit: οὐκ οἶδα δ' ὅπως παραπλησίως τῷ κατακλυσμῷ καθήραντι τὴν γῆν, ὡς ὁ Ιουδαίων καὶ χριστιανῶν βούλεται λόγος etc. *Neſcio autem, cur diluuio, quo terram purgatam Iudaei pariter et Chriſtiani aſſerunt, Celſus putet turris deiectionem ſimilem eſſe.* Eadem perſuaſione Gentiles deceptos, idem teſtatur ORIGENES *l. c. p. 316.* Ἡ δ' ἐν τῷ κατακλυσμῷ διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων, καθάρσιόν ἐστι τῆς γῆς; *Interitus autem hominum per diluuium terrae luſtratio eſt.* Quemadmodum etiam tradunt Graecorum non contemnendi Philoſophi his uerbis: ὅταν δ' οἱ θεοὶ τὴν γῆν ὕδατι καθαίροντες, κατακλύζουσιν. *Quando uero Dii, terram aquis purgantes, immittunt diluuium*, quae uerba ſunt ex PLATONIS *Libr. III. de Legib.* deſumpta. Hanc ad ſententiam etiam PLVTARCHVS accedit, qui, et Romanis non nili lotis manibus effudiſſe preces, exiſtimat, unde Marius in Vita ipſius Diis uota feciſſe dicitur νιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνάσχων, *manibus ablutis, et in coelum ſublatis.* Eo etiam ſuperſtitionis proceſſit Aegyptiorum natio, ut, aquam luſtralem nigrioris cuiusque criminis labem delere poſſe, ſomniarent, quod ex PORPHYRII

de

de Abſtin. Libr. IV. §. 7. uerbis poterat intelligi, cum notanter ait: *Iſtae quidem communes omnibus cerimoniae, quibus ſe puros reddunt. Sunt tamen ἁγνεῖαι ἰδιεῖαι καθ' ἕκαστον θεόν, purificationes Deo cuique propriae*, et §. 6. *Qui illos, ſacerdotes, accedebant, ἁγνεύσαντες ἔδει πρσιέναι, oportuit prius ſe purgare, et a multis abſtinere, pro recepto apud Aegyptios ſacerdotes more.* Ægyptiorum ritus in luſtrationibus frequentes DIODORVS SICVLVS, *Bibliothec. Hiſt. Libr. I. p. 63.* commemorandos duxit, cum, primorum Aegypti regum morem relaturus, ſcite ſcribit: *Sub auroram experrecto rege, literae undicunque ſcriptae omnium primo acceptandae erant - - ἔπειτα λουσάμενον, καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς συσσήμοις μετ' ἐσθῆτος λαμπρᾶς κοσμήσαντα τὸ σῶμα, θῦσαι τοῖς θεοῖς. Deinde cum ſe aqua luſtraſſet, et regni inſignibus cum neſte nitida ſe adornaſſet, Diis ſacrificatum ibat.* SPENCERVS l. c. *p.* 1001. filiam Pharaonis luſtrandi cauſſa fluuium petiiſſe, fingit: Nam EZECHIEL tragicus, inquit, Moſis hiſtoriam fuſe perſequens, ſic lotionis illius ſcopum explicat:

Κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἅβραις ὅμου,
Κατῆλθε λουτροῖς φαιδρῦναι τὸ ἐὸν δέμας.

Id eſt, Vigero interprete,

Ecce tibi regis nata cum famulis ſubit,
Luſtrare liquido geſtiens corpus uado.

Gentis nempe ritu et religionis ſuae inſtituto. Sic enim lotionis illius mentem interpretatur CLEMENS ALEXANDRINVS, *Stromat. Libr. I. p. m. 343.* de Moſe loquens in ripa fluminis expoſito. *Regis filia*, ait ille, *quae longo tempore non concipiebat, filium autem deſiderabat, ἐκείνης ἀφικνεῖται τῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸν ποταμὸν, λουτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις χρησομένη. Illo die uenit ad fluuium, ut lotionibus et aſperſionibus uteretur.* Haec autem uerba CLEMENS (ni falli contingat) e PHILONE, *Libr. I. de Vita Moſ.* mutuatus eſt. Dicit enim ille, regis filiam ἐξορμῆσαι κατὰ θεραπαρίδων ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἔνθα ὁ παῖς ἐξέκειτο, *proripuiſſe ſe cum puellis familiaribus ad fluuium, ubi puer Moſes expoſitus erat*, κἄπειτα λουτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις χρῆσθαι μέλλουσαι etc. *deinde lotionibus*

nibus uſuram inter opaca et condenſa ſtagnorum puerum conſpicatam etc. Hac loquendi formula docet PHILO, feminam regiam purificandi ſtudio fluuium petiiſſe. Nam uox illa περιῤῥαντηρίοις de luſtrationibus, in templorum aditu fieri ſolitis, frequenter uſurpatur. Vid. THEOPHRASTVS, *Capit.* περὶ Δεισιδαιμ. De filia hac Pharaonis itidem commemorant TALMVDISTAE, *Sota f. 12. et Megillah, f. 13.* eam propterea ad riuum deſcendiſſe, *Exod. II. 5.* ut lauaret et Proſelytiſmo initiaretur, quod tamen nullam ueritatis ſimilitudinem oſtendit.

§. 27. Lotiones ante templi introitum AEGYPTIORVM praeuias refert itidem APVLEIVS, *Aſin. Aur. Libr. XI. Me prius ſueto lauacro traditum circumroraus abluit ſacerdos, curſumque ad templum reductum -- -- -- ante ipſa Deae ueſtigia conſtituit.* Conſuetudinem eandem apud SYROS, obtinuiſſe, PAVSANIAS auctor eſt, qui de Dea Syria facturus uerba ſubſequentem in modum mentem explicat: Ἐς τάυτης τὸ ἱερὸν εἰσίασιν ἐν ἡμέραις ῥηταῖς, ἀλλά τε ὅσα νομίζουσι προκαθαρεύσαντες, καὶ ἐς τὴν διαίταν. *In eius Deae templum non niſi ſtatis diebus intrant, cum ſe ritu praeſcripto, victus praecipue moderatione, purificauerint.* Ab Aegyptiis mos ille uenit ad GRAECOS. Commemorabilia ſunt, quae tradit SOZOMENVS *in Hiſtor. Eccleſiaſt. Libr. VI. Cap. VI.* Valentiniani Iulianum Apoſtatam in Fortunae templum ſequentis, hiſtoriam repetiturus: Ἐπεὶ δὲ ἔμελλον ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θάλλους τινὰς διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε τοὺς εἰσιόντας. *Cum autem limen templi ſuperaturus eſſet, ſacerdos uirentes quosdam ramos madefactos in manu tenens, more Graeco, ingredientes aſpergebat.* Legi quoque merentur, quae IVSTINVS MARTYR, *Apolog. II. p. 92. 93.* memoriae mandauit: Τὸ λουτρὸν τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες, διὰ τοῦ προφήτου κεκηρυγμένον, ἐνέργησαν καὶ ραντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας. *Lauationem autem illam cum audiſſent Daemones, per Prophetam promulgatam, effecerunt, ut et ingreſſuri in templa eorum, et acceſſuri ad illos, atque libationibus adipisque nidoribus offerendis operaturi, ſeipſos aquae aſperſione luſtrarent.* Quin ut *toto quoque corpore*

pore lauentur prodeuntes, priusquam ad templa ueniant, ſua opera et inſtinctu curarunt. Hic cum primis commemoratione perquam dignum cenſemus, quod PONTIFICII aquam luſtralem, das Weih-Waſſer, ex profanis Gentium ritibus in Eccleſiam tulerint, de quibus luſtralibus aquis IO. GVILIELMVS BAIERVS, S. S. Theol. D. et Prof. Publ. Ienenſ. Diſſertationem perquam eruditam A. C. cIↃ IↃc XCII. habuit, quam ob argumenti dignitatem, prolixam exinde redundantem utilitatem, alias ob cauſſas, quas ſilentio praetereundas ratio temporum ſuadet, totam putauimus adnectendam, pauca quaedam deinceps alia, noſtrum ad ſcopum ſpectantia, ſubiuncturus.

§. 28. Equidem adeo aperta eſt ſuperſtitio Pontificiorum, uti in aliis ritibus quamplurimis, ſic in aquae luſtralis conſecratione et uſu, ut hoc tempore fortaſſe ſuperuacaneum uideri poſſit, in hanc rem ſcribere: poſtquam non ſolum ſuperiore ſeculo, cum Eccleſiae noſtrae e dira ſeruitute ac tenebris Papalibus eluctarentur, ineptia illa cum impietate conjuncta facile agnita fuit; ſed et poſtea, pugnantibus quantumuis pro ſacrotum ſuorum dignitate Doctoribus uariis multisque, Noſtrates partim, partim Reformati, futilitatem argumentorum oſtenderunt. Cum enim aegre ferretur, quod LVTHERVS Libro vom Schemhamphoras, A. 1543. ſcripſerat: Er, Pontificem notat, hat auch ſein ſonderlich Schemhamphoras, da fähret er zu, bezaubert das Waſſer mit loſen, bloſſen, ledigen Buchſtaben, giebt für, es ſey Weih-Waſſer, das die Sünde abwaſche, den Teuffel verjage, und andere viel Tugend habe, wills GOtt nach thun, wie ein Affe, etc. factum mox eſt, ut Pontificii ſanctitatem ritus tanto magis adſtruere; Noſtrates ex aduerſo, et in his conſentientes Reformati, ſuperſtitionis foeditatem et noxam oſtendere clarius, adniterentur. Sic enim ab illa parte non tantum publico nomine, *Agenda Colonienſia*; ſed et ſigillatim THOMAS STAPLETONIVS in Promtuario Cathol. BELLARMINVS de Cultu SS. cap XVII. IAC. GRETSERVS de Benedictionibus; IACOBVS KELLERVS in Papatu Cathol. ERANC. COSTERVS de Societate B.

V rginis ; GVILIELMVS BAILIVS Catech. Controuerſ. et ex Moraliſtis IAC· LAYMANNVS et I· AZORIVS, aliorum ue tigia ſecuti ; ſed et Hiſtorici, BARONIVS in Anal. ad A· 58. et A· 429. P· CVTSEMIVS in Hiſtor. Bonif. inprimis autem MARSILIVS COLVMNA in Hydragiologia, Aquae luſtrali patrocinium commodarunt : Ab altera parte Noſtrates in Tract. de cauſis recuſati Concil. Trid. Stattliche Ausführ. der Urſach etc. MARTINVS CHEMNITIVS P· IV· Exam. Concil. Trid. CONR· WOLFFGANG PLATZIVS in Luco ſucciſo Errorum Pontif. L· XCVIII· IAC· HEILBRVNN· Uncath. Pabſtthum Art. XIX· Q· III· p. 752. ſeqq. et G· ZEAEM· in Contin. et Defenſ. huius ſcripti contra Keller, P· II· p. 883. ſeqq. IOH· GERHARDVS Conf. Cathol. L· II· ſpec. P. II· Art. X· Cap. VII· p. 768. ſeqq. HENR· HOEPFNER Saxon. Evang. p. 349. I· C· DANNHAVER Hodomor. Sp. Pap. T· I· Phant. VI· p. 1268. ſeqq. Ex Reformatis RVD· HOSPINIANVS de Templis L· II· C· XXV· p. 273. ſeqq. A· RIVETVS Cathol. Orthod. T· I· p. 416. uideri poſſunt. Taceo eos, qui Caſus practicos, ſeu Conſcientiae, euoluentes in eandem quaeſtionem inciderunt : ex Reformatis ALSTEDIVM.

§. 29. Facile colligitur, quanta hic ſuppetat copia, ſi tot Auctorum, ſeu argumenta, ſiue narrationes, aut obſeruata coaceruare animus nobis eſſet : Quemadmodum et ſumma rei a laudatis GERHARDO atque HOEPFNERO ll. ca. neruoſe propoſita, legi poteſt. Sed quia praecipuum in hoc negotio praeiudicium ab aquae luſtralis aeſtimatoribus petitum eſt ex Decreto ueteri, quod ſub nomine *Alexandri I· P· R·* in Corpus Iuris Eccleſiaſtici Romani, ſeu Canonici, illatum apparet ; ideo ad Canonis huius conſiderationem reuocabimus, quae, ad ſuperſtitionis illius cognitionem et cenſuram inprimis pertinere, deprehendimus. Sic autem in Corpore illo Iuris Canonici, quod *abſolutiſſimum* appellatur, edit. Lugd. A· 1618. Decreti Parte tertia, de Conſecratione Diſtinct. III· C· XX· (quae eſt 10. pars diſt. ſecundum IOH· DE FANTO, quem alii DE FANTONA, alii DE FANTVCCO, aut FANTVC-

TVCCIVM uocant) p. 1970. et 1971. praemissa significatione Auctoris et scripti, cui secutura constitutio originem debeat, (his uerbis ; *Item Alexander Papa V. a Petro epist. I. cap. 5.)* et titulo, contentorum indice : *(Quare sit institutum, ut aqua sale conspersa sanctificetur ;)* verba ipsa Capituli ipse habent:

Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, et purificentur. Quod et omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis uitulae sanguine aspersus populum sanctificabat, atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata, populum sanctificat, atque mundat. Et si sale aspersa per Helisaeum Prophetam sterilitas aquae sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum et coinquinatos sanctificat atque mundat, et purgat, et caetera bona multiplicat, et insidias diaboli auertit, et a phantasmatum uersutiis homines defendit.

§. 30. Equidem, an tractatus de Consecratione, cuius partem facit sanctio ista, a Gratiano sit scriptus? a quibusdam dubitatum esse, memorat ANT. AVGVSVINVS Lib. I. de emend. Gratian. dial. 18. sed cum non adsint firmae rationes, quare Gratiano sit abiudicandus, neque ueterum ullus hoc fecerit ; recte concludit Vir Cl. GERH. VAN MASTRICHT : *Maneant tantisper Gratiani, donec euidentiores rationes sint allatae.* Hist. Iur. Eccl. num. 322. p. 354. Ac nobis sufficere poterat, quod inter Canones ab Ecclesia Romana receptos extat; quisquis etiam collegerit : quodque Pontificii, qui aquam lustralem commendant, plerique auctoritate decreti istius nituntur. Caeterum de Gratiano illo, deque aliis pluribus Canonum ac Decretalium Collectoribus Viri Doctissimi. GERH. THEOD. MEIERVS, Dissertatione peculiari, Codici Canonum Eccl. Vniu. a Chr. Iustello edito praemissa, IOH. STRAVCHIVS Amoenit Iur. Can. Eclog. I. C. ZIEGLERVS dissert. de Orig. et Increm. I. Can. Lancelloti Institutionibus praefixa & G. TH. MASTRICHT lib. cit. sic egerunt, ut non solum antiquiorum scriptorum sententias ac testimonia, sed sua quoque monita cum iudicio exhibeant, nec Lectorem sine iucunditate aut fructu dimittant. §. 31.

§. 31. Nobis *Alexander* P. R. a Gratiano citatus, cum epiſtola propius paulo contemplandus erit. Hunc a Petro Apoſtolo quintum in ordine; patria Romanum, patre cognomine, ex regione Caputtauri natum, iuuenem aetate, moribus ſeniorem, annis X. menſibus VII. diebus II. officio functum; tandem, ſub AElio Adriano martyrio coronatum cum Euentio et Theodulo Diaconis, ſepultum autem in uia Nomentana, ubi interfectus ſit, ſeptimo ab urbe millenario, V. Nonas Maii, memorat PLATINA in Vit. Pont. p. m. 16. 17. Et EVSEBIVS quidem ſimiliter Alexandro *quintum a Petro et Paulo ſucceſſionis locum* aſſignat. L. IV. H. E. c. I. ed. Valeſ. pag. 115. anno quoque principatus Hadriani tertio, fato functum, cum decem annos adminiſtrationis expleſſet, teſtatur cap. IV. p. 117. ſed nec, ut Monarcham, Petro ſucceſſiſſe dicit, nec martyrio periiſſe. I. BALAEVS tamen de Rom. Pontif. Actis L. I. p. m. 6. *Chriſtiani nominis gratia ſupplicia grauiſſima anno Domini 121. ad mortem usque paſſum* eſſe refert; idque *ſub praeſide Aureliano:* id eſt *Iudice* (non Imperatore) iuxta *Baronium*; ſed ad A. C. 132. et Epitomatorem eius IOH. GABRIELEM BISCIOLAM, p. 82. qui annum ſuſcepti muneris non emortualem, fuiſſe illum 121. affirmant. Martyrii uero gloriam etiam IAC. REVIVS Alexandro relinquit Hiſt. Pont. R. p. 5. et ROBERTVS BARVS in Vitis Pont. Witteb. 1536. editis, *ſtudio euangelizandi et miraculis celebrem interfectum, martyrem obiiſſe*, ſcribit.

§. 32. De rebus geſtis illius ſilet Euſebius ll. cc. Hoc praecipue laudant Baronius et Epitomatores, quod *complures Senatores* et *Praefectum urbis Hermetem cum omni familia, aliosque Romanos ciues ad Chriſti religionem perduxerit.* Cumque *Platina* et alii haec quoque tribuant Alexandro, quod *primus, ob memoriam paſſionis Chriſti in ſacrificio* (i. e. celebratione Euchariſtiae) *addiderit, Qui pridem, quam pateretur, usque ad hanc clauſulam, Hoc eſt corpus meum:* quodque *uoluerit aquam admiſceri uino in conſecratione ſanguinis et corporis Jeſu Chriſti, quo ſignificetur, Chriſtum Eccleſiae coniunctum eſſe:* Id Baronius et ſequaces ſic intelligi debere putant, quod talia *ſcripto ſanciuerit*, quae *iam pridem Apoſto-*

Apoſtolica inſtitione atque ipſius Domini erant tradita. illud nimirum *Luc. XXII.* et *1. Cor. XI.* iſtud, teſtimonio *Cypriani* ep. LXIII. edit. Pamel. et *Iuſtini*, Apol. ad Antonium. Verum haec quidem, nec traditiones Pontificiorum ἀγράφως iuuare poſſunt, ſi in ſcriptis Lucae et Pauli contineantur: et reuera ad genus τῶν ἀδιαφόρων ac ceremoniarum, ſic aut aliter uſurpabilium pertinent: ut, ſi maxime olim libere obſeruata fuerint, Alexandri tantum auſpiciis in legem Eccleſiaſticam abiiſſe dicenda ſint. Quanquam Cypriani et Iuſtini, qui poſt illum uixerunt, narrationes, mandatum uniuerſale ritus miſcendi uinum aqua non probent: Platina autem non dicat, Alexandrum ſcripto comprehendere coepiſſe, quod hactenus traditione eſſet uſurpatum; ſed *primum* iſtud *addidiſſe*; ſic *uoluiſſe* etc. Eadem ratio eſt illius conſtitutionis, qua *Oblationum ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea, fieri mandaſſe* dicitur; *quia hoc modo purior haberetur, et Ebionitis haereticis calumniandi occaſio auferretur. Plat.* l. c. Scilicet hic nouitas manifeſta eſt, ex uerbis, *non ut antea:* neque colorem illum, aut praetextum Baronianum admittit. Demandato autem ipſo notanda eſt moderatio et humanitas illa, qua diſſentientes benigne tolerati fuerunt. Nam et Innocentii III. tempore *adhuc multi ſacrificabant de fermentato, quibus tanquam uere Catholicis Eccleſia Romana communicauit:* quae ipſius Innocentii III. uerba ſunt L. IV. Myſt. Miſſae cap. 33.

§. 33. Enimuero haec ipſa obſeruatio de panis azymi ad uſum Euchariſtiae ſanctione, uelut *Ebionitis* haereticis oppoſita, dubium mouere poſſet ei, quam nunc conſideratur: ſumus, conſtitutioni de *aqua benedicenda*; utrum Alexandro recte tribuatur. Docet enim *Marſilius Columna* in Hydragiolog. Sect. 3. cap. 7. §. 1. *Ebionem omnium primum putaſſe, lotionibus aquarum, quibus ille utebatur, deleri peccata.* Mirum itaque, ſi Alexander, Ebionitis adeo aduerſus, ut ritum ueterem innocentem mutaret; hic tamen ita condeſcenderit hominibus illis, ut, ſi non eundem, uicinum tamen eorum ſuperſtitioni ritum ipſe ſanciret.

§. 34. Iam enim ad ſanctionem illam, quae ſub nomine Alexandri exhibetur nobis, ex inſtituto accedendum eſt. Nam et WALAFRIDVS STRABO in Lib. de Cathol. Eccl. div. offic. p. 335. IOH. MICROLOGVS de Eccl. obſeru. p. 400. et GVIL. DVRANTES L. IV. Rational. Cap. IV. ANTONIVS FLORENTINVS Summ. Hiſtorial. tit. VII. cap. 5. M. ANTONIVS COCEIVS SABELLICVS itidem En. VII. lib. IV. et *Polyd. Vergil.* L. V. de Inuent. Rer. c. VIII. p. m. 369. Alexandrum auctorem referunt. Sed qui ſuperſtitionem in primis commendare ac propagare nituntur, *Apoſtolicam traditionem* agnoſci iubent. Ita enim BELLARMINVS L. IV. de V. D. cap. III. *Alphonſus a Caſtro* L. II. aduerſus Haereſ. uerbo, Aqua, haereſ. 2. IACKELLERVS in Pap. Cath. et alii, Iuxta quos Alexandri illa conſtitutio non ad introducendum ritum nouum; ſed ad conſeruandum ueterem, ſpectare dicenda eſt. Atque ipſe *Platina* ſic exponitur, qui ſcripſit: *inſtituit* (Alexander) *ut aqua, quam ſanctam appellamus; ſale admixta, interpoſitis ſacris orationibus et in templis et in cubiculis ad fugandos daemones retinerentur.* Quaſi uidelicet iam ante uſu Eccleſiae recepta fuiſſet.

§. 35. Sed profecto nulla apparent uel leuiſſima indicia tam antiqui uſus aquae, ad iſtos fines, iſtoque modo conſecratae, ut huius origo inde ab Apoſtolorum aetate inter Chriſtianos deduci queat. Quod enim BELLARMINVS L. III. de Cultu Sanct. cap. 7. ad auctoritatem *Conſtitutionum Apoſtolicarum*, ut nomine *Clementis* Romani extantium, prouocat; uel ideo ineptum eſt, quod idem in Catal. Script. Eccl. p. m. 39. fatetur, Conſtitutiones illas in *Eccleſia Latina nullum fere nomen habere; --- haberi* in iſtis *non pauca, quae abhorrere uideantur a ueritate*, ita ut incertus ipſe ſit, corruptas tantum? an ſuppoſitias dicere debeat? ſed et ROBERTVS COCVS in Cenſura Script. uet. p. m. 28. et I. DALLAEVS Lib. III. de Pſeudepigraphis Apoſtolicis, adeo clare oſtenderunt, ſpurium et adulterinum eſſe foetum, ut aduerſus ſolem loqui neceſſe ſit, qui auctoritatem earum porro aſſerere auſit. Nec maioris roboris eſt, quod ex Baſilii M. libro de Spiritu S. cap. XXVII. petitur teſtimonium antiquae et arcanae traditionis de Conſecratione aquae. Non

ſolum

ſolum enim et huius libri multa ſuſpecta nouimus, *Eraſmo*, cuius Iudicium uindicauit aduerſus Bellarminum et Coſterum ROB· COCVS· l. c. p. m. 242. iudice. Sed et in ipſo textu libri non fit mentio conſecratae aquae extra baptiſmum ipſius, de qua hic non eſt quaeſtio. Itaque, ſi Alexander de hac aliquid inſtituiſſet, Apoſtolica traditione deſtitueretur. Quod ſi Platinae verbum, de *retinenda* aqua illa, urgeatur, ſatius foret dicere; placuiſſe ei, ut retineretur mos apud Iudaeos et Ethnicos uſitatus, a conuerſis ad fidem leuiter immutatus: (quemadmodum id POLYDORVS VERGILIVS l. c. agnoſcit, et nos de origine illa infra diſpiciemus) quam ut ab Apoſtolis Eccleſiae commendatus, indeque receptus, atque adeo retinendus fuiſſe ſtatuatur.

§. 36. Sane ſi traditio Apoſtolica hic locum habuiſſet, qui factum credamus, ut Eccleſia Orientalis, ſeu Graeca, usque adeo aliena ab eo ritu maneret, ut etiam aperte improbaret, in hanc usque aetatem? Et quomodo ſcriptores Eccleſiaſtici usque ad Gregorium M· per ſex annorum centurias de tam ſancto et multiplicis utilitatis ritu tacituri fuiſſent? quos nullum usquam eius mentionem feciſſe planum eſt. Nam et CYRILLVM, quem GVIL· BAILIVS obiicit, de aqua baptiſmali, iuxta inſtitutionem Saluatoris conſecrari ſolita, locutum eſſe, monſtrauit ANDR· RIVETVS Cathol. Orthod. p. 418. 419.

§. 37. Itaque non ſolum ab Apoſtolica traditione fluxiſſe conſtitutionem illam, Alexandro adſcriptam, negamus, ſed et, Alexandro ignoranti atque inuito adſcriptam, iudicamus. Epiſtolas profecto Decretales, quae Romanis Epiſcopis primis ad Siricium usque adſcribuntur, iam pridem ab eruditis declaratas conſtat ſpurias, et Viris illis, imo ſeculo utroque indignas: ut qui poſt *Turrianum uapulantem*, (flagellante ſcilicet hominem temerarium, *Pſeudo-Iſidori* Mercatoris? an Peccatoris? hyperaſpiſtem infelicem, DAVIDE BLONDELLO,) Epiſtolarum illarum auctoritatem praetendere et urgere uoluerit, duplo maiores mereatur plagas, ac pudorem decoxiſſe omnem, iudicandus ſit. Quanquam iam olim mercium iſtarum futilitatem

tem et mendacia detexerunt HEILBRVNNERVS, GERHARDVS, CALIXTVS, ZIEGLERVS, noſtri: et Reformati, CASAVBONVS, MORNAEVS, COCVS, RIVETVS; quibus poſtremo acceſſit GERH. VAN MASTRICHT in Hiſt. Iuris Eccl. §. 220. ſeqq.

§. 38. Speciatim de Epiſtola illa Decretali Alexandrinâ obſeruamus Cenſuram Blondelli ſummariam, p. 171. *Huius epiſtolae artifex falſa nota conſulari farraginem ſuam conſignauit, barbaro eloquio portentoſa de aquae ſalſae et aliorum elementorum conſecratione dogmata ediſſeruit. In quaeſtione de Calicis Euchariſtici mixtione, Hieronymi, Concilii 3. Carthaginenſis, Concilii 3. Bracarenſis, Canonis Miſſae phraſes eſt imitatus: ſententias denique Ithacii Clari, Siricii, Concil. 3. Carthag. Ruffini primae Clementiae Interpretis, Procli, Ennodii, Adriani I. pro arbitrio deſcripſit.* Nimirum *data* fertur *Traiano et Heliano Viris Clariſſ. Coſſ.* Atqui hoc perinde eſt, ac ſi dixiſſet, data *ad Calendas Graecas*, id eſt nunquam: monente Rob. Coco. Nam et Helianus nullum cum Traiano conſulatum geſſit, ſed cum Vetere A. D. 118. Vltimus Traiani conſulatus incidit in A. 114. tunc collegam habuit Africanum. Alexander uero Euariſto ſucceſſit demum anno 121. Adriano III. et Ruſtico Coſſ. docente id ipſum Baronio in Annal. quamuis Epitomator Biſciola, ingreſſum eius Auiola et Panſa Coſſ. accidiſſe perhibeat. Certe iuxta Caſſiodorum et alios, quos conſuluerunt Baronius et Biſciola, undecim illis annis, quibus Alexander Epiſcopatu Romano functus perhibetur, nunquam uel Traianus, uel Aelianus, nedum uterque, Conſul Romanus fuit. Eloquii barbari ſpeciem inter plura luculentum eſt, quod uerbum *profiteri* in paſſiua ſignificatione adhibet. *Confeſſio non extorqueri debet*, ait, *ſed potius ſponte profiteri.* Quanquam et a probato loquendi uſu recedat phraſis, qua *confeſſionem profiteri* dicimur. Portentoſum dogma de aquae ſalſae conſecratione poſt paulo, uelut ex inſtituto, examinabimus. De Calicis Euchariſtici mixtione notamus, quod ſcriptor fundamentum conſtitutionis allaturus, ad traditionem pariter et rationem ita prouocat, ut tamen a ueritate ſcripturae, et inſtitutionis diuinae Chri-

Christi, illa distinguat. Sic enim legimus : *Non debet enim (ut a patribus accepimus, et ipsa ratio docet) in calice domini, aut uinum solum, aut aqua sola offerri : Sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Ipsa uero ueritas nos instruit, calicem ut panem in sacramento offerre, quando ait : Accepit Iesus panem et benedixit etc.* Nimirum credere nos iubet, quod traditiones non scriptae pari pietatis affectu cum Scripturis sint recipiendae, a qua sententia Christiani istius seculi abhorruerunt. Et quae illa ratio : Sanguis et aqua (non uinum et aqua) profluxerunt ex latere Christi. Ergo in administratione Coenae, praeter sanguinem et uinum, etiam aqua naturalis adesse, atque haec humana opera uino misceri debet. Quicquid enim sit de ritu ipso mixti calicis, ratio allata certe nulla est, et constitutionis Alexandrinae rationem aliam significauit Platina. Loca autem Hieronymi et Conciliorum ueterum, unde sua consarcinauit Pseudo-Alexander, suis numeris indicauit Blondellus, quae nos huc transcribere noluimus. Neque etiam urgebimus, quod ROBERTVS COCVS monet, annis primis ducentis in Ecclesia Christiana, nec nomen Trinitatis, nec fidem de Trinitate adeo distincte et expresse fuisse traditam, uti ea in Epistola ista fusissime tractatur, quodque sanctae sedis Apostolicae i. e. Romanae non tantum primatus ordinis, seu πρωτοθρόνια, sed tribunal supremum, adeo extollitur, ut fastum illum secutis temporibus demum in lucem editum, citius, quam aetas illa ferebat, arguat.

§. 39. At nos, missis illis, decretum peculiare de aquae lustralis consecratione et usu, iam accuratius expendemus, quod cum prioribus in Epistola contentis ineptissime connectitur. Nam cum de oblatione Eucharistica disseruisset, in aquam illam sic delabitur, ut cum uino Eucharistico aquam falsam miscendam statuere crederes, sic pergentem loqui: *Aquam* ENIM *sale conspersam populis benedicimus.* Sane uel in absurdum illud concedendum erit, uel alias fatendum; recte scripsisse Blondellum : *Imperite a particula enim bardus impostor oraitur decretum quod cum praecedenti nullo modo cohaeret.* Habet autem

autem etiam particulam istam *enim* in recensione huius decreti FRANCISCVS IOVERIVS Valentinus, in Sanctionibus Ecclesiasticis, quas A. 1555. Parisiis edidit, Classe tertia, p. 99. b.

§. 40. Decretum ipsum aquae lustralis duabus constat partibus : Propositione et Confirmatione. Propositio tribus constat membris. Non solum enim *quid* fiat, seu *specificationem* ritus, ut scholae loquuntur, exponit, sed et *finem*, cuius caussa obseruetur, et denique *mandatum* ad omnes sacerdotes, de ritus huius *exercitio* tradit. Confirmatio argumenta continet, quae efficaciam ritus illius probent, adeoque ritum ipsum commendent, eaque tria, ab analogia (1) ritus ueteris Leuitici ; (2) actus Prophetici ab Helisaeo parrati, (3) tactus fimbriae uestimenti Saluatoris, petita. De quibus singulis, quoad utramque partem et partium membra, iam distincte nobis agendum erit.

§. 41. Quid fiat, paucis exponit Pseudo-Alexander: *'Aquam sale conspersam populis benedicimus*, ait, eaque *adspergi cunctos* docet. Sic rem duplicem aquae et salis, simul actum duplicem, quod et misceantur res illae (seu quod aqua sale conspergatur) et aqua salsa aspergatur hominibus, memorat; ut *materiae remotae* et *propinquae* ratio appareat. Addit benedictionem, quae *formam* rei sacrae rituique ipsi largiatur.

§. 42. Aquae et salis nomina, uti res ipsa, nota sunt; neque, opinor, difficultatem h. l. habent. Nisi forte huc referamus quaestiones, u. g. an, si sacerdos intendat totum flumen benedicere, effecturus sit? an, si puteum? si fontem? Verum hae non tam ipsam aquam eiusque differentias, quam benedictionem aquae, attinent : ideoque hactenus differri possunt.

§. 43. Mixtio aquae et salis non minus manifesta est, licet *conspersionis* nomine maluerit uti scriptor. Scilicet actus, quo salis cocti, et in sicco concreti, particulae iniiciuntur aquae, sparsio recte dicitur, quando *spargere*, iuxta Lexicographos, est quasi per spatium aliquid agere; qua ratione semina,

mina, folia, nummos ſpargere dicimur, quae diuiſim et per ſpatia, non uno cumulo, proiiciuntur, unde et ſales carnibus, proprie, ſales etiam orationi, metaphorice aſpergi dicuntur. Cum autem ſal in humido liqueſcere conſtet, tanto magis apparet mixtio ſalis in aquam coniecti cum aqua ipſa, praeſertim ſi haec mota non nihil fuerit. Nam et ſicca inter ſe, uti grana tritici et uilioris frumenti, ſuo modo miſcentur. Vnde non erit, cur in uerbis conſperſionis et mixtionis moueatur ſcrupulus. Aquam ſalſam eſſe, negari non poteſt. Quod autem hac aqua, ſale conſperſa, aut mixta, homines *aſpergi* dicuntur, non minus ad ſenſum patet. Applicationem aquae ad ſubiectum aliquod denotari, clarum eſt. Eandem non fieri per immerſionem; uerum huic adſperſionem contradiſtingui, nemo non intelligit. Sane et uaſa, aquam luſtralem *applicantia*, a *continentibus* aquam, diſtingui; et *haec* quidam aquaminalia, aut aquaminaria, labra, malluuia, pelues, fauiſſas, praefericula etc. *Illa* uero adſpergilla atque adſperſoria dici conſueuiſſe; ex ROSINO et PHIL. CAROLI de Antiq. Rom. STVCKIO, et B. SAVBERTO de Sacrificiis, GVIL. de CHOVL. lib. Gall. de la Religion des Anciens Romains Lugd. A. 1567. i. e. de Religione antiqua Rom. aliisque nouimus. Aſperſio ipſa uero in Eccleſia Romana, non tantum fieri ſolet mediante aſpergillo communi, tanquam inſtrumento, quo multis ſimul aqua benedicta applicari poteſt et ſolet; uerum etiam digitis ſingulorum, (qui ſuperſtitionem amant) aquae in labro aut malluuio contentae immiſſis, quibus ipſi guttulas adhaerentes ſibi conferunt. Itaque nec his tradendis inhaerebimus diutius.

§. 44. Formam ritus, circa aquae ſalſae adſperſionem occupati, in benedictione conſiſtere, diximus. Sic enim expreſſe auctor decreti: *Aquam ſale conſperſam populis benedicimus.* Eſt autem *benedicere* hoc loco idem, ac conſecrare aliquid, aut ſanctificare. Nam quod alias Deum aut Deo homines benedicere dicuntur, ac Deus hominibus aut homines benedicere, id ad praeſens non pertinet. Ceterum et Graecis τὸ ἐυλογεῖν et τὸ ἁγιάζειν, ἁγιασμὸς, et ἐυλογία frequenter idem ſignifi-

significant, uti et Hebraeis nomina קדוש et ברכה, quod pluribus ostenderunt IS. CASAVBONVS, Exercit. Baron. XVI. n. XXXIII. p. m. 518. edit. Lond. et H. GROTIVS Not. ad *Matth. XXVI. v. 27.* ubi et aquam baptismalem benedictam, panem Eucharisticum benedictum, a Patribus appellari, memoratur.

§. 45. Pontificii inter benedictiones *constitutiuas* et *inuocatiuas tantum*, distingunt, uti apud CAIETANVM 2. 2. q. 88. a. 11. NAVARR. Comment. de spoliis Clericorum §. 18. num. 9. SVAREZ. T. 1. de relig. tr. 3. lib. 4. de Simonia c. 14. num. 1. uidere licet, quos sequitur LAYMANNVS Theol. Moral. Lib. V. Tr. IX. Cap. XIII. num. 4. p. m. 345. Dicunt autem benedictiones Constitutiuas, *quibus res sacrae constituuntur, aut ad usum profanum sine irreuerentia applicari non possint.* Inuocatiuas tantum, *quibus res sacrae non constituuntur, neque ab usibus profanis secernuntur, sed adhibentur tantum ad inuocandum speciale Dei auxilium, circa praesentiam, uel usum talium rerum.* Posteriore modo benedici cibos, domus, quae ad usum profanum adhibentur, ad priorem pertinere aquae, olei, et similium rerum, consecrationem. Nec negandum est, fideles piosque homines, precibus ad prandia coenasque utentes, hoc sensu benedicere cibis ac potibus suis, qui tamen non ideo communi usui subducuntur, aut pabulum corporis uulgare esse desinunt. Sed de his nobis h. l. laborandum non est, quando benedictionem aquae, de qua quaerimus, esse constitutiuam rei sacrae agnoscunt Pontificii, et monent, et inculcant. Annon autem in benedictione, quem inuocatiuam tantum uocant, similiter superstitionis rei sint Pontificii? post paulo, data occasione uidebimus.

§. 46. Equidem et *personarum* non minus, quam *rerum*, benedictionem tradi solere nouimus, prout Laymannus l. c. p. 345. ad *priorem* refert Abbatum, uirginum, uiduarum, sponsorum, item, quae super populum fiunt, benedictiones: *Posteriorem* etiam ampliorem facit; esse uidelicet aquae, uini, olei, cerae, domus, nauis, uestium, uasorum, altaris, Ecclesiae etc.

qua

qua poſtrema nota indicat, plures dari res, benedici aut conſecrari ſolitas. Nam et herbas, campanas, ignem, et alia ſimiliter ab illis conſecrari, notum eſt. Et uideri poſſunt, quae ſub titulo *de Magica et ſuperſtitioſa Benedictione et Conſecratione creaturarum ſub Papatu*, collecta exhibet IOACHIMVS VRSINVS, quiſe Anti-Ieſuitam ſcribit, in libello Ambergae edito A. 1610. quem uocat *Ieſuitici Templi ſtupenda*. pag. 285. ſeqq. ad 332.

§. 47. Nobis, dum aquae benedictio negotium faceſſit, notanda eſt uarietas, hic quoque occurrens. Nam et GVIL. DVRANTES (ſiue Durandus) Epiſcopus Minatenſis in Rationali diuinorum offic. L. IV. Cap. IV. fol. 49. b. edit. Argent. A. 1493. *quatuor genera aquae benedictae* recenſet. *Primam* dicit, *in qua ſit iudicium purgationis*: (et uidetur reſpicere ritum Iudaicum, in caſu Zelotypiae, ubi mulier ſuſpecta aquam, ſed maledictam potius, quam benedictam, bibere iubebatur) *quae in uſu* amplius *non ſit*. *Secundam* aquam, *quae ſanctificatur in dedicatione eccleſiae et altaris*. *Tertiam* eſſe, qua *in eccleſiis aſperguntur* homines. *Quartam*, *aquam baptiſmi*, non tamen eius, quo initiantur homines, ſed *qua ſolebant aſpergi, priusquam chriſmarentur*, quod ſuo tempore *adhuc* factum ſit *in quibusdam* locis; *interdictum* tamen, *quia putauerint, ſe iterum a peccatis huius aquae aſperſione mundari, cum tamen conſtet, nullum bis baptiſari poſſe*. De tertia igitur, et nos iuxta ipſum praecipue agemus, licet et ſecundae interdum mentio ſit facienda.

§. 48. Sic autem iam primum obſeruari debet modus ille benedicendi, qui et exorciſmo conſtat et inuocatione Dei, ad uirtutem nouam aquae conferendam, quodque aquae et ſalis exorciſmus ſeorſim fit, et praeter preces etiam ſignaculo crucis perficitur. Sane etiam *Amalarius Fortunatus*, Treuirenſis Epiſcopus, de Eccl. Offic. Lib. I. Cap. XXV. modum conſecrationis aquae deſcripturus, *Primo* ait, miniſter *oratione mundat et ſerenat habitaculum hoſpitis, qui Deum debet ſuſcipere. Tum ipſum Hoſpitem alloquitur, et gratias agit, quod uoluerit in tam humile hoſpitium deſcendere. Recolit miracula per Aquam facta. Expellit deinde Diabolum ab aqua. Aquam munit ſigno Crucis. Prima*

benedictio est: Benedico te, Creatura aqua, per Deum viuum, qui te separauit ab arida. Secunda: Benedico te per Iesum Christum, qui te in Cana Galileae conuertit in vinum. Spiritus S. oratur, ut aquas etiam purificandis mentibus efficaces reddat, et veniat ideo in Naturam aquae. Descendat in hac plenitudine Fontis virtus Spiritus tui etc. Visitatior autem formula exorcizationis ac benedictionis salis et aquae non solum in *Pontificali* Romano edit. Venetae fol. 107. 108. sed et *Missalibus* Pontificiis communibus, et nominatim in *Missali* secundum ritum *Augustensis* Ecclesiae sub Henrico Episcopo A. 1580. fol. 10. sequentem in modum extat. Incipit exorcismus salis: *Exorcizo te, creatura salis, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui, te per Helisaeum Prophetam in aquam missi, iussit, ut sanaretur sterilitas aquae, ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, ut sis omnibus te sumentibus sanitas animae et corporis, et effugiat atque discedat ab eo loco, quo aspersum fueris, omnis fantasia, uel nequitia et nersutia diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus, per eum, qui venturus est, iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem.* Sequitur Oratio: *Immensum clementiam tuam, omnipotens aeterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere ac sanctificare tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, et quicquid ex eo tactum, uel aspersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae, per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Resp. Amen.* Aquae exorcismus talis est: *Exorcizo te, creatura aquae in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Iesu Christi Filii eiusdem, Domini nostri, et in virtute Spiritus † Sancti, ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare ualeas, cum Angelis suis apostaticis, per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui etc,* ut antea. Sequitur et hic oratio: *Deus, qui ad salutem humani generis, maxima quaeque sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius inuocationibus nostris, et elemento huic, multimodis purificationibus praeparato, uirtutem tuae benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abiiciendos daemones morbosque pellendos diuinae gratiae sumat*

ſumat effectum, ut quicquid in domibus, uel in locis fidelium haec unda aſperſerit (reſperſerit, legunt alii) *careat omni immunditia, liberetur a noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens; diſcedant omnes inſidiae latentis inimici, et, ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquae effugiat, ut ſalubritas per inuocationem tui ſancti nominis expetita, ab omnibus ſit expugnationibus* (alii habent, *impugnationibus*) *defenſa, per uirtutem Domini noſtri* etc. uti ſupra Mixtio deinde Salis et Aquae benedictae fit adhibitis uerbis: *Haec commixtio ſalis et aquae efficiatur ſalutare ſacramentum, in nomine Patris et Filii et Spiritus † Sancti.* Accedit Oratio: *Deus inuictae uirtutis auctor, et inſuperabilis imperii Rex, ac ſemper magnificus triumphator, qui aduerſae dominationis uires reprimis, qui inimici rugientis ſaeuitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potenter expugnas, te, Domine, trementes et ſupplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam ſalis et aquae dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuae more ſanctifices, ut, ubicunque fuerit aſperſa, per inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abiiciatur, terrorque nenenoſi ſerpentis procul pellatur, et praeſentia ſancti ſpiritus nobis, miſericordiam tuam poſcentibus, ubique adeſſe dignetur.* Denique ipſi aſperſioni aquae benedictae noua iungi iubetur Oratio: *Praeſta nobis, quaeſumus Domine, per huius aſperſionem aquae, integritatem mentis, ſanitatem corporis, tutelam Salutis, ſecuritatem ſpei, corroborationem fidei, hic et in aeterna ſecula ſeculorum.*

§. 49. Enimuero *exorciſmi* illi non obſcure oſtendunt ſententiam Pontificiorum, quaſi creaturae aquae et ſalis non conſecratae poteſtate inimici ſint infectae et incurſione daemonum contaminatae, aut obſeſſae ab illis, qui demum per adiurationes iſtas ſint expellendi et creaturae liberandae. Quid enim alias ſibi uolunt uerba illa: *Exorcizo te, creatura ſalis, ut efficiaris ſal exorcizatum. Exorcizo te creatura aquae, ut fias aqua exorcizata.* Quibus reſpondet, quod alias adhibent: *Exorciſo te, omnis uirtus Diaboli, ut omnis fantaſia eradicetur, et effugetur ab hac creatura aquae* etc. Atqui iſta olim fuit *Tatiani, Manetis et Manichaeorum* ac *Priſcillianiſtarum* improba opinio, cum qui-

bus in eodem luto haerere Pontificios, quantumcunque a se culpam illam amoliri conentur, pridem est, quod obseruarunt nostri: Certe abusum istum nominis diuini ad eiusmodi incantationes et exorcismos rerum a Deo conditarum, quae bonae sunt, seuere castigarunt. Vid. M. CHEMNITIVS Exam. Conc. Trid. P. IV. p. m. 168. seqq. Auctores Tract. *de Causis recusati Conc. Trid.* Caul. VIII. p. m. 119. seqq. C. W. PLATZIVS Luc. Succ. Err. Pont. Loc. XCVIII. p. 603. I. HEILBRVNN. Pap. Acathol. Art. XIX. P. III. cap. II. p. 759. ARN. MENGERING. Inform. Conscient. Euang. Dom. VII. Trin. P. II. Q. I. p. 651. LVD. DVNTE Decis. Cal. Consc. Q. XLIV. p. 229, 230.

§. 50. Equidem, quod Nostrates Pontificiis obiecerunt locum *1. Tim. IV. 4.* quo dicitur, *Omnem creaturam Dei bonam esse*, indeque concludunt, non esse illas Daemonum ui ac potentia inquinatas: Mox illi ex aduerso prouocant ad uerba proxime sequentia; *Sanctificatur enim per uerbum Dei*: quasi uidelicet hic intelligatur uerbum illud exorcismorum, per quod, *repressa Daemonum potestate*, cui *permissae sint creaturae, usibus hominum seruientes, per peccatum, res illae reddantur urentibus salutares.* Sic enim GVIL. ESTIVS Comm. ad h. l. p. m. 772. sic etiam IAC. KELLERVS in Pap. Cath. et apud Zeaem. in Contin. Pap. Acath. p. 885. Sic et GVIL. BAILIVS in Catech. Controu. Tract. II. Q. XVII. Verum hoc est, in re sacra ludos facere, quasi non detur uerbum Dei, quo sanctificari queant creaturae, nisi quod ad magicae consecrationis formam compositum est. Quodsi uel ipsos, qui in Ecclesia Romana sunt, Doctores consulamus, praesto erunt, qui per uerbum Dei l. c. *Filium Dei*, qui est uerbum Patris, intelligunt, uti *Glossa ordinaria*, quam uocant, testatur. Alii uerbum, *quo factae sunt* creaturae, intelligentes, ὑποστατικὸν sit? an προφορικὸν, non exprimunt. Vid. EMANVEL SAA in notis. Alii uerbum exponunt de ipsa *fide*, quod nec diffitetur ESTIVS, et CLAVDIVS GVILLANDVS, Doctor Sorbonicus, agnoscit, illud denotari, *quo credimus, nihil amplius communi et immundum dici.* Qua tamen ratione dici posset, intelligi uerbum *reuelationis*, quod est principium fidei, prout Nostra-

Noſtratium aliqui huc referunt uerbum *donationis*, quo Deus manum quaſi aperiens, uſum creaturarum hominibus conceſſit; et uerbum *declarationis in Nou. Teſtam.* quo ſublatum eſt diſcrimen illud mundorum et immundorum, et omnia mundis facta ſunt munda. Itaque hactenus apud Paulum nihil eſt, quod exorciſmos illos probet, aut fulciat. Nam et illud nihil eſt, quod Eſtius ex *Rom. VIII. u. 20.* ubi *creatura* dicitur *uanitati ſubiecta*, colligit; eam eſſe in *poteſtate* Diaboli, *principis mundi.* Neque enim conſequentiam probat. Et reuera aliud eſt, Satanae certo modo competere dominatum mundi, aliud, Satanam et Angelos ita creaturis ineſſe, aut adhaerere, ut hae non poſſint tuto uſurpari, niſi per certos ritus atque adeo exorciſmos malus Daemon expellatur.

§. 51. Attamen nec patiuntur Pontificii, ſi dicatur, Paulum loqui de oratione et precibus fidelium quorumuis, ad uſum creaturarum licitum piumque ſpectantibus: *Apoſtolum* enim loqui *de benedictione, quam homo in quasdam creaturas effundat, certis precationum formulis bonitatem Dei implorando, ut creaturam benedictam certa quadam uirtute et priuilegio donare ueliut.* Quae uerba GVIL. BAILII ſunt l. c. Verum hoc eſt petere id, quod eſt in principio, ac propterea tamdiu reiicitur, donec firmius probetur. Quod tamen fruſtra expectabimus.

§. 52. Noſtrates autem ex aduerſo etiam recte monent, preces ac benedictiones omnes, ut congrue et cum effectu fiant, juxta uoluntatem Dei fieri debere, eam quidem, quae in uerbo Dei eſt reuelata: Itaque non eſſe, ut orando, aut benedicendo *certam uirtutem* certaque *priuilegia* impetrare ſtudeamus creaturis, quae Deus illis, aut per illas, largiturum ſe nusquam reuelauit, aut promiſit; Hoc enim potius idem fore, ac tentare Deum, et abuti nomine eius. Grauiter, more ſuo, B. LVTHERVS Conc. II. de Paedobaptiſmo Tom. VII. Altenb. p. 440. a. Hier ſoll man fragen: Lieber, wo? und wer iſt der Stiffter, der ſolches geheiſſen habe? haſt du auch ein Wort, oder Befehl GOttes, ſo da ſagte, das ſolt du thun? So ſolt du Saltz, oder Waſſer weihen, und ſolche Wort darüber ſprechen,

wo ſolch Wort nicht iſt, da iſt und gilt nichts, was man ſonſt für Zeichen und Wort braucht, daß auch die Tauffe ohne dieſes kein Sacrament wäre, ob gleich beyde Waſſer und Wort darüber geſprochen wäre. Quod autem benedictiones illae etiam ſteriles ſint, nec obtineant, quod Pontificii iactant, infra, ubi de efficacia aquae benedictae agendum erit, diſpiciemus.

§. 53. Iam tamen et illud paucis expendemus, quomodo benedictionem iſtam ſuam aduerſarii probent ex Scripturis, et quidem (1) *exemplo Chriſti*, qui *panibus ſeptem benedixiſſe* legitur *Marc. VIII. u. 6.* Prae aliis in hoc argumento urgendo uerboſus eſt THOMAS STAPLETONVS, Promtuar. Cathol. pag. 287. Sed quis non uidet diſparitatem factorum uti ipſarum perſonarum? Quanquam enim, iuxta exemplum Chriſti, cibis ſumendis precatio, et hoc ſenſu benedictio, recte praemittatur, quod et nos facimus, hic tamen quaeritur, partim de exorciſmis creaturarum, quae benedicendae putantur, partim de benedictione ad conſequenda certa priuilegia, uti ex dictis conſtat. Quorum prius alienum eſt a facto Chriſti, poſterius, ſi maxime pro ratione miraculi affirmetur, non tamen aeque in imitationem trahi poteſt, aut debet.

§. 54. Afferunt autem etiam (2) locum *Marci XVI. 18.* ubi Chriſtus de Apoſtolis ſuis: *In nomine meo*, ait, *eiicient daemonia*: quaſi uidelicet ui horum uerborum, tanquam ex uoluntate, et iuſſu Chriſti, ex creaturis, aqua et ſale, et per has porro ex rebus ac locis aliis eiici debeant daemonia. Vid. KELLER. Pap. Acath. l. c. Sed quis non uidet futilitatem conſequentiae (1) ab eo, quod in Eccleſia plantanda locum habiturum erat, ad Eccleſiam plantatam. (2) ab eiiciendis daemoniis, ſicubi in hominibus obſeſſis deprehenduntur, ad eiectionem daemoniorum ex aqua et ſale, quibus non inſunt, (3) ab actu, in nomine Chriſti praeſtando, ad formulas illas humanarum conſtitutionum, per media non ordinata, et ad effectus nusquam promiſſos.

§. 55. De *ſigno Crucis*, quod in benedictione ſalis et aquae adhibent Pontificii, notamus, eſſe quidem ſignum ipſum

in

in ſe ceremoniam liberam, et quando fit per modum confeſſionis fidei noſtrae, aut tanquam commonefactio crucis Chriſti, per quam regnum et opera diaboli deſtructa ſunt, non improbari a nobis : Quod autem in conſeruatione rerum illarum ad uſum a uerbo Dei alienum uſurpatur, id quidem probari non poſſe. Prout nec efficaciam ligno illi talem, tantamque, qualem et quantam ei tribuunt Pontificii, agnoſcimus, de qua ſuo loco.

§. 56. Interea uel paucis attingenda eſt quaeſtio inter ipſos Pontificios agitata : *Vtrum aqua haec benedicta ſit ſacramentum? an non?* Quanquam enim expreſſe uocetur *ſacramentum* in formula conſecrationis, ſupra §. XX. exhibita, tamen AZORIVS P. II. Theol. Mor. Lib. IX. C. XV. p. 1545. confidenter ſcribit: eſſe *communem ſententiam Theologorum, non eſſe ſacramentum :* etſi ſimul ipſe diſputet, eſſe *aliquid ſacramentale.* Nimirum inter ſeptem illa ſacramenta, quae uulgo celebrant, non numeratur aqua benedicta, quoadusque a baptiſmali diſtinguitur. Et Azorius etiam rationes addit, quare aqua illa non ſit ſacramentum, *quia*, ait, *gratiam non confert, nec delet lethalia peccata.* Atqui nec matrimonium in coniugatis, neque Ordo in ordinatis peccata lethalia delet, quae tamen Pontificii pro ſacramentis proprie dictis habent. Vnde ipſi ſibi parum conſtare uidentur. Nam et de *gratia, conferenda* per ſacramentum, ualde uariant, utrum per eam intelligi debeat gratuita reconciliatio, remiſſio peccatorum et acceptatio ad uitam aeternam? an effectus gratuitus qualiscunque? Scilicet nota eſt diſtinctione inter gratiam *gratis datam* et *gratum facientem.* Quanquam h. l. ubi Azorius cum *gratia* coniungit τὸ *delere peccata lethalia*, nomine gratiae *iuſtitiam* habitualem intelligere uideatur, quae nos Deo gratos faciat, prout *gratiae* et *iuſtitiae* nomina in doctrina de Sacramentorum efficacia haud raro a Pontificiis permutantur. Sic autem redit quaeſtio : Vtrum, ſtante ſententia de ſeptenario numero ſacramentorum, ad omne ſacramentum, uelut ex natura communi ſacramentorum, requiratur, ut gratiam illam, ſeu iuſtitiam habitualem conferat? Quodſi uero etiam ad uerbum *conferre* atten-

attendamus, notum eſt, quod Doctoribus quibusdam Pontificiis ſufficiat ad ſacramentum, ſi *ſignificet* effectum gratuitum a Deo conferendum, ita ut dicantur ſacramenta *conferre gratiam, non quia ipſe producant ullo modo illam; ſed quia ipſis adhibitis Deus ex pacto et promiſſione quadam gratiam producat et conferat.* Ita enim BONAVENTVRA in IV. Sent. D. I. art. I. Q. IV. et SCOTVS D. I. Q. IV. et V. Verum hac ratione non immerito iam pridem B. MARTINVS CHEMNITIVS: *Si*, inquit, *ſignum ſignificans effectum Dei gratuitum efficaciter, eſt ſacramentum, quomodo non erunt ſacramenta benedictio Monachorum, Aqua benedicta, Roſa benedicta, Enſis benedictus, Agnus Dei, benedictio herbarum, campanarum, imaginum, inunctio regalis, conſecratio templi, coemiterii, altaris* etc. *Illa enim fiunt certis conſecrationibus, et finguntur habere ſpirituales effectus. Aliquid quidem reſpondent ſcholaſtici, alius aliud. Sed tamen nec ſe ipſos expediunt, nec lectoribus ſatisfaciunt.*

§. 57. Recte etiam GABRIELIS BIELIS *ingenuitas* a Chemnitio probatur, *qui dicit, aquam benedictam non eſſe ſacramentum, quia deſit diuina inſtitutio.* Locus habetur in IV. Sent. D. I. Q. I. a. I. Sed eodem iure etiam concludendum erit, aquam benedictam *non eſſe aliquid ſacramentale*, quia deſit diuina inſtitutio. Quando enim iuxta Azorium l. c. aqua benedicta dicitur *quid ſacramentale, quia nos aliqua ratione ſanctificet, eo quod mundet a uenialibus noxis, et quodammodo praeparet ad ſacramenta recipienda, quatenus arceat daemones et eorum nequitiam reprimat, et diſſoluat inſidias:* Profecto dubium naſci, neceſſe eſt, an, ſi deſit diuina inſtitutio, praeſtare talia poſſit Aqua benedicta, atque adeo eſſe aliquid ſacramentale.

§. 58; Equidem Eccleſiae auctoritarem hic praetendent aduerſarii, quo nomine Romanam ſuam intelligunt. Verum et hoc eſt petere id, quod eſt in principio. Neque enim, praeter Dei uoluntatem reuelatam, media gratiae conſtituendi facultas Eccleſiae competit: Neque, quod uerae Chriſti Eccleſiae conuenit, ideo arrogare ſibi poteſt Alexander aliquis, aut Curia Romana, quali Eccleſiam, eamque uniuerſam, perfecte repraeſentet.

§. 59.

§. 59. Iam olim a B. HEILBRVNNERO obiectum fuerat Pontificiis, ritum illum exorciſcandi ſalem et aquam, diuina inſtitutione deſtitutum, et tamen pro opere cultus diuini ac medio gratiae habitum, pro ſacro haberi non poſſe, ſed aduerſari praeceptis diuinis, primo et ſecundo. KELLERVS itaque per inſtantiam ſatisfacturus argumento: *Nonne*, inquit, *Deum colis, cum audito nomine eius pileum moues: Quare igitur dicendus eris contemnere, quando in honorem eius aqua conſecrata te conſpergis?* Reſponſio autem facilis eſt, ſi notemus differentiam *inter* ritus, qui non niſi reuerentiae, aut deuotionis internae teſtandae cauſſa fiunt, ſine reſpectu ad conſequendam per eum gratiam, aut beneficia corporalia, uel ſpiritualia, et *inter* ritus, qui cum tali reſpectu, ſiue ſub opinione ſingularis cultus et efficaciae celebrantur. Nempe ad prioris quidem generis actus ſufficit generale mandatum de honore non tantum animo, ſed et ſignis externis congruis, Deo exhibendo, *poſteriores*, quando praecepto Dei deſtituuntur, utique in uitio ponendi ſunt, nequaquam autem pro actibus ſacramentalibus habendi.

§. 60. Sed iam ordo tractationis poſtulat, ut *cui bono* ritum illum aquae benedictae receperint, ac ſeruent et commendent Pontificii, diſtinctius conſideremus. Quanquam enim aliqua uelut obiter dicta ſint hactenus: Tamen operae pretium eſt, paulo accuratius hic attendere. Pertinet autem huc decreti noſtri prima periodus: *Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, ut ea cuncti aſperſi ſanctificentur ac purificentur.* Quibus uerbis *Finis Cui* et *Cuius*, ut ſcholae loquuntur, deſignatur: Ille quidem, cum *populorum* fit mentio; Hic uero uerbis *ſanctificandi* et *purificandi.* Populus, inquam, aut populi, ſunt ſubiectum illud, in cuius gratiam benedicenda dicitur aqua, cui applicari per aſperſionem debeat aqua, ad bonum aliquod inde conſequendum. Ipſa uero ſanctificatio et purificatio ſunt bonum illud, cuius obtinendi cauſa et benedici aqua debeat, et benedicta aſpergendo communicari populis.

§. 61. Ac *populi* quidem nomen, quo hominum multitudo

intelligitur, nihil habere uidetur difficultatis. Alias autem, et per experientiam patet, non tantum multitudinem aliquam collectam simul, uel ut uno aspersionis actu; uerum etiam singulos seorsim, ad participationem aquae consecratae admitti. De eo tamen quaeri poterat, annon latius pateat subiectum, cui aqua illa applicatur, quam ut populi, homines solos complectentis, ambitu terminetur? Nam et pecora, et herbas, et domos, supellectilem, altaria, templa, coemiteria etc. conspergi solere aqua consecrata nouimus, quemadmodum in ipso decreto *sterilitatem rerum*, rerum, inquam, quae homines non sunt, *auferre* dicitur *aqua sacrata*. Et AZORIVS l. c. docet, *aquam in Ecclesia sacrari, benedici et adhiberi, ad aspersionem* non solum *hominum* et *domorum*, uerum etiam *quarumlibet rerum uenientium ad usum nostrum*. Itaque et haec omnia *sanctificari et purificari* dicenda erunt, quod nec negauerint, opinor, Pontificii, quamuis, aliter homines, aliter res ratione carentes, atque etiam inanimatas sanctificari, dixerint, de quo mox uidebimus. Et fortasse ideo non tam res eiusmodi, quam homines, Finem Cui huius ritus sacramentalis, (uel quasi,) esse perhibebunt aduersarii, quia, quicquid mediante aqua benedicta, in res alias confertur, id in usum populi destinetur; ideoque non tam illarum, quam huius causa et bono, fieri soleat.

§. 62. De ipsis uero hominibus notandum, quod non tantum adulti et ualentes, ad sacra publica celebranda accedentes, siue in ipso aditu, prae foribus templi, siue intra templum, (quod in uulgus notum est,) uerum etiam infirmi, seu aegroti, puerperae, imo et cadauera hominum mortuorum aqua salsa et benedicta conspergi soleant. Sic enim *Discipulus de tempore* serm. 110. *Bonum est, habere aquam benedictam circa lectum et circa mulieres, quae iacent in puerperio, et maxime circa infirmos, qui sunt saepe aspergendi aqua benedicta ad effugandum phantasma daemonum*, Et in *speculo Ordinandorum* cap. 24. pag. 10. haec legimus: *Aqua lustrali asperguntur cadauera hominum, ne Daemones corpora fidelium accedant.* Nec tantum his, qui sunt, aut fuerunt in Ecclesia, aquam donant, sed et his, qui extra Ecclesiam sunt. Certe *apud Sinenses, Ethnicos* non minus, quam *Neophytos*,

tos, aqua luſtrali conſpergi ſolere ad depellendas aegritudines, teſtis eſt NIC· TRIGAVTIVS Annal. Rer. Iapon. p. 73. edit. Aug. Vindel. A· 1615.

§. 63. *Sanctificationem* ipſam quod attinet, tanquam *Finem Cuius*, ſeu bonum hoc ritu obſeruato obtinendum, ea reſpectu hominum non una et ſimplex, ſed uaria et multiplex eſſe perhibetur.

§. 64. Generale eſt, quod dicit MARSILIVS COLVMNA, eſſe eam *egregium plane ſalutis medium, auferens impedimenta gratiae* Hydragiol. Sect. III· Cap. 2. §. 2. Atque eo communiter refertur, quod *deleat uenialia peccata.* vid. DISCIPVLVS de TEMP· l. c. BELLARM· L· III· de Cultu SS· cap. VII· §. Nota etc. AZORIVS P· I· Inſtit. Mor. L· IV· Cap. XI· Q· IV· p. m. 250. b. GREG· de VALENT· T· IV· Diſp. VII· Q· IV· P· I· pag. m. 1634. C· COSTERVS autem Lib. de Sodal. B· Virg. p. 333. hac utitur phraſi, quod *remittat peccata uenialia.* In decreto Alexandrino dictum eſt, *ſacratum ſalem inquinatos ſanctificare et purgare.* Quod licet indefinite dicatur, non tamen generaliter intelligunt, neque, de peccatis mortalibus exponi, patiuntur, ſed ad uenialia reſtringunt, Gloſſator et auctores citati.

§. 65. Praeterea autem ſtatuunt Pontificii, aqua illa benedicta *ſpirituum immundorum ſpurcitiam de cordibus fidelium propelli*, DVRAND· Lib. IV· Rational. cap. IV· *atque adeo defendi nos a crebris malarum cogitationum incurſibus*, AZORIVS P· II· L· IX· Cap. XV· p. 1546. *Phantaſmata praua in oratione et aliis temporibus excludi:* COSTERVS l. c. Contra autem *mentem a terrenis rebus colligi, ac diſponi, ad deuotionem, et praeparari, ut rectius diuina myſteria peragat;* iuxta eundem, uel, ut AZORIVS loquitur, *excitari mentis* humanae *affectum ad pietatem et religionem erga diuina.* Quod uberius declaraturus BENZONIVS, docet, eſſe medium *quietans intellectum ab illuſionibus Daemonum, cordis tractum temperans, mundans et diſponens, ut deuote exerceat myſteria diuina, et digne ſuſcipiat res ſacras,* de Anno Iubil. L· IV· cap. 7. p. 432.

§. 66. Nec, tantum animae humanae in ſpiritualibus prodeſſe aquam ſaſſam et benedictam, perhibent, uerum etiam corpori, ad ſanitatem recuperandam, ac morbos depellendos. Quamuis enim, quod ſupra nos ex *Diſcip. de temp.* obſeruauimus, de uſu aquae, quem puerperis et infirmis praeſtet, ad phantaſmata Daemonum abigenda ſolum ſpectet, attamen et in Formula illa exorciſmi et benedictionis expreſſe mentio fit *ſalutis corporis*, per aquam illam obtinendae, et BELLARMINVS L. III. de Cultu SS. c. VII. *ad curandos morbos* uſurpari eam, uerbis ipſis affirmat, et COSTERVS l. c. *infirmitates corporum, ne inuadant, praecaueri*, et, *ubi occupauerint, praecurari*, ita *concedi ſanitatem, mentis* non ſolum, ſed *et corporis*, iactat. Imo et *morborum* hoc beneficio *pellendorum* mentionem facit formula exorc. et benedict. ſaepe memorata. *Apud Sinenſes* aquam luſtralem *ad depellendas aegritudines ſingulare praeſidium* eſſe, narrat NIC. TRIGAVTIVS Annal. Rer. Iapon. p. 73. Nec negligendum eſt, quod foecunditatem coniugibus hinc pollicentur, certe quod in decreto noſtro dictum eſt, *ſalem ſacratum auferre humanarum rerum ſterilitatem*, id COSTERVS l. c. *de curanda ſterilitate* ipſorum *hominum* interpretatur.

§. 67. Quod ad ea, quae *extra hominem* ſunt, uſui tamen humano aut ſeruiunt, aut nocent, attinet, non minus liberales ſunt Pontificii, in promittendis multis magnisque commodis, ac arcendis quibuslibet malis ac damnis. Sane Decretum noſtrum, praeter ea, quae modo recenſuimus, *et caetera bona*, addit, *multiplicat*, et *inſidias Diaboli auertit*. Sic ergo non tantum cauſam malorum inhiberi, atque ita indirecte commoda hominum alias furripienda, aut praepedienda, promoueri, uerum etiam alia et directa uia, procurari ea docent. Ad prius pertinet, quod in Form. exorc. et bened. oratur, *ut quicquid in domibus, uel in locis fidelium, haec unda aſperſerit, careat omni immunditia, liberetur a noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidiae latentis inimici, et, ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquae effugiat.* Vnde etiam COSTERVS ſcribit, *noxium aerem* ea *purgari, depelli peſtem et*

et omnem contagionem. Ad posterius pertinet, quod COSTERVS, inter *corporalia beneficia ubertatem bonorum* per aquam illam *impetrari*, perhibet, nimirum, uti *umenta* multiplicentur, ut agrorum prouentus sit amplior, quod ex contextu, et ui oppositionis ad *sterilitatem rerum* auferendam, facile colligitur.

§. 68. Ecce! autem exempla atque adeo testimonia efficaciae istius atque utilitatis tam grandis, aquae lustralis a Pontificiis memorata: simul tamen censutam iactatorum miraculorum necessariam. *Per aquam, crucis signaculo benedictam, magias et incantationes mali daemonis depulsas fuisse, testatur Epiphanius haeres. XXX. Palladius in historia Lausiaca c. 19. et 20. scribens de S. Macario Eremita, Theodoretus in historia Patrum in Macedonio:* allegante haec omnia LAYMANNO P. II. Th. M. Tract. IX. Cap. XIII. §. 1. p. m. 344. a. qui etiam §. 12. p. 348. b. haec subiungit: *Miracula facta per aquam benedictam legere potes apud Theodoret. Lib. V. cap. XXI. Gregor. I. L. I. Dialog. cap. 10. S. Bernardum in uita S. Malachiae, et plura apud* IACOBVM GRETSERVM *Lib. II. de benedictionibus* cap. 10. Similiter *Colonienses* in suo Antididagmate, ad commendandam aquam Lustricam, miraculum proferunt ex L. IX. c. XXXIV. *Tripartitae* historiae, de aqua a Marcello Apamcensi Episcopo precibus et signaculo crucis sacrata, qua effectum sit, ut Cacodaemon, templi Iouis destructionem impediturus, abigeretur, magnaque facilitate templum combureretur: Iem ex *Euseb.* L. VI. H. E. cap. VIII. de Narcisso Hierosolymorum Episcopo, qui aquam precibus consecratam in uigilia Paschatos, oleo deficiente, lampadibus infundi iusserit, eo successu, ut aqua in oleum mutaretur, ac nocte tota lumen in lampadibus foueretur. Iactatur etiam ex *Vincentii* speculo Lib. XXV. cap. LXXXVII. quod Monachi Ibericeltumbensis coenobii foetorem teterrimum, ex fulminis ictu ortum, aquae consecratae aspersione abegerint, ex ALB. CRANZII Vandalia L. V. c. XLII. de Euermodo, Racesburgi Episcopo, qui in die Paschae captiuos aliquot miraculose liberauerit, dissolutis aqua benedicta adsperſa catenis. De S. BONIFACIO P. CVTSEMIVS in Historia p. 18. b. memorat,

quod, per ſtridentes flammarum globos ingreſſus, illaeſus exiterit, cum prius aqua ſanctificata et incenſo thure undique perluſtraſſet ignis ſtruem. Plura uideri poſſunt apud SVRIVM in uſtis ſanctorum, apud KELLERVM in Pap. Cathol. loc. cit. apud NIC. TIGAVTIVM L. IV. de Chriſt. exped. apud Sinas cap. VIII. *Sanctium* ad Tobiam p. 201. aliosque.

§. 69. De quibus ut, quod res eſt, appareat, *alia* quidem non attinere ad aquam luſtralem, ac proinde aliena eſſe a ſtatu quaeſtionis; *alia* incerta et fabuloſa; *alia* denique ad efficaciam erroris et ſuperſtitionum referri debere, monemus.

§. 70. Ea profecto, quae ex *Euſebio* et *Hiſtoria Tripartita* memorabantur, non docent, aquas illas fuiſſe luſtrales. Extraordinaria et ſingularia plane fuerunt, quae non ideo in materiam legis, ad inſtituendum talem ritum, abire debebant, ſi forte ad Chriſtianae religionis commendationem mediis eiusmodi uti aliquando placuerit Deo. Tale autem etiam eſt, quod *Epiphanius* l. c. narrat, de accenſo igne (quem hoſtes Chriſtiani nominis, magicis artibus inhibuerant) per aquam, precibus, ſed absque exorciſmo, ſacratam. Vnde non habemus, quod trahatur in morem, aut legem. Nam nec ideo, quod Deus aſinam Bileami loquacem reddidit, qua is contumaciae argueretur, propterea mos in Eccleſia inualebit, quo aſini conſecrentur, ut fiant monitores Doctorum in Papatu, ſi quando hi inobedientes Deo fuerint. *Theodoreti* Hiſtoria Patrum non eſt incorrupta: quod et *Gentianus Hervetus* agnouit, et monuit, in Theod. T. II. fol. 468. *Palladium* Hiſtoriae Lauſiacae auctorem, ab Hieronymo Ep. ad Cteſiph. et Epiphanio, Epiſt. ad Ioh. Hieroſ. T. II. Opp. Hieron. reprehenſum, nouimus. *Gregorii* M. Dialogos, ipſo *Poſſeuino* teſte, *uiri quidam docti Gregorio II. tribuunt, qui 125. annis Gregorio I. iunior eſt.* Certe fabuloſa multa in eis notarunt multi. *Italicis prodigiis plenos eſſe, nec in orationis genere, nec in rebus ipſis cum* Gregorii *reliquis ſcriptis congruere*, monuit B. M. CHEMNITIVS. Or. de Lect. PP. De iisdem quoque et Bedae ſcriptis non contemnendum eſt, quod *Melch. Canus* notauit Lib. II. LL. CC. Cap. VI. p. 640. *In hiſtoria An-*

Anglorum (ut et in dialogis Gregorii) quaedam miracula adnotantur, uulgo iactata et credita, quae huius praeſertim ſeculi Ariſtarchi incerta eſſe cenſebunt. Equidem hiſtorias illas probarem magis, ſi earum autores iuxta praeſinitam normam ſeueritati iudicii curam in eligendo maiorem adiunxiſſent. De *Bonifacii* autem auſu non deſunt, qui *tentationem Dei* fuiſſe iudicarunt, quod non minus de aliis dici poteſt.

§. 71. Ceterum, quae ſub Papatu, ad ipſam Aquae benedictae commendationem contigiſſe feruntur miracula, quamuis non dubitemus, multa eſſe conficta et falſa; ſi tamen aliqua, uti memorantur, acciderint, nos, qui ſuperſtitionem in actibus eiusmodi et abuſum nominis diuini cognouimus, non poſſumus non meminiſſe monitorum, quae de obſeruandis mendacibus ſignis et prodigiis, cauendaque credulitate intempeſtiua, non minus grauiter quam beneuole ſuo tempore dederunt, ac nobis reliquerunt Chriſtus *Matth. XXIV. 24.* et Paulus *II. Theſſ. II. 13. 14.* Nam et Satanas interdum ſimulare poteſt, ſe hoc, aut illo opere affligi, quo tamen delectatur, et, ut homines in talibus frequentiores ac ſtudioſiores porro ſint, inducere, nititur. Quod iam olim monuit B. LVTHERVS, praefat. Hiſtoriae de Virgine Moniali diuinitus liberata. Tom. II. Altenb. pag. 516. b. Nec de nihilo eſt, quod B. ZEAEMANNVS IAC. KELLERO obiecit: Si adeo torqueatur, tamque efficaciter fugetur Satanas per aquam benedictam, quemadmodum perhibent Pontificii, unde fit, quod in ipſo Papatu, inter ſacra Miſſarum, ſignationis crucis, aſperſionis aquae luſtralis etc. nemo maiorem prae ſe fert deuotionem, quam ſagae, quae Diaboli mancipia ſunt? quodque ipſi ſacrificuli, quorum iſta maxime negotia ſunt, haud raro cum Satana pactum habuiſſe et coluiſſe, aliqui etiam, prout eo tempore exemplum triſte et horribile extabat, infantes admodum multos in nomine Diaboli baptizaſſe, deprehenſi fuerunt. l. c. pag. 889.

§. 72. Quamuis uero, his obſeruatis, iactata illa aquae luſtralis efficacia, facile in uaporem abeat, aut per aerem diſſipetur, hic tamen etiam conſiderabimus, *quo Modo*, aut ratione eam

eam aquae illi competere, putent et doceant Pontificii. In Decreto noſtro nihil expreſſe definitur. Doctores autem diſputant: *Vtrum aquae, cum ſanctificatur, imprimatur aliqua uirtus inhaerens?* Et *Azorius* reſpondet: *Habet uirtutem diuinam aſſiſtentem tantum, non inhaerentem, ſanctificandi, purgandi* etc. P. II. Lib. IX. Alias autem, iniuriam ſibi fieri, queruntur, ſi quando ſententia ſua ſic accipitur, *quaſi eam uim aquae* benedictae *per ſe tribuerent.* Vid. *Greg.* de Valent. in Opuſc. Lib. II. de Sacrif. Miſſae Cap. V. p. 629. 2. a. b. KELLERVS l. c. et apud ZEAEMANN. p. 884. Aliquando etiam aperte fatentur, *effectus eiusmodi*, quales ab ipſis iactari, ante uidimus, *non conſequi ex opere operato infallibiliter* BELLARM. L. III. de Cultu SS. c. VII. SVAREZ. P. III. T. III. Diſp. IV. ſ. 4. AEGID. CONINCK. P. III. Q. LXXI. a. 3. dub. un. concl. 2. et hos ſecutus P. LAYMANN. Theol. Mor. L. V. Tr. IX. Cap. XIII. p. 344. 345. Addunt etiam rationem, quare effectus illi non ſint certi atque infallibiles: *quia* uidelicet *nullam ſpecialem Dei promiſſionem habeamus*, ut Laymannus loquitur, uel, ut Bellarminus: Quia *uim non habet ex pacto Dei expreſſo, quomodo ſacramenta*, et, pergit ille, *quia aliquando non expedit nobis, ut liberemur uel a morbo, uel a daemonis uexatione.* Sic nimirum, quando tale quiddam ſequitur, quod aquae benedictae tanquam medio efficaci adſcribitur, erit *contingens raro*, ipſa uero aqua benedicta erit eius *cauſa per accidens*, et *ex parte* quidem *effectus.* Re uera autem ſatius erat, abſtinere ab illis laudibus et commendationibus aquae luſtralis, quae millies adhibita, caret illo iactato fructu, atque uſurpatores ſuos fallit, et uel ipſius Satanae ludibrio exponit.

§. 73. Ne tamen putetur, nullum eſſe nexum inter aquam benedictam, cum uſurpatur, et inter bona illa, quae ſecuta aliquando feruntur, ſed, ut habitudo quaedam, tanquam cauſae et effectus appareat, uaria comminiſcuntur. COSTERVS quidem de ſord. B. Virg. affirmat, *ſanguinem Chriſti* per aquam ſacratam *nobis applicari*, ſed qualis ſit haec applicatio, non exponit. Et profecto ineptum eſt, ſtatuere applicationem hanc ſanguinis Chriſti ad nos, nec tamen unionem ſacramentalem aquae illius et ſanguinis Chriſti poſſe probare. Impium etiam eſt, aquam illam

illam aſpergere non tantum hominibus, ſed pecoribus, agris, puteis, herbis, domiciliis etc. ſi ſimul et per eam ſanguis Chriſti uere et realiter applicetur ſubiecto, cui aqua aſpergitur. Quae autem alia ſit ratio applicationis illius ſanguinis Chriſti per aquam luſtralem; ſibi et ſacris ſuis Eleuſiniis ſeruat Coſterus.

§. 74. *Bellarminus* l. c. docet, aquam benedictam habere uirtutem illam *ex precibus Eccleſiae et deuotione utentium.* Cui etiam I. KELLERVS conſentit. Et LAYMANNVS l. c. ſcribit: *Quia eiusmodi orationes* (quibus exorcizantur et benedicuntur, atque adeo conſecrantur ſal et aqua) *nomine Eccleſiae fiunt, quae ſemper Deo grata et accepta eſt, pie credendum, imo pro certo habendum eſt, eiuſmodi Eccleſiae benedictionibus atque rebus benedictis magnam uim ineſſe ad conciliandum hominibus, per miſericordiam Dei, bonos motus diuinae gratiae, quibus a peccatis mundentur, uirtutibus augeantur, daemonum infeſtatione liberentur, a corporalibus quoque periculis cuſtodiantur, uel eripiantur* etc. Quaſi uidelicet ritus aſpergendi aquam illam, per modum cauſae impulſiuae minus principalis, non quidem ui inſtitutionis diuinae, quam deeſſe agnoſcunt; attamen ui, aut dignitate Eccleſiae, tanquam cauſae impulſiuae principalis, moueat Deum, ad uirtutem ſuam infinitam, iuxta deſideria utentium ritu, exerendam, et per hanc conferenda bona, atque arcenda, aut auferenda mala. Quanquam et *deuotio* utentium, iuxta *Bellarminum* et alios, mouere Deum, ſiue ut *meritum de congruo*, ſiue *de condigno*, putari debebit.

§. 75. *Azorius* tamen P. I. L. IV. C. XI. p. 250. b. peculiarem tractat controuerſiam: *An per aquam luſtralem, et ſacram, quam benedictam dicimus, peccatum ueniale tollatur ipſa actione, per quam aqua illa aſpergimur? an uero per actum noſtrae poenitentiae, quem concipimus ob deteſtationem et odium peccati, et per quem aqua perfundimur?* Addit: *duas* eſſe *opiniones, alteram, quae neget, peccata auferri opere eiusmodi ſacramentalium*, pro qua etiam multos auctores citat. Ipſe autem opinionem *alteram*, quae *affirmat*, ſibi, uti *Soto*, *Cano*, *Waldenſi* et *Ledeſmae*, *magis probari*,

dicit, quippe quae *pietati magis faueat*, et *cum recta ratione nihil pugnet*. Ac summa eo redit, quod, quando aqua consecrata non ad usus profanos, u. g. ad sordes corporis abstergendas, sed tanquam res sacra et ab Ecclesia instituta, ad ueniam leuium delictorum assequendam adhibetur, iam per hoc ipsum opus, quod et quatenus est usus quidam sacer remedii ad remissionem peccatorum uenialium obtinendam destinati, peccata uenialia extinguantur, neque hic requiratur actus explicitus poenitentiae, sed sufficiat implicitus, quo homines peccata tacite detestantur: quoniam ad rem sacramentalem, tanquam remedium contra peccata uenialia, accedunt, quamuis non ideo, quod peccata detestantur, sed quod re sacra religiose utuntur, ueniam consequantur.

§. 76. Sic fortasse intelligi potest mysterium Papale de efficacia aquae lustralis. Sed quando nihilominus ex aduerso, (1) orationes illae, exorcizationes et benedictiones, non fiunt secundum uoluntatem Dei, ac potius (2) ad tentandum Deum sunt compositae, eo quod miraculosos effectus per media a Deo non suppeditata quaerunt: ideoque (3) nec ipsae orationes, neque usus aquae benedictae, deuotionem ueram, sed superstitionem spirant, denique (4) non Ecclesia, pro coetu fidelium accepta, sed coetus aliquis uisibilis particularis, qui sibi nomen et dignitatem et priuilegia corporis Christi mystici falso arrogat, ritum illum fouet, et suo nomine celebrari uult: ideo nihil est, quod Deum reuera moueat, ad operandum praeter naturam cum hac aqua, aut per eam in usu constitutam, siue ad depellenda mala, siue ad conferenda bona.

§. 77. Ipse *Azorius* l. c. sibi obiicit hoc argumentum: *Solus Deus peccata remittit. At sacramentalia sunt ab Ecclesia instituta. Ergo uim non habent illa peccata delendi. Ecclesiae enim potestas data non est, ut instituat remedia ad peccata tollenda: alioqui posset Papa legem statuere, ut quicunque hoc uel illud fecerit, leuiorum culparum ueniam consequatur.* Respondet autem, Ecclesiam habere a Christo auctoritatem constituendi remedia, extra sacramenta, ad remissionem uenialium peccatorum assequendam,

dam, ex uerbis illis *Ioh. XX. Quorum remiſeritis peccata* etc. quae *generatim* ſint dicta: Nec tamen inde conſici, ut poſſit Papa legem ſuo arbitratu ferre, ut qui hoc uel illud quocunque modo fecerit, ab omni culpa ueniali ſoluatur, niſi ea lex talis ſit, ut pium aliquod charitatis, poenitentiae, uel religionis officium praecipiat: At tale officium eſſe, quod homines luſtrali aqua perfunduntur, ob Eccleſiae conſtitutionem, ad cultum et honorem diuinum, et ad peccata ſua uenialia eluenda. Fundatur ergo ſententia illa *partim* in praeiudicio et errore de poteſtate Eccleſiae iudiciaria et proprie dicta in ordine ad peccata, quoad reatum, quem coram Deo habent, remittenda: *partim* in errore de conſtitutionibus Eccleſiaſticis, quae, quando ritus indifferentes praeſcribunt, tamen ad cultum diuinum directe ſpectent; *partim* in errore de merito operum, ad tollendum reatum peccatorum. Vnde Noſtrates hoc, quicquid eſt, merito reiiciunt ac damnant, uti Curiam Romanam pro uera Eccleſia Chriſti non habent, nec habere poſſunt.

§. 78. Nunc tamen nobis adhuc expendenda ſunt, quae in Decreto Alexandrino ad *Confirmationem* aſſertionis de *ſanctificatione populorum per aquam ſale conſperſam* afferuntur. Sic enim denique, his pertractatis, *mandatum* ipſum de *exercitio* ritus illius, quoad uim et ualorem ſuum, clarius patebit. Eſt autem argumentum *primum*, quo efficacia aquae luſtralis perſuadeatur, petitum ab analogia ritus Leuitici. Verba Decreti haec ſunt: *Nam ſi cinis uitulae ſanguine aſperſus populum ſanctificabat, atque mundabat, multo magis aqua ſale aſperſa, diuiniſque precibus ſacrata, populum ſanctificat atque mundat.* Gloſſa ad haec notat: *Hiſtoria legitur in Leuitico, quod decima die Septembris tollebat ſacerdos de proprio uitulam rufam trimam et immaculatam, quae nondum portauerat iugum, et immolabat eam pro peccato ſuae domus, et hircum, quem ſumebat ab uniuerſa multitudine, immolabat pro peccato populi, pelles et carnes et fimum uitulae et hircum comburebat extra, et cinerem ſeruabat: et inde per totum annum fiebat aſperſio aquae, quia purificabantur immundi de quibusdam, quae in lege immunditia dicebantur, utpote ſi aliquis tetigiſſet cadauer hominis mortui, uel ſepulchrum, erat immundus usque ad diem ſeptimam, et hac aqua mundabatur.*

§. 79. Noſtrum erit, ineptias et mendacia, quae hic occurrunt, paucis notare. Nimirum (1) falſum eſt, cinerem uitulae fuiſſe olim *ſanguine aſperſum*, quod Pſeudo-Alexander ſomniauit. Quamuis enim de ſanguine iuuencae iugulatae digito ſuo guttulas quasdam accipere, et uerſus anteriorem tentorii partem aſpergere debuerit Sacerdos Eleazar, tunc tamen nondum aderat cinis iuuencae, cum haec combuſta nondum eſſet. Et quia deinde non tantum pellis, caro et ſtercus, ſed et *ſanguis* ipſe iuuencae (quod non debebat omiſiſſe Gloſſator,) comburi conſueuerit, planum eſt, cinerem iuuencae non fuiſſe ſanguine aſperſum, ſed conſumtis ſanguine et carne, ſolum ſuperſtitem aſſeruatum fuiſſe, qui aquae permixtus cederet in medium purificationis, et conſtitueret aquam aſperſionis, aut ſeparationis. (2) Falſum eſt, quod Hiſtoria iſta legatur in libro Moſis *Leuitico*, quod Gloſſator perhibet. Confundit is hiſtoriam de hirco emiſſario et altero ſocio mactando, cuius mentio fit *Leuit.* XVI. uerum illic nihil habetur de iuuenca rufa, eiusque cinere. Id enim *Numer.* XIX. uerſ. 2. ſeqq. demum traditur. (3) Nimis crude dicitur in decreto, quod *cinis uitulae rufae ſanctificauerit et mundauerit populum*, uelut abſolute. Certe a peccatis eos non mundauit, ſed tantum a ceremoniali immunditie purgauit, quod contextus docet, et Apoſtolus *Ebr. IX. u. 13.* expreſſe interpretatur de *ſanctificatione ad carnis puritatem*, ἁγιάζει, inquiens, πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα. Sic autem nulla eſt conſequentia a purificatione illa ceremoniali, ad ſanctificationem a peccatis uenialibus per aquam luſtralem. Nam (4) Apoſtolus quidem l. c. diuina inſpiratione nixus recte colligit, *ſi cinis iuuencae aſpergens inquinatos, ſanctificat ad carnis purificationem. Quanto magis ſanguis Chriſti, purgabit conſcientiam noſtram etc.* Nimirum typum ad antitypum ſuum recte et congrue refert, quaſi diceret: Quod typus ſignificauit, per ſanctificationem ad munditiem carnis, id antitypus implere potuit et debuit, uelut typo adumbratum. Eſt enim Antitypus typo longe, imo infinite perfectior. Sed Pſeudo-Alexander, deſerens antitypum uerum, pro ſanguine Chriſti, aquam ſale conſperſam et precibus ſacratam, ſubſtituit, neque adeo

con-

conſequentiam ſuam probare poteſt. Imo quia, quicquid olim cinis iuuencae praeſtitit, ex ordinatione diuina pependit; Aquae ſalſae autem aſperſio in N. T. taret inſtitutione diuina, iam non haec *multo magis*, ſed minime omnium, ſanctificabit et mundabit populum.

§. 80. Non maioris roboris eſt *alterum* argumentum, ab analogia operis miraculoſi Eliſaei Prophetae deſumtum. *Et ſi ſale aſperſo per Heliſaeum Prophetam ſterilitas aquae ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacratus ſterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinatos ſanctificat atque mundat, et expurgat, et caetera bona multiplicat, et inſidias Diaboli auertit, et a phantaſmatum* (*Iouerius* et *Turrianus* legunt, *phantaſmatis*, *Carranza*, *phantaſmaticis*) *uerſutiis homines defendit?* Vbi iterum hallucinatur Gloſſator, hiſtoriam illam accidiſſe perhibens, *cum Heliſaeus eſſet in eremo.* Fortaſſe, ut Eremitarum patronum fingat. Nimirum *2. Reg. II. uerſ. 20.* Prophetam *Ierichunte conſediſſe*, aut commoratum fuiſſe, legimus, atque illic a ciuibus compellatum, ut aquarum uitio mederetur. *Inde* etiam, et per reſpectum ad hiſtoriam illam, *eſſe*, *quod*, *cum aqua exorcizatur*, *dicit ſacerdos: Deus*, *qui per Heliſaeum Prophetam ſalem in aquam mitti iuſſiſti*, uti is porro annotat, facile concedimus, licet uerba illa non in exorcizatione aquae, ſed ſalis legamus, qui memoriae lapſus in Gloſſatore fuiſſe uidetur. Rem uero quod attinet, inepte profecto (1) prouocatur ad ſingulare Propheticum *et miraculoſum factum*, quo Deus officium eius confirmare uoluit, unde, uelut lege Eccleſiaſtica, ritus utendi ſale et aqua ad praeternaturales effectus, ſanciretur. Quidni eodem iure miracula ipſa Heliſaei u. g. aquas amaras dulces faciendi, ſuſcitandi puerum mortuum, amplificandi farinam et oleum prope conſumta, ad diuturnos uſus, panibus uiginti hordeaceis ſatiandi centum uiros etc. imitantur Pontificii? Quid autem (2) connexionis eſt inter aquas ſale inſperſo ſanatas, et inter deletionem peccatorum, quae animam afficiunt, per uſum aquae ſalſae? Et quae (3) conuenientia actus illius in ſimplicitate peracti a Propheta cum magica illa exorciſatione creaturarum Papali? Nam

neque (4) *diuinae preces* aut hic, aut in ſuperiore argumento praetexi ualide poſſunt. Quamuis enim ad Deum dirigantur, quia tamen nec ab ipſo inſpiratae, nec mandatae, aut uoluntati eius congruae ſunt, diuinae appellari non merentur, nec tantae uirtutis eſſe putari debent, ut per aquam ſalſam praeſtent, quod Propheta ſale ſuo obtinuit.

§. 81. Sed ad *tertium* argumentum Epiſtolae Papalis properamus, quod confirmationem praecedentis ſecundi fore crederes, quia a particula *Nam* orditur. Verum hic ille ſtylus eſt, quem iam ſupra notauimus, indocto impoſtore dignus. Verba ipſa autem ita ſe habent: *Nam ſi, tactu fimbriae ueſtimenti Saluatoris ſaluatos infirmos eſſe, non dubitamus, quanto magis uirtute ſacrorum eius uerborum diuinitus ſacrantur elementa, quibus ſanitatem corporis et animae humanae percipit fragilitas.* Miramur, hoc in Iure Canonico non legi, a CARRANZA quoque omiſſum eſſe, quod tamen in Epiſtola apud TVRRIANVM et IOVERIVM apparet. Quanquam argumentum ipſum omnino ineptum eſt. Quid enim commercii et fimbriae ueſtimenti Chriſti cum aqua ſalſa exorciſata? Et tamen huic *tanto magis ſanitatem animae* non minus, quam *corporis* pollicetur Pſeudo-Papa, *ſi tactu fimbriae ueſtium Chriſti infirmi ſaluati* fuerint. At, *uirtute ſacrorum uerborum Saluatoris* id fieri, contendit. Bene quidem, ſi docere poſſet, Chriſtum praecepiſſe benedictionem ſalis et aquae, uerbis ſuis faciendam. Verum hic non tantum tabulae non adſunt, ſed defectum inſtitutionis ipſi Pontificii fatentur. Mendacium itaque eſt, quod de ſacris uerbis Saluatoris garrit perſonatus Alexander. Et quid tandem eſt *uirtute uerborum* iſtud fieri? Anne, quod FRANCISCVS VALLESIVS eloquitur de Philoſ. Sacra L. I. Cap. III p. m. 74. *Auctoritas Eccleſiae iubet exorciſtas uti conceptis uerbis, quaſi illis daemones fugandi uirtus quaedam praecipue inſit. Quo etiam ſpectare dicat quis illud Euangelii, in nomine meo daemonia eiicient. Non enim iam in ieiunio ſolum et oratione dicit, ſed in nomine meo, quaſi ipſa nominis Ieſu prolatio efficaciam habeat ingentem.* Verum haec ipſum ſuperſtitionis

nis neruum indicant, in quo incidendo pridem occupata fuit opera piorum doctorumque et prudentum uirorum.

§. 82. Possent haec sufficere ad declarandam infirmitatem patrocinii aquae lustralis. Si enim Papalia argumenta tam leuia sunt, quid a minorum gentium Diis expectabimus? Attamen et ex Mose, et Prophetis, et Psalmis, arcessuntur, quae aquam illam lustralem commendent.

§. 83. BELLARMINVS L. III. de Cultu SS. cap. VII. *aquas probationis* ex *Numer. V.* huc refert, secutus ALPHONSVM a CASTRO lib. 2. adu. Haer. uoce Aqua haeres. 2. Quem tamen aquae ductum facile obstruemus, si obseruetur (1) non esse, cur Leuitici ritus V. T. in N. T. quoquo modo inuehantur. (2) aquas illas non mundasse a peccatis, nec reddidisse sanitatem animae et corporis, quod aquae lustrali adscribitur, sed peccata occulta, per morbum corporis, delinquenti adulterae illatum, protulisse in lucem, (3) ideoque *maledictam* potius, quam benedictam dici consueuisse.

§. 84. Ex Prophetis prioribus BELLARMINVS l. c. adducit *Miraculosam Naamanis curationem. 2. Reg. V.* qui tamen non a peccatis, sed a lepra curatus fuit, idque per aquam fluuialem, non salsam, non exorcisatam, non sacratam. Ita et hic aquaeductus perit. Ex posterioribus Prophetis DVRANDVS L. IV. de Diu. Off. c. IV. adducit dictum *Ezech. XXXVI. u. 25. Aspergam uos aquis mundis, ut mundemini.* Verum hunc quidem textum CORNELIVS a LAPIDE, quem TIRINVS sequitur, ut et EMANVEL SAA, de aqua *gratiae* aut *baptismatis* exponunt, non de aqua lustrali. Quae uel eo nomine hic substitui non potest, quod, cum haec diuinitus instituta non sit, uerba Dei, *Ego aspergam*, temere huc trahantur.

§. 85. Ex *Psalmis*, *Discipulus de tempore* serm. 110. huc accommodat uerba *Psal. LXXIII.* (*Hebr. LXXIV.*) *u. 13. Contribulasti capita Draconum in aquis*, i. e. *aqua lustrali a Sacerdotibus*

tibus aſperſa daemones fugantur. Recte B. GLASSIVS noſter inter exempla ineptarum allegoriarum hoc refert. L. I. Philol. S. P. I. Tract. II. Sect. III. art. IV. pag. 301. Et certum eſt, nomine *draconum* intelligi magnates Aegyptios, quemadmodum uerſ. ſeq. 14. *Leuiathan* Aegyptiorum Regem Pharaonem denotat, quod et BELLARM. in Pſal. p. 415. b. et EMANVEL SAA agnouerunt. Pro mari autem et aquis marinis ſubſtituere labrum cum aqua exorcizata, prorſus ineptum et ſtolide temerarium eſt.

§. 86. Veram autem originem Aquae luſtralis, quae in Papatu ulget, extra Scripturas in *Gentilium* ac *Iudaeorum* ſuperſtitioſa religione quaerere neceſſe eſt. Cum enim Deus, inter plures leges cerimoniales, quasdam de lotionibus, non immergendo ſolum, ſed et aſpergendo peragendis, dediſſet, idque typico reſpectu ad ablutionem peccatorum per ſanguinem Meſſiae praeſtandam, factum eſt, ut non ſolum Gentiles, ex Cacozelia quadam, ſeu peruerſa aemulatione ſacrorum populi Dei, ſimiles ritus ſuſciperent, et in uarias formas mutarent ac multiplicarent, uerum etiam Iudaei ipſi, progreſſu temporis, ad ἐθελοθρησκείας uarias propenſi, lotiones et conſperſiones plures excogitarent, aut undecunque arreptas uſurparent. Ita ergo denique conuerſi ex Gentilibus ac Iudaeis ad fidem Chriſtianam, cum a ritibus antiquis aegre auellerentur, multos eorum intulerunt in Eccleſiam, ab Epiſcopis autem non parum, uelut per συγκατάβασιν quandam, illis indultum, et quamuis correctione quadam facta, talia nihilominus relicta, et commendata, quinimo praecepta fuerunt, quae religioni Chriſtianae minus conueniebant.

§. 87. De Romanorum ueterum ſub Gentiliſmo lotionibus praeter Auctores ſupra §. XV. citatos, ROSINVM, CAROLVM, STVCKIVM, SAVBERTVM, du CHOVL, uideri poteſt IS. CASAVB. Not. ad Theophr. Charact. Eth. B. STEGERVS in Diſp. peculiari de praecip. Rom. uet. lotionibus, ubi auctores plures citat, ſimul de *Hebraeorum* et *Chriſtianorum ueterum itemque aliarum gentium ritibus* non pau-

ca

ca *coniuncta* exhibet. Quantum Iudaei lotionibus et aſperſionibus tribuant, docent BVXTORFF. Synag. Iud. cap. VIII. p. m. 156. Cap. XI. p. 235. (de more, peccata in aquam proiiciendi, Cap. XXIV. p. 505. de Lotionibus in feſto Expiationis, Cap. XXVI. p. 527.) IOH. DRVS. L. II. de Tribus Sect. Iud. cap. XIV. pag. 96. ſeqq. I. REVCHLIN. de Verbo Mirif. L. I. cap. XVI. PAVL. RICCIVS de Agricultura coeleſti L. III. p. 109. Sed nec ipſi Pontificii negare poſſunt, aliqui etiam aperte fatentur, a Gentilibus et Iudaeis ſumtam fuiſſe occaſionem aquae luſtralis inter Chriſtianos uſurpandae. POLYDORVS VIRGILIVS L. V. de Rer. Inuent. c. VIII. p. m. 369. ſcribit : *Fuit iam olim uſus luſtralis aquae in Leuitis conſecrandis. --- --- Quo factum eſt, ut Alexander primus Rom. Pont. auctor fuerit, ut huiusmodi luſtralis aqua conſecraretur etc.* De gentilibus autem, aqua purgari ſolitis, uelut ad abluenda peccata, uid. idem Lib. VI. cap. I. 405. DVRANTES Lib. I. de Rit. Eccl. cap. 21. §. 6. *Hunc quodammodo ritum et Gentiles frequentarunt*, ait. BARONIVS autem ad A. XLIV. §. 88. inter capita collationis Gentiliſmi et Papiſmi, aquam luſtralem diſerte memorat. Conf. ad A. LVII. §. 106. ad A. CXXXII. §. 5. ad A. CCCCXXXIX. §. 88. Add. CASALIVS de Rit. Vet. Chriſt. cap. I. p. 3. cap. XXXVI. p. 162. 163. cap. LX. pag. 239. LVD. de la CERDA Eclog. VIII. p: 167. a. MARSIL. COLVMNA Hydrag. Sect. *II.* Cap. *II.* §. 29. ſeq.

§. 88. Friuola autem eſt BARONII ratiuncula, quaſi *hoc modo ſuperſtitiones paganorum per Chriſtianos ſint ſanctificatae*, quodque *aegre fiat Diabolo, quando ei eripiantur, quae ab ipſo inuenta ſunt in ſuum honorem et gloriam, traducanturque ad honorem et gloriam Dei* ad A. 44. l. c. Qui enim ſanctificentur ſuperſtitiones, quando ſuperſtitiones manent ? Et quomodo aegre fiat Diabolo, quando homines, a uero Dei cultu, quem ipſe praeſcripſit, abducti, rebus uariis immorantur, et neſcio quam ſanctitatem et commoda, praeter et contra uoluntatem Dei, ſibi pollicentur et expectant ? Quomodo in Dei gloriam traducitur, quod a uoluntate Dei alienum manet. Friuolum etiam eſt, quod obiicitur : Petrum quoque et Paulum

accommodaſſe ſe Iudaeis. Reſpondetur enim, factum id fuiſſe, nec in quibuslibet, neque quolibet modo, nec absque inſtinctu Spiritus Sancti ſingulari, non profecto, ut illa ſuperſtitio confirmaretur. Itaque, deficiente tali inſtinctu Spiritus Sancti, ac poſt Euangelii pleniorem manifeſtationem, ſtabilire ea, quae non tam unquam praecepta, quam temere recepta et frequentata fuerant, inexcuſabile eſt. Confer. B. HEILBRVNN. et ZEAEM. in Papatu Acathol. ll. cc. RVD. HOSPIN. de Templ. l. c. p. 276. b. AND. RIVET. Cathol. Orthod. l. c. p. 320. RICHARD. MONTACVT. de Orig. Eccl. P. II. p. 79.

§. 89. Equidem in Eccleſia Chriſtiana, purioribus temporibus, receptum fuiſſe morem lauandi manus ante celebrationem Sacrorum, ac ſpeciatim ante preces, non ignoramus: Meminit ſane eius TERTVLL. Lib. de Oratione Cap. XI. EVSEB. Lib. X. H. E. cap. IV. p. m. 380. D. CYRILL. HIEROS. Catech. V. Illumin. CHRYSOSTOMVS Homil. LII. in Matth. Cap. XV. T. II. Opp. p. m. 440. B. Homil. LXXII. in Ioh. T. III. p. m. 345. B. De uerbis Apoſtoli 2. Cor. IV. (Habentes eundem Spiritum, Serm III.) T. III. p. 1029. et Homil. XXXVI. ad Populum Antioch. T. V. p. m. 279. A. 1. LEO M. ad Ennodium. PAVLINVS Epiſt. XII. et XXXIII. Verum iſta nec aqua ſalſa et exorcizata ac benedicta fuit, neque operi ipſi, tanquam Sacramentali, uis adſcripta delendi uenialia peccata. Signum tantum aut ſymbolum hoc fuit, non medium efficax, mundationis animae a peccatis. Imo TERTVLLIANVS pariter et CHRYSOSTOMVS ll. cc. perſtrinxerunt ſuperſtitionem eorum, qui, lotionem externam ſordibus animi eluendis prodeſſe, crediderunt. Itaque licet Alexandrum I. Epiſc. Rom. Decreti, quod examinamus, auctorem eſſe, conſtanter negemus, poſſumus tamen cum B. HOEPFNERO Sax. Euang. Cap. III. p. 350. dicere: *Eſto, Alexander I. ſit autor illius ritus* (quo Chriſtiani, ante celebrationem ſacrorum, aquis adſpergebantur) *nihil tamen aliud fuit, quam memoriale Baptiſmi, et tacitum monitorium ad ſpiritualem a peccatis lotionem, fide corda purificante Act. XV. inſtituendam, ut ex Durandi rationali*

li

li Lib. IV. cap. IV. colligi poteſt. Conf. B. GERH. C. C. L. *II.* P. *II.* p. 773.

§. 90. Iam uero tandem uidebimus, *quo iure* et *quibus* Pſeudo-Alexander *Exercitium* huius ritus *praeſcribat.* Cum enim dixiſſet : *Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, ut ea cuncti adſperſi ſanctificentur*, ita pergit : *Quod et omnibus Sacerdotibus faciendum eſſe, mandamus.* Ad quae uerba BLONDELLVS haec ſcribit : *Non quaerimus, quo fine, ſed quo iure, aquae ſalſae benedicas, qua quoslibet adſpergat.* Nimirum poſterius non indicatur in epiſtola, ſed ſtat pro ratione uoluntas. *Mandamus*, ait, praetereaque nihil. Quod ex Noſtris B. HEILBRVNNERVS reprehendit, tanquam faſtus improbi documentum. Cumque I. KELLERVS factum excuſaret exemplo Apoſtolorum in Concilio Hieroſolymitano, ZEAEMANNVS ex aduerſo difformitatem actionum oſtendit, quodque illud *Mandamus*, cum Apoſtolico ἔδοξε et παραγγέλλω minus conueniat. Quanquam nec Alexander aliquis in hoc negotio dicere potuit : *Viſum eſt Spiritui S. et nobis.* Hic enim Spiritus S. nihil fecit. Nouimus quidem etiam *mandandi* uerbum accipi nonnunquam generaliter, pro quouis actu, quo negotium aliquod alteri gerendum aut exequendum committimus. Vnde etiam *mandatum* et *iuſſum* diſtinguuntur, quod hoc in ſeruos, illud etiam in extraneos detur. Dantur etiam mandata in pares, ex conuentione, qua alteri noſtro nomine aliquid conficiendum amice et bona fide commendamus. Verum haec ad praeſens non faciunt, ubi Pontificalis auctoritas mandatum parit, nimirum *publicum*, quo nomine uocantur proprie praecepta Magiſtratus, quae neceſſitatem parendi imponunt. Nobis autem conſtat, Mandatum iniuſtum non habere uim obligandi, quod etiam ad LANCELLOTTVM in Inſtit. Iuris Can monuit B. C. ZIEGLERVS p. 862.

§. 91. Interim noſter ille Alexander ritum aquae luſtralis in uſu conſtituendum mandat *omnibus ſacerdotibus*, uidelicet ut *faciant*, quod ipſe facere ſoleat, *benedicens aquam ſale conſperſam.* Inter Doctores tamen Pontificios, quaeſtio eſt :

Per quem aqua ſit conſecranda? Ad quam diſtinguere ſolent inter diuerſos fines atque adeo uſus aquae benedictae. Sic LAYMANNVS L. V. Theol. Mor. Tr. IX. Cap. XIII. §. 12. *Aliae*, ſcribit, *aquae et ſalis benedictiones referuntur ad conſecrationem altarium, eccleſiarum, coemiteriorum, et talis benedictio aquae ad Epiſcopum pertinet, ſicut et ipſa conſecratio, ſeu reconciliatio. Alia eſt benedictio aquae baptiſmalis, Presbytero competens, ſicuti et ipſa baptiſmalis ſacramenti adminiſtratio. Alia autem eſt aquae et ſalis benedictio, quae in Eccleſiis Latinis quouis Dominico die fieri ſolet, ut ex ea populus et alia aſpergantur, atque a fidelibus in naſculis mundis domum portari, ad morborum curationem animique munimen aduerſus daemonis inſidias religioſe uſurpari poſſit.* Cuius quis ſit miniſter, diſerte non exprimit: *Sacerdotem* tamen requirere prorſus uidetur. Nam et iam ante §. 11. ex *c. praeceptis d. XXV.* monuerat, *ad Presbyterum pertinere, benedicere dona Dei*, addens, *ſi diaconus, quamuis iubente ſacerdote, aquam u. g. benedicat, irritam eſſe benedictionem, quia non facta ab habente poteſtatem.* Scilicet, ſacramentale quiddam eſſe aquam luſtralem, credunt, ideo eundem requirunt miniſtrum, qui ſacramenta conficiat. Exorciſtam autem, quem alias fugare poſſe daemonem putant, tamen ad praeſens, ubi cum exorcizatione benedictio ad impetrandum peculiare priuilegium ac uirtutem concurrat, imparem eſſe, ac ne Diaconum quidem ſufficere iudicant. Tanta religio eſt hominum in ἰθελοθρησκείᾳ et nugis ſuis.

§. 92. Nec tamen hic negligenda diſtinctio inter benedictionem *publicam* et *priuatam*, quam Laymannus ipſe tradit l. c. §. 1. p. 345. et illam quidem *a quolibet fideli utriusque ſexus fieri poſſe*, hanc autem eſſe *actum miniſterii Eccleſiaſtici per Eccleſiae inſtitutionem ſacro ordini annexum*, docet. §. 1. et 6. p. 346. Atque hinc eſt, quod etiam Kellerus aquae ſalſae eandem uirtutem tribuit, *ſine precibus Eccleſiae a ſacerdote conſecretur.* p. 858. Sed fatendum eſt, diſtinctionem illam ne a Laymanno quidem ſatis diſtincte proponi, ut conſtet, quid Laicis et priuatis circa aquae ſalſae conſecrationem, quoad ritum ipſum et caſus uarios, liceat, uel non. Certe publicas benedictiones definit, quod

quod sint *ritus quidam, seu formulae orationum a Ministris Ecclesiae ex eiusdem institutione super personis aut rebus aliis sensibilibus pronunciari solitae, ad impetrandum hominibus diuinae gratiae auxilium etc.* Vtrum autem priuato liceat, aut etiam necesse sit, eadem uti formula orationum cum Ministris? et: Vtrum tantum deficiente ministro, si tamen mox opus esse uideatur aqua benedicta, u. g. ad fugandum spectrum etc. priuatus consecrare aquam possit? an etiam alias et pro sua deuotione, id ei liceat? non definit. Itaque KELLERVM non abs re miratur ZEAEMANNVS, qui licentiam istam sine limitatione concessit priuatis personis, ac metuit, ne hac ratione fenestra, aut porta aperiatur superstitioni ac magiae. Licet enim Iesuita dixerit, non concedi a se et suis homini priuato quidlibet quomodo libet in talibus audendi, sed iuxta morem Ecclesiae, praeterquam tamen, quod ne hoc quidem satis tutum uidebitur illis, qui pro iuribus Cleri, et ut populus ab illo quam maxime pendeat, pugnant. Certe concessa istiusmodi licentia, simili deuotionis specie facile audebunt priuati, quod uel magis superstitiosum ac reuera denique magicum fuerit, prout experientia id non raro comprobauit.

§. 93. De mandato autem illo consecrandi aquam lustralem, iam, satis opinor, constat, neminem illud adscribere posse Alexandro I. Episcopo Romano, qui honori eius, quem Doctor Ecclesiae pius et martyr glorioſus meretur, consulere uoluerit. Nec proinde erat, cur *Greg. de Valentia* L. II. de Missae Sacrif. Cap. V. in Volum. de rebus fidei hoc tempore controuersis p. 629. A. B. a. B. HEERBRANDVM nostrum carperet, quod, Epistolam illam Alexandri esse, negasset: quasi uidelicet, quicquid *testimoniorum contra nos citatur, nothum nobis sit*, ac sine causa reiiciatur. Pontificios pudere debebat, superstitiones suas testimoniis nothis fulcire, quibus labentibus et illas ruere necesse est.

§. 94. Imo tantum abest, ut secundi seculi Episcopum, inter optimos computatum, huius superstitionis auctorem, aut statorem credere queamus, ut potius currente seculo IV. aquae

iſtum uſum *ab Optato Mileuitano* in *Donatiſtis* reprehenſum, atque adeo Chriſtianos eius temporis orthodoxos alienos ab eo fuiſſe, perſuaſi ſumus. Sic enim ille Lib. VI. *Iam illud quale eſt, quod in multis locis etiam parietes lauare uoluiſtis, et ſine cauſa incluſa ſpatia falſa aqua adſpergi praecepiſtis. O aqua, quae dulcis a Deo creata es, — reſtabat tibi poſt promotionem non leuiter degradari. Praeſentis Moyſis in te amaritudo moritur, et a Schiſmaticis hodie cum Catholicorum turba dulcedo tua uexatur.* Sed et ſeculo VI. exeunte fideles Ægypti Timotheum Ælurum, Epiſcopum Alexandrinum, hominem haereticum, accuſarunt, quod aqua ſale mixta altaria lauerit et conſecrauerit, in Ep. ad Anatolium Patriarch. Conſtantinopol. non ſane auſuri, ſi ab Alexandro I. Ep. Rom. mos ille inſtitutus, uel ſaltem quocunque initio tunc in uſu fuiſſet. Conf. MATTH. LARROQVANVM de Euchar. P. I. cap. V. p. 78.

§. 95. Inualeſcente autem quantumuis ſuperſtitione, ipſoque Papatu, non pauci tamen reperti fuerunt, qui *Aquam benedictam nihil plus habere uirtutis, aut efficaciae, quam non benedictam* dixerunt. Vidd. quae de *Flagellantibus* et *Lollardis* ex *Alphonſo a Caſtro*: De *Waldenſibus* et *Wicleſitis* et *Bohemis* ex *Aenea Syluio* et *Bellarmino*, denique ex *Eraſmo* collegit B. GERHARDVS Conf. Cath. p. 773. 774.

§. 96. Seruent itaque ſibi ſuam aquam et ſalem Pontificii, nec nobis uitio uertant, quod a ſuperſtitione Ethnico-Iudaico-Haeretica abſtinemus. Nam et nunc in ea confutanda prolixioris operae nos piget, quibus alias etiam examinandae forent quaeſtiones: *An Aqua profana, quae ſacrata non eſt, addita aquae ſacratae, tota fiat ſacrata?* In qua quidem *inter omnes* Doctores Pontificios *conuenit, totam reddi ſacratam, ſed Auctores in reddenda ratione et cauſſa diſſentiunt.* Vid. I. AZOR. P. II. L. IX. Cap. XV. IAC. DE GRAEFFIIS L. I. Conſil. de Sac. Vnct. Conſil. Vn. Cap. *II.* §. 23. 24. p. 29. PAVLVS LAYMANNVS *L. V. Tr. IX. C. XIII. p. 349.* Cui ſe aſſociat altera et tertia: *An, ſi ſacerdos intendat totum flumen benedicere, effecturus ſit? An etiam ſi puteum, aut fontem?* de quibus LAYMANNVS l. c.

I. c. Sed temporis et chartae habenda eſt ratio. Claudimus diſſertationem noſtram uerbis Chriſti *Ioh. XVII. 17. Sanctifica nos, Domine, in ueritate tua! uerbum tuum ueritas eſt!* Vera eſſe, quae hactenus fuſius de AQVA LVSTRALI, von dem Weih-Waſſer, ſubmonuimus, praecipue quae §. 86. ſqq. ſunt adlata, nemo ueritatis defendendae Patronus uocabit in dubium. Videtur tamen in primis iſte perantiquus adſpergendi ritus ab Hebraeis ad Gentiles, ut alia plura, praeſertim a conſuetudine circa uaccam rufam uſu recepta, defluxiſſe, quae ſingula, ut paullo attentius, pleniusue poſſis dignoſcere, de uacca rufa caput duximus ſubnectendum. In hoc autem argumento obſeruetur (α) VACCAE QVALITAS: debebat enim eſſe iuſtae aetatis, 3. uel 4. annorum, debebat eſſe uitula, debebat eſſe integra ratione rubedinis, h. e. perfecte rubra, ut ne quidem duos pilos albos uel nigros admitteret, neque debebat uitioſa eſſe u. c. non cubitum paſſa, uel iugum, non exſecta ex latere matris, uel loco mercedis meretriciae acquiſita, de quibus omnibus uid. MAIMONID. *de Vacca Rufa. cap. I. et Miſchn. de Vacca Rufa. cap. I.* (β) CAVTIO IMMVNDITIEI EX MORTVO. Nam Sacerdos S. uaccam combuſturus, ne mundaretur ex mortuo, diligenter cauebat, ideoque 7. diebus ante combuſtionem in conclaui Atrii Iſraelitarum, quod uocabatur conclaue uaſorum lapideorum ſeparabatur, ut autem magis mundaretur, aſpergebatur conclaue ſingulis diebus, excepto quarto, aqua expiationis ex amne Siloah hauſta, et cineribus uaccarum combuſtarum, uel omnium uel unius mixta. Perſonae autem aſpergentes toto uitae tempore non debebant eſſe ex mortuo immundae, itaque conclauia erant Hieroſolymis ſub templo in petra exſtructa, in quibus huiusmodi infantes educabantur, qui adultiores facti, aquas ſyluae exciperent, ut illis deinde cineres uaccarum ad oſtium Atrii mulierum poſitis infunderent. γ) COMBVSTIO VACCAE: Locus erat in monte Oliueti inferius excauatus, ne immundaretur ex mortuo, unde et ex Atrio Gentium in montem oliueti pons extructus erat, fornicibus concauis innitens, in quem pontem et uacca, et homines in eius miniſterio occupati, tranſibant. Praecedebant autem ſeniores Iſraelitarum, et Sacrdos ac ceteri ad combuſtionem requi-

quiſiti cum uacca ſequebantur. Cum uentum in montem eſſet, ſeniores imponebant ſacerdoti manus, dicentes: Laua ſemel. Loto Sacerdote exſtruebant ligneam ſtruem, ex cedris, quercubus, abietibus et uitibus, turris inſtar torcularis foraminibus hinc inde factis, per quae ignis ſufflaretur. Deinde uacca conſtricta fune iunceo imponebatur ſtrui, ut caput ad auſtrum, facies ad occidentem locaretur, ſacerdoſque ſtans in oriente, et facie ad occidentem ſpectans mactabat uaccam in ſtruis ſuperficie manu dextra, ſiniſtra ſanguinem excipiens, et de ſanguine ſiniſtrae, indice dextrae manus ſepties tinctae adſpergebat Sanctum Sanctorum uerſus, atque manum in uaccae corpus abſtergebat, deſcendenſque de ſtrue ſegmentis eam incendebat, et haec ante abſconſionem in uentrem tribus uicibus oſtendebantur adſtantibus, ut omnes, illa legitima eſſe, reſponderent. Combuſtionis conſequens erat cineris aſſeruatio. Antequam autem colligeretur cinis uaccae et ſtrues lignea bacillis concutiebantur et uentilabantur cribris, et quicquid de carne, uel lignis in cineres redigi poterat, communicabatur adeo, ut etiam oſſa, quae non commode in cineres redigebantur, comminuerentur. Denique cinis in tres partes diuidebatur, ut una deponeretur in antemurali, altera in monte oliueti, et tertia inter cuſtodias Sacerdotum diſtribueretur, de quibus omnibus fuſe diſſerit MAIMONID· *de Vacca Rufa. cap. III· et Miſchn. de Vacca Rufa. cap. III.*

§. 97. Impediebant autem uaccae rufae mactationem et combuſtionem res aliquae, quae merito attingi debebant, u. c. ſi uacca rufa alieno titulo uel ab alio, qui non erat Sacerdos, uel a Sacerdote carente ueſte ſacra, uel ueſtibus aureis induto, mactaretur. Si ſacerdos diceret: Ego macto hanc beſtiam, ut ſit uacca rufa. Exceptio etiam ſanguinis obſtabat, ſi uaſe exciperetur, ſicut etiam aſperſioni, ſi uaſe fieret, uel non uerſus templum ſpargeretur. Combuſtio deſtruebatur, ſi extra ſtruem uel in duplici ſtrue, uel duae in una ſtrue, uel ſine lotione manuum et pedum Sacerdotalium, uacca rufa combureretur. MAIMONID· *de Vacca Rufa. cap. IV.*

§. 98.

§. 98. Praeterea perſonae in eius miniſterio occupatae immundabantur, utut illi, cineres qui diuiderent, uel reponerent, aut qui ſtruem fabricarent, uel incenderent ab immunditie excluderentur. Modus immundandi hic erat, ut non modo ueſtes, quibus tegebantur, ſed et ueſtes ac uaſa omnia, quae tangerent, immunditiem contraherent, et lauarentur, ſolisque occaſus poſt lotionem expectandus eſſet, de quibus MAIMONID. *c. l. cap. V.* Quod ad aquam cineribus uaccae rufae miſcendam attinet, obſeruetur (a) HAVRIENDI LOCVS, qui erat fons ſcaturiens, uel fluuius actu ipſo manans. (b) HAVRIENDI MEDIVM, quod erat uas lapideum, interdum etiam aeneum, uel fictile, modo eſſet mundum. (c) HAVRIENS PERSONA, quae eſſet, quis poterat, modo non eſſet mentis inops ac minorennis. (d) HAVRIENDI TEMPVS, quod erat diurnum, interdum etiam nocturnum, quamuis hyſſopus non niſi interdiu intingi in illam aquam deberet. (e) FVGA OPERIS ALIENI; Nam eo interuallo temporis, quod inter aquam hauriendam, et cineribus miſcendam, inſerendam intercederet, opus omne alienum interdicebatur, licet in deportatione aquae mixtae et aſperſione peragi poſſet, de quo uid. MAIMONID. *l. c. Cap. VI. VII.* Quod ad CONSECRATIONEM AQVAE huius attinet, conſecrabatur, ſi cineribus permiſceretur : Erat autem aqua illa uaſi infundenda, et deinceps ita manu cineribus miſcenda, ut cineres in aquae ſuperficie apparerent, et animus ſimul ad illam iniectionem cineris, praeſens eſſet. Vas autem illud, in quo conſecratio fiebat, ſolummodo tantum aquae continebat, quantum ad ſpergendum ſufficeret. Denique aqua conſecrata fiebat illegitima, ſi cum alia aqua coniungeretur, uel aqua coniuncta ad conſecrationem hauſta eſſet, aut ſi res in aquam conſecratam caderet. u. c. liquores albi et aliud quid eiusmodi, multo magis illa aqua erat illegitima, ſi in illam reptile, uel uermis, uel puluis immundus caderet, uel ſi beſtia, uel auis, uel reptile, uel homo de ea biberet, uel homo immundus eam cuſtodiret. Vid. MAIMONID. *de Vacca Rufa. cap. IX. Miſchn. de Vacca Rufa. c. 6.*

§. 99. Circa ASPERSIONEM obſeruetur 1) ASPERSIONIS OBIECTVM, itaque aſpergens et conſecrans, uel iidem homines, uel diuerſi eſſe poterant, et quilibet tandem ad aſpergendum erant idonei, modo eſſent mundi, aut loti, exceptis tamen mulieribns et minorennibus. 2) ASPERSIONIS TEMPVS, conſecratio quidem fieri poterat, quocunque tempore homo uellet, quia aqua conſecranda deponebatur aliquamdiu, et cuſtodiebatur, quando quidem homines in ſuis aedibus aſſeruabant, ſed aſperſio fiebat, cum eſſet neceſſaria, et quidem fiebat 3. et 7mo die, ex quo ſol oriri inciperet, licita tamen etiam oriente aurora erat. Non uero intingere hyſſopum noctu et aſpergere interdiu, uel intingere interdiu, et aſpergere noctu licebat. 3) ASPERSIONIS MODVS. Aſperſio fiebat cum intentione aſpergentis, ut is rei aſperſionis capacis locus, quem aſpergere intendebat, aquis tangeretur, uel facies eſſet hominis, uel occiput, praeterea requirebatur quoque, ut tamdiu aſpergeret, quamdiu aquae in hyſſopo eſſent, antequam denuo intingeretur. Sufficiebat enim, ſi parum aquae adeſſet, modo apices culmorum intingerentur. Poterant enim ſimul multi aſpergi. a) ASPERSIONIS MEDIVM, aſperſurus capiebat 3. caules hyſſopi, ligabatque in unum faſciculum, ut cuilibet cauli unus culmus, uel ramuſculus adhaereret, ſi folia culmorum deciderent, raptis caulibus, et aliquid tantum de uno caule remanſiſſet, hyſſopi furculus, adhuc erat legitimus. Quod ſi etiam 3. culmi in uno eſſent ſtipite, et diuiſi colligarentur, non adhibebantur, ſed immutabantur, nec flores hyſſopi, nec hyſſopus Graeca, uel Romana, uel ſylueſtris, aut ad idololatriam adhibita, ſed medicinalis huic inſeruiebant uſui. Baculus denique hyſſopi erat longitudinis cubitalis, et faſciculus longitudinis palmaris, illigabatur quoque baculo ſoli coccineo. 5) ASPERSIONIS OBIECTVM, PERSONAE, et uaſa et ueſtes, quae aſpergebantur. Perſona ex quo die 7mo aſperſa erat, totum corpus lauabat interdiu, et expectabat occaſum ſolis. Si eſſet perſona honorata, et diem diceret, quo immundata erat, habebatur illi fides, nec die 3. et 7mo ab eo die, quem dixerat, aſpergebatur. Sin autem plebeia eſſet, numerabatur dies 3. et 7mus ab eo die, quo aſperſionem acceperat.

Pote-

Poterat perſona etiam aſpergenda alia immunditie laborare, quam immunditie ex mortuis. u. c. laborare fluxu et immunditie puerperii etc. Sed per aſperſionem non niſi ab immunditie ex mortuo liberabatur, 6) MVNDATIONIS MODVS. Nam ratione quantitatis aqua ſufficiebat, ſi hyſſopi aqua, uel minimam hominis ex mortuo immundati particulam tangeret, u. c. particulam labii uel digiti, uel membri alterius, excepta lingua, quae utut tangeretur aqua, tamen homo non mundabatur. Ita etiam ſi minimam particulam uaſis aqua Hyſſopi tangeret, uas illud immundum pronunciabatur. Praeterea debebat aqua aſpergendo communicari, unde ſi ab homine uno aſperſo in alterum deſtillaret, alter non erat mundus, etſi utrumque ſimul homo aſpergere intenderet. 7) RES MVNDATIONEM EXCIPIENS, cum alia re connexa, ſcilicet ſi duae ueſtes, aut duo aulaea conſuta eſſent, habebantur pro coniunctis ratione immunditiei et aſperſionis. Itaque puluinaria, lanes et linea ac ſyndones, et lintea coniuncta ſimul immundabantur et mundabantur. Vid. MAIMONID. *de Vacca Rufa Miſchn. de Vacca Rufa. Cap. IX. X. XII.* Exiſtimat SPENCERVS, *Libr. de Legib. Hebr. Ritual. II. Sect. II.* Deum legem de uacca rufa inſtituiſſe cultum ſuperſtitioni Aegyptiorum, qui uaccam ſemper impenſius obſeruarint, aduerſum. Superſtitionem autem iſtam de ueneranda uacca Aegyptios antiquos unanimes accepiſſe, multis ex auctoribus uult oſtendere, quos inter commemorabiles DIODORVS SICVLVS, AELIANVS, LVCIANVS, praeſertim HERODOTVS *Libr. II Cap. 41.* cuius uerba adlegantur: Τοὺς μὲν νῦν καθαροὺς ἄρσενας τῶν βοῶν, καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι, τὰς δὲ θηλέας οὐ σφίν ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱεραί εἰσι τῆς Ἴσιδος; *Boues mundos, eosque mares ac uitulos uniuerſi Aegyptii immolant, feminas autem ipſis immolare non licet, utpote Iſidi ſacras.* Haec HERODOTVS, quibus poſt pauca ſubiungit: Βοῦς τὰς θηλέας Αἰγύπτιοι πάντες ὁμοίως σέβονται, προβάτων πάντων μάλιστα μακρῷ. *Boues feminas omnes Aegyptii pariter uenerantur, ex omnibus pecudibus longe plurimum.* Huic adnectit PORPHYRIVM, *de Abſtinent. Libr. II. §. 11.* Παρὰ γοῦν Αἰγυπτίοις καὶ Φοίνιξι, θᾶττον ἄν τις ἀνθρωπείων χρεῶν γεύσαιτο ἢ θηλείας βόος, id eſt, *apud* AEGYPTIOS *et* PHOENICES, *citius*

carnes humanas, quam vaccinas gustasset quispiam. Addimus DIODORVM SICVLVM, qui notanter admodum sequentia memoriae demandauit: Ταύρους τοὺς ἱεροὺς τιμᾶσθαι παραπλησίως τοῖς θεοῖς τοὺς Αἰγυπτίους -- τοὺς δὲ πυρροὺς βοῦς συγχωρῆσαι θύειν, διὰ τὸ δοκεῖν τοιοῦτον τῷ χρώματι γεγονέναι τυφῶνα τὸν ἐπιβουλεύσαντα μὲν ὄσιρίδι. *Tauros quidem sacros maiore in honore, quam ceteros Deos, habent Aegyptii -- BOVES autem RVFOS immolare fas est, quod hunc colorem habuisse Typhon uidetur, qui per insidias Osirin oppressit;* Et PLVTARCHVM, qui *in Iſid. p. 362.* ritum explicatius tradit: Αἰγύπτιοι, πυρρόχρουν γεγονέναι τὸν τυφῶνα νομιζοντες, ἐκ τῶν βοῶν τοὺς πυρροὺς καθιερεύουσιν, οὗτως ἀκριβῶς ποιούμενοι τὴν παρατήρησιν, ὡς ἐὰν μίαν ἔχῃ τρίχα μέλαιναν ἢ λευκήν, ἀθυτον ἡγεῖσθαι. *Aegyptii, Typhonem colore rufo fuisse, existimantes, boum quoque non nisi rufos immolant, tam accuratam adhibentes obseruationem, ut si uel unum capillum album, aut nigrum habeat, non immolandum censeant.* Id quod Hebraeis itidem fuisse moris, MAIMONIDES *Hilc. de Vacca Rufa, Cap. I. 2.* adserit, cum sequentem in modum scribit: *Si in ea essent duo pili albi, aut nigri, in uno uel duobus poris, modo unus iuxta alium esset, illegitima credebantur.* BOCHARTVS *de Animal. S. P. I. Libr. II. Cap. 50. Quoties offeruntur victimae in Exodo et Leuitico, toties sacerdos spargit sanguinem ad altare circum circa. Et idem victimae sanguis, libris, vasibus, vestibus, sacerdotibus, populo vniuerso inspergitur. Id S. Paulo est τῷ αἵματι ῥαντίζειν, Hebr. IX. 21. et Petrus eodem alludens, nos electos fuisse, scribit εἰς ῥαντισμὸν αἵματος Ιησοῦ χριστοῦ, in aspersionem sanguinis Jesu Christi, 1. Pet. I. 2. Itaque Iudaeorum canon hic est notissimus,* עקר הזכח בהזיית הדם *radix, seu essentia, sacrificii est in aspersione sanguinis. Hinc* MAIMONIDES *de Paschate Cap. II. Sect. 6.* שהזרוקה המורה שהיא עקר הקרבן *Quia aspersio ritus maxime desiderabilis est, cum sit radix oblationis.* Simile quid viri docti uolunt in Gentilium sacris inuenisse, quem in finem adlegant HERODOTVM, qui in *Euterpe Cap. 39.* consuetudinem istam his uerbis memoriae consignauit: *θυσίη δὲ σφι ἥδε κατέστηκε, sacrificandi autem is eis est ritus: Pecude ad aram, ubi immolatur, adducta, pyram incendunt,* ἔπειτα δὲ ἐπ' αὐτοῦ οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηίου

ἱρηίου ἐπισπείσαντες etc. *Deinde ſupra pecudem libato contra templum uino, ac, Deo inuocato, eam mactante.* Rationes ergo, quibus SPENCERVS adductus permotusque ſtatuit, DEVM in luſtrationum ritibus inferendis de Gentilium moribus oculos nusquam deieciſſe, et plerasque cerimonias ex Ethnicorum ſacris in Iſraelitarum templum et ſynagogam detuliſſe, uel ſuperſtitiones ritus in contrarios commutaſſe, potiſſimum eo redeunt, quod conſuetudines Hebraeorum gentibus aliis, et quidem diu extructum ante templum uiguerint. Teſtimonium tuendae opinionis uel ex ipſo lauandi ritu et aqua luſtrali, Weih-Waſſer, deſumit, cuius deſcriptionem nos ſupra dedimus.

§. 100. Repetenda tamen hic uidentur, quae SOZOMENVS *in Hiſt. Eccleſiaſt. Libr. VI. Cap. VI.* memoriae demandauerat de aqua Graecorum luſtrali: Ἐπεὶ δὲ ἔμελλον ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θάλλους τινὰς διαῤῥόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε. *Cum autem limen templi ſuperaturus eſſet, Sacerdos niuentes quosdam ramos madefactos in manu tenens, more Graeco, ingredientes aſpergebat.* Romanis eandem in conſuetudinem iuiſſe cerimoniam, *ex Ouidii Metamoph. Libr. I. euidenter* patet:

— — — — — Vbi libatos irroranere liquores
Veſtibus et capiti, flectunt ueſtigia ſacrae
Ad delubra Deae — — — —

Ad Gentilium imaginem ueteres Chriſtiani complures, inter Ethnicos et nati et educati, ad ſacra acceſſuri, hunc per aquam luſtrandi praemiſere ritum, quod clare teſtatur CHRYSOSTOMVS *Homil. 72. in S. Iohannem*: Εἶτα χεῖρας μὲν νιπτόμεθα εἰς ἐκκλησίαν εἰσίοντες; *Deinde manus lauamus in Eccleſiam ineuntes*; Et IVSTINVS MARTYR, *Apolog. II. m. p. 92. 93.* Τὸ λουτρὸν τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες διὰ τοῦ προφήτου κεκηρυγμένον, ἐνέργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας. *Lauationem autem illam cum audiſſent Daemones, per Prophetam promulgatam, effecerunt, ut et ingreſſuri in templa eorum et acceſſuri ad illos, atque libationibus adipisque nidoribus offerendis*

operaturi, seipsos aquae aspersione lustrarent. Vid. Indic. voc. Aspers. Quanquam autem SPENCERO, quam lubentissime demus, Pontificiorum aquas lustrales a profanis gentium ritibus habuisse originem, non tamen possumus eo adduci, ut credamus adsertum uiri docti supra commemoratum, quin potius, Gentiles per κακοζηλίαν quandam, Satanae fraudibus concitatos, ritus hosce in superstitiones idololatricas transtulisse, nouasque indies superstitionum feciſſe acceſſiones, rationibus iisdemque grauissimis inducti, quas Theologis tradendas relinquimus, arbitramur. Ad obiectionem SPENCERI antea adlatam, regerimus, multas ante templum extructum consuetudines Hebraeis in usum uenisse, et licet gentes quaedam memoriam Mosis longe superent, scriptores tamen profani ad unum omnes Mose sunt posteriores, siquidem Moses aetate, ipso Poetarum principe Homero, superior est; Scriptores autem profani dogmatibus in tradendis ac in definiendis gentium moribus accommodarunt se ad rationes et consuetudines suorum temporum. Sed in uiam ab qua tantisper reflectentes excurrimus, redire nos oportet. Argumentum ergo, quod ad stabiliendum Baptisma Israelitarum petitur a Gentilium Baptismis et lotionibus, lubricum est, quippe hi ab lotionibus Leuiticis et Mosaicis, non uero a Baptismate Israelitarum initiationis sacramento, quale Patriarcharum, Mosis et Prophetarum memoria inter Hebraeos nusquam uiguit, suos βαπτισμοὺς, purificationes, aquam lustralem, das Weih-Wasser, quae demceps ad Pontificios deuenit, sunt mutuati. Reliqua dissentientium argumenta discussa passim et explosa dedimus in notis ad *1. Cor. X. 2.* Illas uero antiquitates, quas Capitibus II. III. IV. et V. omittendas censuimus, uidesis apud Matthaeum et Euangelistas reliquos expensas.

CAPVT VI

§. 1.

Ad u. 9. et 46. De eremis ueterum Marc. I. u. 3. et 4. p. 474. sqq. satis est dictum. Iam de sacris in montibus et agris ueterum ex instituto disceptabimus, quod argumentum uel ideo diligentiore studio ac discussione

ne iudicamus dignum, quod excurrendi cum primis in montes, sacrorum illic suscipiendorum causſa, ritus ab Ethnicis, sicut alia multa, Romanam in Ecclesiam uenit. Quo igitur pleniùs tradi queat institutum illud, quod Pontificii adpellitant Wallfarthen, ultimam sacrorum in montibus memoriam repetendam duximus. Praeiuit in hoc IOHAN. GOTTLOB NIMPTSCHIVS, *Vratislau. qui A. S. P. cIↃ IↃcc XIX in Alma Philyrea* sub praesidio M. FRIDER. GOTTHELFF FREYTAGII, *Fac. Philos. Assessor.* percruditam habuit dissertationem DE SACRIS GENTIVM IN MONTIBVS, cuius selectissima argumenta hic innectere, fuit complacitum. Horret animus, et uix satis mirari potest insignem hominum peruersitatem, qui puro simplicique cultu, quem Deus ipsis praescripserat, non contenti, nouas subinde Deum colendi rationes excogitauerunt, et turpissimo ἐθελοθρησκείας uitio abrepti, omnem pene terrarum orbem superstitiosis ritibus infecerunt. Vt de magna fictorum Numinum copia, quibus fana, delubra, et atra propemodum omnia impleuerant, heic nihil meminerim, et absurda Deorum, monstra, quae, poeta teste, IVVENAL. *Sat. XV. 10.* in hortis saepe numero nasci solebant, silentio prorsus inuoluam, sacrorum sane, quibus DEVM uenerabantur, tam insolens, et uaria fuit ratio, ut quocunque locorum te conuerteres, aliae atque aliae cerimoniae oculis obiicerentur. Iam enim sacrificulus in luco, Diis consecrato, horrendum carmen recitat, mox in obscurum antrum ingressus secreta cum Deo suo colloquia comminiscitur, quibus rite, ut credebat peractis, in excelsum montis iugum adscendit, supplicibusque in eo precibus iratum Numen placare cupit. Quae omnia etiamsi communem aliquem de DEO sensum, qui humano generi inditus est, mirifice testantur, deprauatum tamen hominis animum simul indicant, qui suis obtemperans cupiditatibus ad deteriora facile prolabitur, et ciusmodi honoris cultum summo DEO exhibere sustinet, quem is propterea, quod cum uanissima mentis superstitione coniunctus est, magnopere abominatur, *et quis postulat eum a uobis, Es. I. 12. Conf. Ier. VI. 20. Amos V. 21. sqq.* Quo antiquior autem sacrorum in montibus usus est, eo magis abstrusa eorum origo esse de-

pre-

prehenditur, quia MOSES antiquiſſimus ſcriptor, quem unum maxime omnium in perueſtigandis antiquorum ſacrorum originibus intueri fas eſt, non niſi poſt horrendam illam eluuionem, quae toti terrarum orbi incubuit, ſacrorum in montibus peractorum facit mentionem. Quod ſi tamen aliquis coniecturae locus relinquitur, paullo altius, et forte, poſtquam hominum genus in Caini poſteris multiplicari coepit, ſacrorum in montibus origo repetenda eſt, utpote quo tempore homines, praeter alia uitia, quibus ſe ſe turpiter foedarunt, ſine dubio ad ſiderum cultum delapſi ſunt, et prima infandae huius ſuperſtitionis fundamenta poſuerunt. Nam montes iam tum extitiſſe, adfirmare non dubito, ſuoque proinde ingenio doctiſſimum BVRNETVM *L. I. Theor. tellur. ſacr. c. 9.* abundare, facile patior, qui praeter alia lepida commenta, quibus librum ſuum locupletauit, quaſi ipſe eluuioni Noachicae interfuiſſet, montes a condito ſtatim orbe in terra eminuiſſe, negat. Id autem certum eſt, quod homines, prioribus ab orbe condito ſeculis, quum ſimplicibus ſcilicet, et antiquis uiueretur moribus, nec aris, nec ſtatuis, immo nec templis, quibus DEVM uenerarentur, uſi fuerint, ſed uel tantum precibus, uel manibus, oculisque ad coelum ſublatis potiorem ſacrorum rationem crediderint abſolui. Quem morem, ut ſacrae litterae exemplis paſſim comprobant; ſic Graeci iuxta et Latini Scriptores ſuffragio ſuo confirmant, apud quos *ἀνατείνειν ἀρανῷ χέρας*, et *ἀναχεῖν*, ſiue quod idem eſt, *ἀνίσχειν χέρας*, *manus*, uel *palmas ſupplices ad ſidera*, uel *coelum tollere*, *tendere*, *pandere*, ſaepius inuenitur. Certe Homerus non uno loco huius ritus meminit, et quum heroas ſuos orantes deſcribit, ſemper χέρας ἀναχών addere ſolet. Inprimis uero, quando Hector Graecos ex acie fugientes acerrime inſequitur, ita ſcribit: *Il. Σ. 347. Conf. Il. l. 564. et Virgil. L. III. Aen. 76.*

χεῖρας ἀνιχόντες, μεγάλ' ἐυχετόωντο ἕκαστοι.

Manus attollentes alta quilibet uoce precabatur. Vbi poetae enarrator: Εὐχονται δὲ οἱ Ἥρωες τοῖς μὲν ἐπουρανίοις θεοῖς, *precabantur heroes coeleſtes deos*, ut ſcilicet, eiusmodi ritum ad ſolos coeleſtes deos pertinere, innueret, et inferis diis, uti inter antiqui-

tiquitatum peritos conſtat, alia prorſus ratione, manibus ad terram demiſſis, *u. Euripid. Hecub. u. 79.* marinis autem manibus mare uerſus proiectis *u. Homer. Il. ά. 350.* preces fuiſſe factas commonſtraret. Is autem, quem dixi, ritus ad coelum manus extollendi, tam frequens fuit apud ueteres, ut *manuum ſublatio* apud HORATIVM *L. III. Od. 23.* pro oratione ſumatur, ut alias dicendi formulas, quae hunc ritum egregie illuſtrant, et apud ſolutae orationis ſcriptores POLYBIVM, *L. XV. c. 27.* LVCIANVM, *in Philo-patrid. ſub fin.* SALLVSTIVM *in Bell. Catilin.* et LIVIVM *L. V. c. 21.* legi poterunt, ſilentio praetermittam.

§. 2. Haec de excelſiore DEI ſede opinio, ut ſuo loco docebitur, niſi prorſus fallor, gentes in montes quoque compulit, ut ſub dio ſacris ibi operarentur. De Perſis, qui olim Diis neque altaria, neque imagines ſtatuerunt, apud STRABONEM *L. XV. p. 732. edit. Caſaub.* legimus relatum, Πέρσαι ἀγάλματα, ϗ βωμὺς ϗ̓χ ἱδρύονται, θυσίσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, *Perſae nec ſtatuas, nec aras erigunt, ſacrificant autem in excelſo loco.* Quam ſententiam ex HERODOTO *L. I. c. 131.* uidetur deſumſiſſe, qui de illis ita: οἱ δὲ νομίζουσι Διὶ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἕρδειν, *moris habent editiſſimis quibusque conſcenſis montibus Ioui hoſtias immolare.* Atque hoc apud XENOPHONTEM κύρου παιδ. *L. VIII. p. 233. ed. Wech.* Cyrus facit, qui de futura morte in ſomno admonitus, Διὶ πατρῴῳ, ϗ Ηλίῳ, ϗ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς ἐπὶ τῶν ἄκρων, *Ioui patrio, et Soli, et aliis Diis in ſummis montium iugis* ſacrificia legitur obtuliſſe. Cuius rei cauſſam HERODOTVS quoque poſt uerba iam adducta tradit, quod Perſae οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς Θεοὺς κατάπερ οἱ Ἕλληνες, *loc. cit. non exiſtimarent deos ex hominibus natos, ſicut Graeci,* qui, ad Deorum quaſi praeſidium, templa exſtruxiſſe, credebantur. Quapropter etiam CICERO, *L. II. de Legg. T. IV. p. m. 442.* templa Graecorum, a Perſis incenſa, memorat, *quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia et libera, quorumque hic mundus templum eſſet, et domus,* praeſertim

ſertim *cum*, ut ASCONIVS *in Verrin. II.* dicit, *nisi Soli, quem uenerabantur, nisi ipſum mundum ſufficere, exiſtimarent.* Et hunc ritum etiam in Phoenicia, aliisque finitimis regionibus quondam inualuiſſe, cum ex Baalaki, *Numer. XXIII.* Moabitarum regis, tum ex aliorum, qui in ſacro codice occurrunt, exemplis cognoſcitur, quibus etiam Iudaeos uicinas gentes imitatos fuiſſe, proditur, quamobrem DEVS per ſanctiores uates iram ſuam iis denuntiat, poenasque, niſi hanc ſuperſtitionem miſſam faciant, grauiſſimas ſolet comminari.

§. 3. Etiamſi autem altaria, quae initio rudi admodum arte, ex ceſpite, ut plurimum uiuo, exſtruebantur a ueteribus, montium colliumque ſpeciem quodammodo referre uidebantur; Nihilominus tamen ea quoque montibus ſuperimpoſita, et diis dicata fuerunt. Sic Althaemenes, Minois nepos, ut apud APOLLODORVM *L. III. Bibliothec. c. 2. init. De Iouis Elicii ara in Auentino monte. u. Liuius L. I. c. 20.* eſt, patria profugus Atabyrin altiſſimum in Inſula Rhodo montem conſcendit, et τῶν πατρώων ὑπομνησθεὶς θεῶν ἱδρύετο βωμὸν Ατα βυρίῳ Διὸς, *deorum patriorum recordatus aram Ioui Atabyrio dedicauit.* Et quamuis STRABO *L. XIV. p. 655.* templum Ioui Atabyrio in eo monte ſacratum commemoret, cum Apollodoro tamen eum pugnare non credunt, qui, aram ab Althaemene erectam templo deinceps circumdari potuiſſe, exiſtimant. Praeter hanc aram, Ἰδαίῳ Διὸς *Idaei Iouis*, aras his uerbis meminit AESCHYLVS *apud Strabon. L. XII. p. 58.* οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ Διὸς πατρῴῳ βωμός ἐστι. *Quibus in Idaea rupe paterni Iouis ara eſt.* Neque id honoris tantum Ioui, ſed etiam Iunoni datum eſt a gentibus, cui ut PAVSANIAS *In Boeotic. c. III.* auctor eſt, Boeotii in maioribus Daedalis, ludis ſcilicet ſexageſimo quoque anno in Iunonis honorem celebratis, βωμὸν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους, *aram in uertice montis*, dicauerunt, quam ex lignis conſtructam, una cum uictimis, quae poſita in illa fuerunt, igni abſumendam tradiderunt. Immo, quod ab eodem PAVSANIA *in Phocic. c. XXXIII.* diſcimus, Charadraei, ab urbe Phocidis Charadra ſic dicti, uiros fortes, quos Ἡρώων nomine ſalutabant, βωμοῖς ἐν τῇ αὐθρᾳ ὑπὲρ ὑψηλῆς κρυμνοῦ, *aris ſub dio in excelſa rupe*

erectis

erectis honorauerunt. Eadem ratione TACITVS *L. II. Hiſtor. c. 78.* Veſpaſianum, cum in Carmelo ſacrificare uellet, nec ſimulacrum in eo, nec templum, *ſed aram tantum, et reuerentiam* inueniſſe, teſtatur. Et in huiusmodi altarium, quae honoris cauſſa in collibus erigebantur, cenſum Iudaeorum במות, *excelſi*, referre eo minus dubito, quo frequentius ea in ſacris litteris occurrunt, et in eorum habentur numero, quae a profanis gentibus profecta DEO haudquaquam placere potuerunt. Neque aliam ob cauſſam DEVS Iudaeis lucorum uſum interdixit, quam ut, ſanctiore ſe cultu delectari, ac nihil cum gentium diis commercii habere, oſtenderet. Tametſi enim prima lucorum religio uitio caruit, et ab ipſo Abrahamo *u. Gen. XXI. 33.* non repugnante DEO, ſuſcepta eſt; quoniam tamen poſtero tempore Iudaei uaria nefandi cultus ſemina ex Aegypto ſecum aſportauerant, quae eorum ſe poſtmodo lucis ubique exſerebant, hinc factum omnino eſt, ut DEVS, omnes lucos ſeuera lege *Exod. XXXIV. 13. Conf. Deut. VII. 7.* exſcindi, iuberet. In montibus autem, et inprimis ad eorum radices, niſi forte natura loci aliud ſuadere uidebatur, lucos ab Aegyptiis *u. Diod. Sicul. L. XVII. c. 50.* Graecis *Aelian. L. III. H. V. c. 1. Pauſan. in Corinthiac. c. II.* Romanis *Horat. L. III. od. 4. Valer. Flaccus L. I. 69.* ueteribus Germanis *Tacit. German. c. XLIII. Conf. Cluuer. Antiqu. Germ. p. 271. et p. 710.* plantatos, et uariis ritibus Diis conſecratos fuiſſe, tam notum eſt, ut rem ſine dubio ſuperuacaneam ageret, qui eorum exemplis diutius immoraretur. Is ſane antiquiſſimus lucus, qui, DIONYSIO *L. I. p. 25. ed. Wech.* teſte, ab Arcadibus, ſiue, ut alii uolunt, ante Arcadum aduentum, Pani conſecratus erat, et Lupercal dicebatur, in monte Palatino fuit, et PAVSANIAS *in Phocic. c. XXXIIX.* aram, et lucum, qui apud Myonenſes θεοῖς μειλιχίοις *diis mitibus* ἐπὶ ὑψηλῷ, *in excelſo loco*, ſacer erat, commemorat, quemadmodum et luci in Cretenſium monte Ida aliquoties VIRGILIVS *L. II. Aen. 696. et L. X. 250.* meminit, qui etiam de luco Pici Latinorum regis ita: *L. VII. Aen. 170.*

Templum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis
Vrbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici,
Horrendum ſiluis, et religione parentum.

§. 4. Statuas, in montibus collocatas, remotioris aetatis antiquitas ignorat, quandoquidem, hunc ritum exinde ortum coniicimus, quod ueteres, annalium monimentis destituti, uiros fortes, et de republica praeclare meritos statuis erectis honorare, eorumque memoriam hac ratione ad posteros propagare, studuerunt. Interiecto autem tempore, cum, ut alias accidere solet, abiectum adulandi studium magis ac magis inualesceret, et huiusmodi simulacra, in clarissimorum heroum honorem, uel capite nudato, uel flexis genibus salutarentur, immo et interdum sacrificiis, thuribus, coronis, et unguentis coli solerent, hinc factum quoque est, ut statuae diuinitatis opinionem consequerentur. Nam ut ex Romanorum historia oppido patet, antiqui Romani plus quam centum et septuaginta annis deos sine simulacris coluerunt. Et TACITVS *In German. C.* XXXXIII. hanc maioribus nostris Germanis laudem tribuit, quod *nulla apud eos simulacra, nullum peregrinae superstitionis uestigium* reperiatur. Sed non omnes gentes ab hac superstitione intactas fuisse, uel ex eo liquere poterit, quod DEVS de Iudaeis, qui peruerso imitandi studio ad exteros mores saepius desciscere solebant, conqueritur: *2. Reg.* XVII. *10. statuerunt sibi* מצבות ואשרים, *in omni colle excelso, et sub arbore uirente*, quo loco LXX interpretes מצבות ואשרים uertunt στήλας καὶ ἄλση, atque hoc ipso momento, statuas in montibus fuisse positas, probant. Quid? quod etiam PAVSANIAS, *in Attic. C.* XXXII. diserte huius ritus mentionem facere uideatur, quando inquit: Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη, καὶ Θεῶν ἀγάλματα ἔχει. Πεντελῆσι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμέττῳ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός, *deorum simulacra in montibus Atticis haec sunt, in Pentelico* MINERVAE, *in Hymetto*, HYMETTII IOVIS. Et HESYCHIVS: ΑΘΩΟΣ, ὁ ἐπὶ τῷ ὄρει ἱδρύμενος ἀνδριὰς, ὁ Ζεύς. ATHOVS IVPITER *dicitur, quia eius statua in illo monte colitur.* Illis autem statuis, sub dio erectis, ut Aristophanis INTERPRES *in Auib. p. 1114.* scribit, quosdam μηνίσκους, siue *umbellas ligneas*, impositas ferunt, ne scilicet ab auibus conspurcarentur, unde aliqui nimbos, qui hodie diuorum adpinguntur capitibus, suam traxisse originem, arbitrantur.

§. 5.

§. 5. Venio iam ad templa, diis in montibus exſtructa, quae a gentibus propterea tam magno numero condita exiſtimo, ut qui tot ac tam diuerſis diis ſacra facerent, ſub tecto a coeli aerisque iniuriis defenderentur. Vti autem templorum in montibus numerum inire, propter eorum multitudinem admodum difficile eſt, ſic potiora tantum, et prout ſe inter legendum oculis forte obtulerunt, adducam. Qua in re iterum STRABONEM et PAVSANIAM, qui res ueteris Graeciae diligentiſſime deſcripſerunt, ſequor, quorum ille IOVIS LABRANDENI templum *L. XIIII. p. 453. in monte Cariae* apud Labrandam uicum, APOLLINIS ACTII *L. VII. p. 225.* in Epiro ἐπὶ λόφῳ, *in tumulo*, VENERIS ἐπὶ κορυφῇ τῇ ἀκροκορίνθῳ, *in uertice acrocorinthi*, *L. VIII. p. 261.* Dianae Pergaeae *L. XIIII. p. 459.* ἐπὶ μετεώρῳ τόπῳ, *in ſublimi loco*, commemorat: PAVSANIAS uero DIANAE *in Phocic. c. XXXVII.* fanum, in quo huius deae ſimulacrum a Praxitele factum colebatur, ad dextram urbis Anticyrae ἐπὶ πέτρᾳ ὑψηλῇ, *in excelſa rupe*, porro ἐν κράθιδι ὄρει, *Crathide monte, in Arcadic. c. XV.* et ἐν κναπάλῳ, *Cnacalo monte Arcadiae loc. cit. c. XXIII.* recenſet: Praeterea idem Pauſanias IOVEM, et IVNONEM templa ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀρῶν *in Corinthiac. c. XXXVI. in ſummis montibus*, Coccygio ſcilicet, a Ioue in cuculum mutato, ſic dicto, et Prone MINERVAM ASIAM ἐπὶ τῇ τῆς Ασίας ὄρους κορυφῇ *in Laconic. c. XXIIII. in montis Aſiae uertice*, PALLADEM CRANAEAM ἐπὶ λόφῳ τὰ πλείω ἀποτόμῳ *in Phocic. c. XXXIIII. in uertice montis praerupta*, ad Theſſaliae urbem Eleatam, CERERE M STIRIDEM ἐπὶ ὑψηλῷ καὶ πετρώδει *loc. cit. c. XXXV. in edito et ſaxoſo loco*, NEPTVNVM ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ Ταινάρου *in Laconic. c. XXV. in iugo Taenari montis*, templum habuiſſe, docet, quemadmodum et HERODOTVS templi ἐπὶ τῶν ὀρέων ὑψηλοτάτων, *in editiſſimis montibus*, apud Satras Thraciae populos meminit, *L. VII. C. CXI.* in quo a Baccho oracula edi ſolebant. Et praeter VVLCANI fanum ἐν τῷ ὄρει ſupra promontorium Siderus Scylaci *in Periplo p. 39.* memoratum, de VENERIS templo in monte *Libano* LVCIANVS ſic ſcribit *de Dea Syria p. 880. ſq. T. II. ed. Salm.* Ἀνέβην δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ Κινύρης ἵσατο· καὶ εἶδον τὸ ἱερὸν, καὶ

ἀρχαῖον ἦν. Aſcendi in Libanum e Biblo itinere unius dici, cum audiuiſſem Veneris antiquum ibi templum eſſe, quod a Cinyra dedicatum, ac uidi templum, eratque uetus.

§. 6. Ab his populis, quando ad ueteres Romanos tranſeo, tam magnam in ſepticolli eorum urbe templorum copiam inuenio, ut non hominum aliquam, ſed auguſtam deorum ſedem, in qua omnia orbis terrarum templa, delubra, et fana ſimul, et uno quaſi obtutu intueri queam, me iam intrare exiſtimem. Omnia enim templis repleta ſunt, et ſuperſtitioſis perſtrepunt ritibus, quorum *ſeptimontium*, ut dicebatur, *ſacrum*, *v. Varro L. IIII. de Lat. Lingu.* haud poſtremam partem conſtituit, et de ſacris Romanorum in montibus egregie teſtatur. At enim uero, templa in montibus recenſere adgreſſus ſum, ideoque fugitiuo ſaltem, quod dicunt, oculo, et praeeuntibus iis, qui urbem Romam per regiones deſcripſerunt, *u. Marlianus in Topogr. Victor. in deſcr. reg. urb. Roſinus in Ant. Rom. Pitiſcus in Lex. et Cantelius paſſim.* Romanos montes perluſtrabo. In Palatino igitur monte occurrit templum *Iouis Feretrii*, et *Statoris*, quorum utrumque Romulus uouerat, poſthaec *Iunonis Soſpitae*, et *Muſarum*, *Victoriae*, *deae uiriplacae*, *Febris*, *magnae matris Berecynthiae*, et *Lunae noctilucae*. In Capitolino monte, olim Tarpeio, prius Saturnio dicto, fuit aedes *Iouis Tonantis*, qui et Optimus Maximus, et Capitolinus uocabatur. Heic ad dextram *Mineruae*, ad ſiniſtram *Iunonis Reginae*, *Fidei*, *Termini*, et in arce Capitolii adiacente *Iunonis Monetae*, *Martis*, *Mentis*, *Veneris Ericynae*, *Opis*, *Iuuentutis*, et *Veneris caluae* fana fuiſſe perhibentur. In monte Quirinali rudera aedis *Quirini*, *Semonis Sangi*, ſiue Sanci, *Salutis*, *Dei Fidii Sabinorum*, *Florae*, *primogeniae*, et *publicae Fortunae*, *Mineruae Flauianae*, *Fidei*, *Serapidis*, *Apollinis*, et *Clatrae* ſacella fuerunt. In Viminali *Aeſculapii*, et *Iouis Fagutalis*, in Eſquilino *Iunonis Lucinae*, et *Veneris*, in Caelio, quem olim Querculanum, ſeu Querquetulanum dixere, templum *Diui Claudii*, *Mamurrae*, *Tetricorum*, et *Faunorum*, *Veneris* et *Cupidinis*, *Deae Carnae* conſpiciebatur. In Auentino autem monte *Dianae*, *Iunonis Reginae*, *Mineruae*, *Bonae Deae*, *Lunae*, *Victoriae*, *Murciae*, et *Libertatis* fana extiterunt.

Et

Et quamuis nulla prosus sacrorum in montibus alia uestigia ab antiquitate nobis relicta essent, diuersa tamen cognomina, quae diis deabusque a montibus data fuerunt, luculentum huius rei indicium ferre possunt. Sic enim deos iuxta ac deas cognominum multitudine admodum delectari credebant ueteres, quam ob caussam non solum *Apollo* apud CALLIMACHVM, *in Hymn. in Apoll. u. 70.* et *Bacchus* apud SOPHOCLEM, *in Antigon. u. 1127.* Πολυώνυμος audit, et *Diana* eidem CALLIMACHO, *in Hymn. in Dian. u. 7.* propter Πολυωνυμίην celebratur, sed etiam de *Mercurio* ARISTOPHANES ait, *in Plut. u. 111.*

> ὡς ἄγαθόν ἐστι ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν,
> *Quam pulchrum est multa habere cognomina,*

scilicet, quae illos in pluribus locis solemniter coli arguerent. Atque huius generis sunt, quod a locis excelsis non *Iupiter* modo aliique dii ΑΚΡΑΙΟΙ, et deae, quales *Iuno*, *Minerua*, *Venus*, *Diana* fuerunt, ΑΚΡΑΙΑΙ dicerentur, sed etiam peculiari modo *Iupiter* ΑΘΩΟΣ, *u. Hesych. in* ἀθῶος ΑΤΑΒΥΡΙΟΣ, *Strabo L. XIV. p. 450.* ΑΡΒΙΟΣ, *Stephan. de urbib. p. 100. ed. Amst.* ΑΛΥΣΙΟΣ, *Theon. in Arat. cit. Meursio in Rhodo L. I. c. 8.* ΔΙΚΤΑΙΟΣ, *Strabo L. X. p. 330.* ΤΜΑΡΙΟΣ, *Id. L. VII. p. 227.* cuius sacerdotes τομεῖς dictos ἀνιπτόποδας καὶ χαμαιεύνας *illotis pedibus uiuere, et humi decumbere* HOMERVS *Il. π'. 234.* docet, ΤΜΗΤΤΙΟΣ, *Pausan. in Attic. c. XXXII.* OLYMPIVS, *Cic. L. II. Tusc. Qu. c. 17.* CAPITOLINVS, *Liuius L. V. c. 50.* PENINVS, *Sponius in Aris Ignot. deor. n. 10. p. 243. T. VII. Thes. Gron.* CENAEVS, *Ouid. L. IX. Met. 136.* ΑΙΤΝΑΙΟΣ, *Pindar. Olymp. VI. 162.* et reliqua, *Pallas* AKRIA, *u. Hesych. in* ἀκρία. *Cybele* DINDYMENE, *Martial. L. VIII. Epigr. penult.* et BERECYNTHIA, *Statius L. III. Thebaid. 782. Venus* ERYCINA, *Liuius L. XXIII. c. 31.* et IDALIA, *Propert. L. II. El. 13.* a promontorio Cypri Idalio, ut MEVRSIVS *in Cypro L. I. c. 12.* legit, non Pedalio, uti STRABO *L. XIIII. p. 469. conf. Cellar. Geograph. Antiqu. T. II. p. 272.* scribit; *Apollo* CYNTHIVS, *Horat. L. I. od. 21. Mercurius* CYLLENIVS, *Ouid. L. XIII. Met. 146. Diana* ΧΗΣΙΑΣ, *Callimach. hymn. in Dian. u. 228.* PERGAEA *Strabo L. XIIII. p. 459.* et TMOLIA, *Athenaeus L. XIIII. Dipnos. p. 636. Musae* HELICONIADES, *Hesiod. Theogen. initio.* PARNAS-

NASSIDES, *Lucan. L. V. 71.* PIERIDES, *Ouid. L.* VI. *Faſtor. 561.* et quis omnia enumeret? adpellarentur.

§. 7. Quemadmodum autem ſaepe unius rei plures deprehenduntur cauſſae, ſic ego, dum ſacra gentium in montibus intueor, non unam me cauſſam inueniſſe, exiſtimo, quo gentes adductae ſunt, ut ſacra in montibus adminiſtrarent. Equidem, ſi eorum, qui omnes ueterum ritus ab Ebraeorum gente arceſſunt, et coniecturis ut plurimum niti ſolent, morem imitari fas eſſet, ſine dubio reſtauratorem generis humani Noachum, his primum ſacris occaſionem dediſſe, adſererem, ſiquidem DICKINSONIVS, *in Delph. Phoeniciſſ. c.* XII. uir doctus, et perquam ingenioſus, Noachum aliquamdiu circa Armeniae montes, in quibus arca conſediſſe creditur, domicilium ſibi conſtituiſſe narrat, qui propterea, quod DEI beneficio ex feralibus undis feliciter euaſerat, ſacrificia DEO Seruatori forte in iis montibus obtulit, et filios, ut eadem deinceps facerent, hortatus eſt. Atque ab his ritus ſacra in montibus faciendi ad poſteros Noachi, et praecipue ad Iauanis filios, ſeu nepotes propagari potuit, qui ut idem auctor, quo teſtimonio fretus, neſcio, tradit, *libr. cit. c.* IX. Phocidis montem Parnaſſum incoluerunt, et in eo templum ſummo DEO conſecrarunt, *priſci enim*, pergit, *a Noae usque temporibus montes habitandos eligebant, et in iis praecipue, (nam DEO ſacros exiſtimabant) rem diuinam facere conſueuerunt.* Sed ſi ingenue dicendum, quod res eſt, uereor ſane, ne iſtaec omnia fruſtra proferantur, et DICKINSONIO idem accidat, quod aliis uiris doctis, et inter eos celeberrimo Huetio, in libro, quem titulo demonſtrationis Euangelicae inſcripſit, aliquoties accidiſſe nouimus, qui dum ingenio plus iuſto indulgent, et omnes gentium ritus cum Ebraeorum moribus accurate conſpirare docent, in tricas ſaepiſſime incidunt, quibus ſe uel admodum difficulter, uel nulla prorſus ratione, expedire poſſunt. Quis enim, quaeſo, Noachum in Armeniae montibus aliquamdiu commoratum, argumento ſatis probabili demonſtrare poterit? quis, ſacra eum in montibus a DICKINSONIO nominatis feciſſe, temere adfirmuerit? cum antequam Noah ex arca exiret, ut ſacer codex loqui-

loquitur, יבשה ארץ, *Gen.* VIII. *14. iam ſicca terra* fuerit, et nihil propterea impedire potuerit, quo minus Noah ex montibus, quo arca adpulerat, deſcenderet, DEOque ſuo *ευχαριστήριον* ſacrum offerret. Et quis denique, Iauanis poſteritatem in Parnaſſo conſediſſe, et templum ibi ſummo DEO conſecraſſe, uspiam legerit? quae omnia ſuauiſſima ingenii commenta ſunt, et eadem, qua adferuntur, opera, refelli queunt. Et quamuis ab aliquibus ex Noachi poſteris, ob eluuionis forte denuo ingruentis metum, montes habitatos fuiſſe, facile largiar, eos tamen a Noachi usque temporibus, ut DICKINSONIVS nobis perſuadere cupit, DEO fuiſſe conſecratos, luculento teſtimonio deſtitutus, nondum, mihi perſuaderi, patior.

§. 8. Illud forte praeterea cauſſae loco adferri poterat, quod fama de Abrahamo, qui DEI iuſſu filium immolaturus in *montem Moriah* adſcendit, *Gen.* XXII. *2. ſq.* ad uicinos populos perlata in hanc eos ſententiam adducere potuerit, ut, excelſos montes, rebus diuinis aptos, et DEO in deliciis eſſe, crederent. Sed hanc etiam opinionem ſuis urgeri difficultatibus, et idoneo rurſus fundamento deſtitui, quis non uidet? inprimis, cum et ante Abrahami ſacrificium hic ſacrorum ritus inualuiſſe uideatur, admodum autem incertum ſit, num rei ab Abrahamo geſtae notitia, praeter Abrahami poſteros, ad alias quoque gentes permanauerit. Quapropter etiam ſolemnior legis diuinae promulgatio in *monte Sinai* facta, etiamſi ad aliorum aures peruenit, ſacrorum in montibus cauſſa eſſe nequit, quoniam iisdem fere temporibus, et niſi fallor, paullo ante, Bileamus artes ſuas nefarias in montibus exercuerat, cuius rei poſtmodo inſigne edidit documentum, cum a Baalacko prouocatus nunc במות בעל *Num.* XXII. *41. in excelſis Baal*, mox על־ראש הפסגה *Num.* XXIII. *14. in uertice montis Piſga*, et iterum על־ראש הפעור *loc. cit. 28. in iugo montis Peor*, ſeptem exſtructis aris, populum Iſraeliticum uictorem omnibus diris deuouere adgrederetur, et in gyrum ſe quaſi circumageret, ut more, incantatoribus conſueto, faciem Numinum ſibi uel propitiorum, uel inimicorum adcuratius pernoſceret.

§. 9. Sed ut propius ad rem accedam, praecipuam ſacrorum in montibus rationem, quae per ſe ſpectata nihil habuit uitii, ſolitudinem fuiſſe, reor, qua homines pietatis ſtudio diti, nullo non tempore adlecti ſunt, ut montes adſcenderent, et hoc ſe potiſſimum modo ab aliorum ſtrepitu ſegregarent. Scilicet religioſis precibus haud quaquam cum uulgi ſtrepitu conuenire, et animum rebus ſacris intentum, a debito earum cultu auocari poſſe, non temere ſibi perſuadebant. Certe Abrahamus, praeter alias cauſſas, Deo optime cognitas, ſine dubio propterea in montem abire iuſſus eſt, ut ne mater Iſaaci, quando filium ſibi dilectum uinciri, araeque imponi cerneret, precibus lacrimisque maritum in ſacrificandi propoſito turbaret, animumque eius ad miſericordiam, ſecus ac DEUS uoluerat, erga filium flecteret. Et fortiſſimi Ebraeorum ducis Iephthae filia, ut iuſto dolori, quem imprudens patris uotum ipſi adtulerat, melius indulgeret, cum puellis ſibi adiunctis loca ſola elegit, et, ſicut ſacrae litterae teſtantur, על־ההרים *Iudic.* XI. *38.* in montibus fleuit, ac lamentata eſt. Quid multa? ipſe Seruator generis humani Optimus Maximus, ut populi turbae ſe ſubduceret, in montes *Matth.* XXIIII. *23. Marc.* VI. *46.* aliquoties abiit, et ſanctiſſimis precibus patrem ſuum coeleſtem adorauit, unde hodierni Monachi occaſionem ſumſerunt, monaſteria in monte Thabor (*Adamuamus de locis ſanctis L.* II.) et Atho ſancto exſtruendi. Quae omnia, quo adcuratius mecum conſidero, eo magis in illam me adducunt ſententiam, ut credam, quod montes, aliaque excelſa loca, propter ſolitudinem ab aliis etiam gentibus ad diuinum cultum fuerint deſtinata, et in eo tantum grauiſſime errauerint gentes, quod non uero DEO, ſed fictis ſuis ſpurcisque numinibus, precum honorem detulerint. Ita enim in Graecorum templis: ἐκὰς ἔσε βέβηλοι, et σιγῆ πᾶς ἔσω λεώς; apud Latinos: *procul eſte profani!* auditum iudico, non quod ſacra tantum a profanis, et irreligioſis hominibus pollui crederent, ſed ne forte ab iisdem in peragendis ſacris turbarentur.

§. 10.

§. 10. Aliam ſacrorum in montibus cauſſam ſuppeditat opinio, qua ueteres imbuti fuerunt, ut uel *Coelum* ipſum pro DEO haberent, quam ſententiam HERODOTVS *L. I. c. 131.* Perſis attribuit, quanpo πέρσαι, inquit, τὸν κύκλον πάντα τῦ ὐρανῦ Δία καλέονται, *Perſae omnem gyrum coeli Iouem adpellant*, et uetus inſcriptio apud Gruterum *fol. IV.* firmat, in qua

OPT. MAX. COELVS AETERNVS

legitur, uel quod *coelum auguſtiſſimam deorum ſedem* exiſtimarent, cui ut propiores eſſent, loca in terris eminentiora frequentare coeperunt. Nam perantiquam hanc apud gentes opinionem fuiſſe, uel ex HESIODI *in Theogon. u. 128.* uerbis liquet, qui ὐρανὸν ἀςεροέντα, *coelum ſtellis ornatum*, propterea a Tellure factum dicit,

ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,
Vt eſſet beatis diis tuta ſemper ſedes.

Et ARISTOTELES *L. I. de Coelo c. 3.* diſerte ait: πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν, καὶ πάντες τὸν ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀποδιδόασι, καὶ βάρβαροι καὶ ἕλληνες, ὅσοι περ εἶναι νομίζουσι θεύς. *Omnes enim homines de Diis habent opinionem, et omnes eum, qui ſurſum eſt, locum Deo tribuunt, et barbari et Graeci, quicunque putant eſſe deos.* Cuius rei, ex ſua nempe ſententia, hanc cauſſam reddit, δηλονότι, ὡς τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συνηρτημένον, ἀδύνατον γὰρ ἄλλως, *propterea quod immortali conueniat immortale, aliter enim fieri non poteſt.* Quapropter etiam HOMERVS *Il. ά 17.* deos ὀλύμπια δώματα ἔχειν, et HESIODVS *Opp. et dier. u. 8.* Iouem ὑπέρτατα δώματα ναίειν ſcribit, et EVRIPIDES, *in Helen. u. 1101.*

- - - ὀρθὰς ὠλένας πρὸς ὐρανὸν
Ῥιπτῶν θ', ἵνα δικοῖς ἀςέρων ποικίλματα,
recta brachia ad coelum
Proiicientes, ubi habitas in uaria ſede aſtrorum.

Hanc quoque ob cauſſam LVCIANVS, *de Dea Syria p. m. 1069. opp.* ſacrorum miniſtros ad loca celſiora ſe contuliſſe, cum deo

colloquutos, et toti Syriae bona precatos commemorat, ὅτι τῶν ἐυχωλίων ἀλχόθεν ἐπαίοσιν οἱ θεοὶ, *quod Dii facilius exaudiant ex propinquo.* Quae etiam TACITI *L. XIII. Annal. c. 57.* ſententia eſt, qui montes *maxime coelo* dicit *propinquare, precesque mortalium a diis nuſquam propius audire, putat.* Sed egregie decepti ſunt miſeri homines, quandoquidem aeternum Numen מרום *Hiob. XVI. 19. Ieſ. XXXIII. 5. Pſalm. LXXXXIII. 4.* et בשמים *1. Reg. VIII. 30. etc.* habitare dicitur, עליון, ὕψιϛος, *altiſſimus, Gen. XIV. 18. Luc. VIII. 28. etc.* nominatur ὁ μακρὰν tamen ἀπὸ ἑνὸς ἑκάϛου ὑπάρχειν, *Act.* XVII. *27. non procul quolibet abeſſe,* ut Paullus gentium doctor loqui ſolet, merito creditur.

§. 11. Quo altius itaque montes cacumine ad coelum exſurgebant, eo magis a diis frequentari, et quod facilior forte in eos e coelo deſcenſus fieret, domicilii loco haberi, creditum eſt. Hinc Olympus LYCOPHRONI, *in Caſſandr. v. 42.* κρόνα αἰπὺς ὄχθος, et PIODARO, *Olymp. V. 39. VIII. 22. X. 59.* quam ſaepiſſime λόφος κρόνα dicitur, non modo quod ſacer fuerit hic mons Saturno, ſed quod is olim hunc montem incoluerit, et in eius uertice de imperio cum Ioue decertauerit. Neque ille mons minus Ioui in deliciis fuit, quod ex eodem PINDARO *Olymp. V. 38.* cognoſcitur, qui ita exclamat:

Σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ
Κρόνιον δὲ νεφέων λόφον.
O Iupiter Seruator in altis montibus
Saturniumque inhabitans collem!

Immo, qui Homerum uel limis tantum, quod aiunt, oculis inſpexit, Iouis in Olympo, et Ida ſedentis ueſtigia ſaepius inuenire potuit. Sane Thetis, quum primo ſtatim diluculo ſe in uiam confert, et Iouem, ut ſe in partes filii Achillis pertrahi patiatur, humillime orat, ſedentem eum reperit, *Homer. Il. ά 497. Conf. Il. ξ. 157.* in

Ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Ὀλύμποιο,
Summo Olympi uertice, qui capita multa habebat.

Quam-

Quamobrem uetus Geographus SCYLAX Caryandenſis, *in Periclo p. 42.* (*Holſtenius ad Ortelium p. 85. intelligit Garizin,*) Carmelum montem ἱερὸν Διὸς, *templum Iouis*, adpellat, quod non niſi de ſede Dei intelligi poteſt, quia, SVETONIO *in Veſpaſian. C. V.* et TACITO *L. II. Hiſtor. c. 78.* teſte, nullum in eo templum conſpiciebatur, et IOSEPHVS, *L. II. Antiq. Iud. c. 5. med.* montis Sinai accolas prohibuiſſe alios narrat ab aditu montis, quoniam ἐνδιατρίβειν αὐτῷ τὸν Θεὸν, *habitare in eo deum*, adſeuerarent. Cuius rei originem ad Eliam Thisbiten, et Moſen referre non dubito, quorum uterque cum DEO in his montibus uerſatus eſt. *Exod.* XIX. *3. 1. Reg.* XVIII. *42. 46.* Quod autem SPONIVS *in aris ignot. Deor. n. 4. apud Gronou. Theſ. Antiq. Gr. T.* VII. *p. 241.* hanc in monte inſulae Naxi inſcriptionem inuentam memorat:

ΟΡΟΣ ΔΙΟΣ ΜΗΛΩΣΙΟΥ,

mons Iouis pecorum cuſtodis, illam, ſi cetera recte ſe habent; non ad Iouem, cui cum pecoribus nihil unquam fuit commercii, ſed ad Pana ὀρειβάτην, qui *Homer. hymn. in Pan. u. 7.*

κορυφὰς ὀρέων ἠδ' πετρηέντα κάρηνα,
Vertices montium, et ſaxoſa cacumina

frequentauit, pecorumque cuſtos fuit, referendam iudico, et loco Διὸς, quoniam hoc nomen Pani minorum gentium deo haud ſatis commode adſcribitur, Πανὸς legi debere, coniectura ducor. Et hinc quoque adparet, quam ob rem Syri adulatores Ebraeorum DEVM in אלהי הרים *1. Reg. XX. 23. deorum montanorum*, cenſebant numero, et in campeſtribus deinceps locis pugnare cupiebant, quia nempe in montibus grauiſſimam cladem acceperant, deumque adeo in iis modo dominari, ſuisque terrorem quaſi Panicum iniicere, arbitrabantur. Ceterum, tempore potiſſimum noctis, deos in montes deſcendere, ſuasque in iis res habere ex HESIODI uerbis colligo, qui, Muſas κεκαλυμμένας ἠέρι πολλῷ *in Theogon. u. 9. multo acre tectas*, in Helicone choreas ducere, ſcribit; et ex STATII uerſibus *L. I. Syluar. 94.* ubi de Coloſſo Domitiani ita:

-- -- -- huc et ſub nocte ſilenti,
Cum ſuperis terrena placent, tua turba relicto
Labetur coelo.

Quum igitur gentes θεῶν οἴκους, *in uit. Apollon. L.* I. *c. 2. deorum domos* ut PHILOSTRATVS *Caucaſum* uocat, montes eſſe, crederent, quid mirum, ſi in eorum praeſentia rem quoque diuinam in montibus facere ſuſtinerent?

§. 12. Eiusdem ſuperſtitionis labe ſe contăminarunt aſtrorum cultores, qui ut in conſpectu Solis, Lunae, aliorumque ſiderum ſacra facerent, in montes progreſſi ſunt. De Perſis, qui, more a patribus tradito, Soli, quem Mithrae nomine adpellabant, ſacra faciebant, res in propatulo eſt, et XENOPHONTIS *L.* VIII. κύρ. παιδ. *p. 233. Ed. Wechel.* teſtimonio comprobatur. Aliis autem populis hanc ſacrorum conſuetudinem admodum familiarem fuiſſe, uel exinde colligere licet, quod ad unum fere omnes, qui de ueterum religione ſcriptis expoſuerunt, aſtrorum cultum ualde antiquum, et a plurimis gentibus receptum adfirment. Veteres ſane Graecos Solem, Lunam, et coelum, quia in perpetuo curſu, et motu cernebant, primum θεὸς, ἀπὸ τῦ θέειν, *a currendo*, dixiſſe, ueriſimile eſt, licet nomen θεὸς etiam aliunde deriuari queat. Et HOMERVS, *Odyſſ. μ. 322.* HESIODVS, *in Theogon. u. 18.* et quod his longe antiquius eſt, interdictum repetitae legis *Deuteron.* IV. *19.* ac IOBVS *Cap.* XXXI. *26. 27.* Solem, Lunamque a gentibus cultam, manifeſte tradunt. Cauſſam huius rei DIODORVS *L.* I. *Bibliothec. p. 10. ed. Wech.* adfert, ubi τὸς κατ' Αἴγυπτον, inquit, ἀνθρώπους, τὸ παλαιὸν γενομένους ἀναβλέψαντας εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὅλων Φύσιν καταπλαγέντας, καὶ θαυμάσαντας, ὑπολαβεῖν εἶναι δύο θεὸς ἀϊδίους τε καὶ πρώτους, τὸν τε Ἥλιον, καὶ τὴν Σελήνην, κ. τ. λ. *Homines Aegypti antiquiſſimos mundum ſupra ſe contemplatos, nec abſque ſtupore admiratos, uniuerſi naturam exiſtimaſſe duos deos eſſe aeternos, ac primos, Solem. et Lunam*, etc. Quod etiam Prodicus Chius apud SEXT. EMPIRICVM uidit. *L.* VII. *aduerſ. mathemat. c. 2.* qui Solem, et Lunam, ceteraque ὠφελοῦντα τὸν βίον, *quae uitae utilitatem adferunt*, pro diis

diis homines habuisse, διὰ τὴν αὐτῶν ὠφέλειαν, *propter eorum utilitatem*, fatetur. Quantumuis autem omnes montes, uel Saturno, ut ex PINDARO §. *praeced.* ostendimus, uel Ioui, uti apud Melanthem se legisse CVPERVS *in Apotheos Homer. p. 16.* testatur, qui, πᾶν ὄρος, ait, τὸ Διὸς ὄρος *omnis mons, Iouis mons est*, uel etiam Dianae, *Oreadibus Virgil. L. I. Aen. 500.* stipatae, sacri haberentur, quae propterea *montium custos* ab HORATIO *L. III. od. 22. Conf. Seneca in Hyppolit. u. 406.* nominatur, et postquam, ut est apud GALLIMACHVM *Hymn. in Dian. u. 6.* Iouem patrem orauerat: δὸς δὲ μοι ὄρεα πάντα, *da mihi omnes montes*, se postmodo ὄρεα πάντα διώκειν *l. c. u. 15. Conf. Spanhemium in Comment. ad h. l. p. 145. in montibus uersari uelle*, promittit; Nihilo minus tamen, ut aliis rebus, sic etiam montibus peculiares aliqui Genii, qui diuinitate sua eiusmodi excelsa loca tuerentur, et defenderent, praeesse credebantur. Illos *Deorum montensium* nomine fuisse insignitos, ex hac apud GRVTERVM *f.* XXI. inscriptione patet:

ARAM· IOVI· FVLGE
RATORIS· EX· PRAECEP
TO· DEORVM· MON
TENSIVM· VAL· CRES
CENTIO· PATER· DEORV
OMNIVM· ET· AVR· EX
PERANTIVS· SACERDOS
SILVANI· CVN· FRATRIBVS
ET SORORIBV· DEDICA
VERVNT

Equidem apud ARNOBIVM *L. IV. p. 132.* montium deum *Montinum* dictum, lego, sed dubius adhuc, et anceps haereo, num ullus unquam deus, hoc nomine praeditus, a ueteribus in deorum numero habitus fuerit, siquidem nullum prorsus illius rei uestigium in ueterum monimentis reperire potui. Omnium autem absurdissimi iuxta, et stolidissimi fuerunt, qui, ut VOSSIVS *L. II. de Idololatr. c. 2. Conf. eius Institut. Orator. L. I. c. 5.* de Cappadocibus, Dacis, et Mauris ex Strabone, et

et Maximo Tyrio obſeruat, montes ipſos loco numinis coluerunt. De eiusmodi profanis hominibus DIO Chryſoſtomus dicit, *Sermon.* XII· πολλοὶ τῶν βαρβάρων, πενίᾳ τε, καὶ ἀπορίᾳ τέχνης ὀρη θεὰς ἀπονομάζουσι, καὶ δένδρα ἀργὰ, καὶ ἀσήμους λίθους: *Multi barbarorum ex pauperitate, et artis defectu montes deos adpellant, ſimiliter et putridas arbores, rudesque lapides.* Quocunque ſe res modo habuerit, incolis ſane inſulae Ceylani haud adeo diſſimiles ſunt, qui ſi itinerum ſcriptoribus credere fas eſt, *Vincent. le Blanc, quem citat Happel. T· I· Relat. Curioſ. p. 331.* in altiſſimo monte *dentem albae ſimiae Hanimam dictae* magna religione colunt, et ex remotioribus locis, ſacras quaſi peregrinationes, ad eum inſtituunt.

§. 13. Atque ex his iam adlatis, ut opinor, aliquo modo reſponderi poterit quaerentibus : *Cur DEVS aliquando, in locis excelſis ſacra ſibi fieri, paſſus ſit, ac rata ea habuerit, quae deinceps abominatus, in aliis noluerit tolerare.* Id ſcilicet certum eſt, ex exemplis, cum eorum, qui iudicum tempore uixerunt, tum uero Abrahami, *Gen.* XXII· *13.* Samuelis, *1. Sam.* VII· *9.* IX· *5.* XI· *15.* Dauidis, *1 Paral.* XXII· *28. ſq.* Eliae, *1. Reg.* XVIII· *30.* aliorumque, immo templo ipſo ſecundum DEI uoluntatem *Deut.* XII· *1. Reg.* VIII· *29.* ἐπὶ λόφῳ καρτερῷ, πετρώδει, ἀνάντει τὰ περὶξ, (*Ioſephus de Bello Iud.* VI· *14.*) *in colle* Moriah *immenſe edito,* (*Tacitus Hiſt. V.*) הר יהוה *Eſ.* II· *3. Mich.* IV· *2.* קרשׁ *Eſ.* XXVII· *13.* exſtructo, ſatis et abunde declaratur, quod ſacra in montibus DEO haudquaquam diſplicuerint. Contra uero, quamplurimis Ebraeorum regibus, Salomoni, *1. Reg.* III· *3.* Aſſae *1. Reg.* XV· *14.* Ioaſo, *2. Reg.* XII· *3.* Aſſariae *2. Reg.* XV· *4.* et Iothamo, *2. Reg.* XV. *35.* uiris ceteroquin piis, et probitatis laude conſpicuis, id praecipue uitio datur, quod ſacra in excelſis exterminare, atque ex regni ſui finibus eiicere detrectauerint. At enim, haec ſacra, ut iam ſupra me dixiſſe memini, rectioris exempli uiris nihil noxae, et criminis adtuliſſe, iterum iterumque adfirmo, quamdiu ſcilicet neque cum ſuperſtitione coniuncta, neque aliis, praeter ſolum et uerum DEVM, gentium numinibus deſtinata fuerunt. Nam ſimul ac Ebraei aliorum in iis mores imitari coeperunt, et ad turpiſſimam

ſimam ſuperſtitionem prolapſi ſunt, immo, poſtquam ſacra Ebraeorum certo cuidam, et peculiari loco a DEO adſignata, et adfixa fuerunt, tum ei, qui puriſſimo ſacrorum cultu delectatur, amplius placere non potuerunt. Ea igitur de cauſſa merito reiicitur templum a Darii Satrapa Sannebalete, in gratiam Generi Manaſſis, iniuſto coniugio maculati, in monte Garizim aedificatum. *Ioſephus Antiq. L.* XI. *c. 9.* Quibus accedit, quod eo potiſſimum tempore, quo propter belli turbas arca, et tentorium Domini non in una ſede commorabantur, ſed hinc et illinc ſubinde ad diuerſa loca migrabant, ſacrificia in excelſis permiſſa fuiſſe, uideantur, quae tamen, exſtructo Hieroſolymis templo, prohibita fuerunt. Quod autem Elias templo iam condito in monte Carmelo *loc. cit.* ſacris operatus fuerit, id miſeris illis et turbulentis temporibus adſcribendum iudico, quibus ſacra inter Ebraeos ita polluta fuere, ut in tribubus illis, quae ſe temerario auſu a ſacris Hieroſolymitanis ſeparauerant, nullam aram uero DEO dicatam, et nulla ſuperſtitionis labe infectam poſſet inuenire. Noui equidem, quod iſthaec omnia DODWELLVS, *in Diſcourſe concerning the one prieſthood and one altar. c.* III. *ſect. 5. 6. 7. p. 46. ſſ.* longe ſubtilius perſequatur, et, ſacra in excelſis omni tempore inter Ebraeos fuiſſe licita, ſtatuat, dummodo *altari Hieroſolymitano*, ut loquitur, *ſubordinata fuerint, et Ebraei tribus maioribus illis feſtis, quibus omnes mares in templo Hieroſolymitano adeſſe debebant, ſacrificia DEO rite obtulerint.* Sed multa ſunt, quae contra hanc ſententiam adferre poteram, quae tamen, quoniam prolixiora ſunt, et ad aliam cathedram pertinent, alius temporis opportunitati reſeruo, quo etiam Iudaeorum de eiusmodi ſacris opinionem, quam aliqua ex parte RELANDVS *L.* I. *Antiq. Ebraic. c* III. *p. 19.* exhibet, de induſtria excutere conſtitui.

§. 14. Operae nos pretium facturos, puto, ſi, quid Hebraei de CELSIS ſentiant, explicatius tradamus. Nam conſuetudo in LVCIS CELSISque agendi ſacra perantiqua iam ante MOSEM uiguit, iis quidem temporibus, quibus gentes templorum uſum ignorabant. Quanquam enim HEBRAEORVM

MAGISTRI, uel ante diluuium extitiſſe templa, fabulantur, et ipſe MAIMONIDES in Tractat. עבודה זרה, *Cap. I.* de primis gentibus ſcribere non ueretur: כיון שעלה דבר זה על לבם התחילו לבנות היכלות: *Quandoquidem in haec cogitata* (de gloria corporum coeleſtium) *deuenerunt, inceperunt illis templa extruere;* Veroſimilius tamen uidetur, ſeriorem templorum originem ſtatuere. Habebant ergo ueteres excelſa, quorum nomen ab ipſo DEO inditum legimus, *Ezech. XX. 29.* ואמר אלהם מה הבמה אשר אתם הבאים שם ויקרא שמה במה עד היום הזה: *Et dixi ad eos, quodnam excelſum, quo uos confluitis. Ideo ad hunc usque diem adpellatur* EXCELSVM. Illud certe nemo perfacile uocabit in dubium, quod ante Tabernaculum extructum excelſa Hebraeis neutiquam fuerint prohibita, qua de re conſulendi ſunt TALMVDICI, qui ſequentia tradunt: *Hilc.* זבחים, *Cap. XIV. M. 4. ſqq. Miſchn. 4.* עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרו הבמות ועבודה בכהנים וכו': *Cum nondum tentorium conuentus eſſet erectum, licita erant* EXCELSA, *et cultus per ſacerdotes factus eſt* etc. *Miſchn. 5.* באו לגלגל והותרו וכו': *Cum uenisſent in Gilgal, permittebantur excelſa etc. Miſchn. 6.* באו לשילה נאסרו הבמות וכו': *Cum uenisſent in Silo, uetita ſunt excelſa etc. Miſchn. 7.* באו לנוב וגבעון הותרו הבמות וכו': *Cum uenisſent in Nob et Gibeon, conceſſa ſunt excelſa etc. Miſchn. 8.* באו לירושלם נאסרו הבמות ולא היה לחם עוד היתר וכו': *Cum uenisſent Hieroſolymas, uetita ſunt excelſa, nec illis amplius locus erat etc. Idem tradit* MAIMONID. *in Miſchnam hanc f. 8. col. 4.* ואיסור הקרבן בבמה משהוקם המשכן הוא ממה שנאמר ואל פתח אוהל מועד לא תביאו: *Interdicta uero fuit oblatio in excelſo quodam, cum tabernaculum fuiſſet erectum. Et hoc eſt, quare Leu. XVII. 3. dicitur:* ET QVISQVIS AD OSTIVM TABERNACVLI NON ADDVCET; Et TANCHVMA *c. l. f. 61.* עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה

ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרו הבמות ועבודת בבכורות אמר הק׳בה מי שהוא מקריב שור וטו מאהל מועד כמכה איש כאילו נפש שוחט שנאמר דם יחשב לאיש הזה דם שפך כל מי שהוא במשכן יכברני שנאמר זובח תורה יכברני ושם דרך וגו׳: *Antequam erectum esset tabernaculum, conceſſa erant (nempe ad ſacrificandum, omnia) excelſa et cultus publicus fiebat per primogenitos. Cum uero tabernaculum fuiſſet erectum, uetita ſunt excelſa, ut et cultus per primogenitos. Deus benedictus dixit:* SI QVIS BOVEM OFFERT EXTRA TENTORIVM, ERIT IS ILLI SIMILIS, QVI VIRVM ALIQVEM OCCIDIT, *quia h. l. dicitur:* IMPVTABITVR ILLI VIRO, QVASI SANGVINEM (humanum caede facta) EFFVDISSET, OMNIS NEMPE ILLIVS, QVI IN TENTORIO ME HONORAT, *uti Pſ. L. 29. dicitur*, QVI LAVDEM OFFERT, HONORAT ME, ET VIAM POSVIT etc. GEMAR. BABYLON. *f. 117. a.* מה בין אהל מועד שבמדבר לבין אהל מועד שבגלגל אהל מועד שבמדבר לא היו במות מותרות אהל מועד שבגלגל היו הבמות מותרות: *Quae differentia fuit inter tentorium conuentus, quod fuit in deſerto, et inter tentorium conuentus, quod fuit in Gilgal? Quod attinet ad tentorium conuentus in deſerto, excelſa t. t. non erant permiſſa, ſed tempore tenterii in Gilgal erant conceſſa.* MAIMONID. *Miſchn. h. l.* הכתוב איסור הבמות במחנה והוא שנאמר אשר ישחט שור או כשב או עז במחנה ונתן טעם בזה למען אשר יביאו בני ישראל את זבחיהם וגומר וזהו איסור הבמות לפי שמיום שפסקו המחנות ונכנסו לארץ ר׳ל ארץ כנען והיא חזמן תבאו לגלגל ונסתקלה מצות תעשה זו וכאשר מותר מכל מי שרוצה להקריב בבמה מקריב כמי שהיה קודם המשכן שלא נאסר זה אלה במדבר במקום שהיו המחנות: SCRIPTVRA *uetat excelſa in caſtris. Et hoc eſt, quod Leu. XVII. 3. dicitur:* QVI MACTAT BOVEM, AVT OVEM, AVT HIRCVM IN CASTRIS.

Hoc ipso docet, quare Israelitae sacrificia sua obtulerint etc. Et ideo uetita sunt excelsa ex eo tempore, cum castra fuerint finita, et ipsi in terram fuerint ingressi, nempe in terram Canaan, et tollitur praeceptum negatiuum hocce. Et quemadmodum concessum fuit, cuilibet offerre uolenti, ut offerat, uti fuit ante tabernaculum, ut hoc non esset interdictum, nisi in deserto, in loco, ubi erant castra. Nec non fol. 127. נקרא שילה בית ה׳ משכן ולא היתה שם נסיעה שלא להקריב בבמות לכשת היה שם מנוחה: *Silo uocatur domus Dei, item habitaculum, nec ibi fuit ulterius profectio, sed Deus praeceperat, ne offerant in excelsis, propterea quod ibi est quies.* Ex quibus singulis euidentissime patet, excelsa primum quidem maxime in profectionibus permissa, sed extructis tabernaculo et templis mandato seuerissimo fuisse prohibita. Commemorabilia sunt, quae in TALMVD *Cod. Megilla f. 10. a* ad uerba MISCHNAE: שילה אחריה יש היתר וקרושת ירושלם אין אחריה היתר: id est, *post Silo fuit licentia excelsorum*; GEMARA BABYLONICA adnotat: נתנו משבאו לירושלם נאסרו הבמות ולא היה אלהם עוד היתר והיא היה לנחלה: *Tradunt, quod cum Hierosolymas uenerint, uetita sint excelsa, nec amplius dein concessa fuerint, et quod Hierosolyma facta sit hereditas.* Nec silentio praetereunda censemus uerba MAIMONIDIS, quae ex *Iad Chasçka, Hilc. Beth Habbechira Cap. I. ed. Ven. 452. col. 3.* literarum monumentis consignauit: מצות עשה לעשות בית לה׳ מוכן להיות מקריבין בו הקרבנות וחוגגין עליו שלש פעמים בשנה שנאמר יעשו לי מקדש וכבר נתפרש בתורה משכן שעשה משה רבינו והיה לפנו שנאמר כי לא באתם עד עתה וגו׳ כיון שנכנסו לארץ העמידו המשכן בגלגל ארבע עשרה שנה שכבשו ושחלקו ומשם באו לשילה ובנו שם בית של אבנים ופרשו יריעות המשכן עליו ולא היתה שם תקרה וש״סט שנה עמד משכן שילה ובשמת עלי

עלי חרב ובאו לנוב ובנו שם מקדש ובשמת שמואל חרב ובאו לגבעון ובנו שם מקדש ומגבעון באו לבית עולמי וימי נוב וגבעון שבעה וחמשים שנה כיון שנבנה המקדש בירושלם נאסרו כל המקומות כולן לבנות בהן בית לה' ולהקריב בהן קרבן ואין שם בית לדורי הדורי אלא בירושלם בלבר: *Est praeceptum affirmatiuum, ut exstruant domum Deo aptam, ut in ea offerant oblationes, et ad festa eo conueniant, tribus per annum uicibus, uti dicitur Exod. XXV. 8.* ET EXSTRVANT MIHI SANCTVARIVM. *Sed antea expositum fuit ex lege tabernaculum, quod Magister noster Moses fecit, et mansit usque ad eam horam, uti Deut. XII. 9. dicitur:* QVIA HACTENVS NON PERVENISTIS etc. *Cum autem terram fuissent ingressi, erexerunt tabernaculum in Gilgal quatuordecim annis, quibus terram sibi subiecerunt et diuiserunt. Deinde uenerunt Siloam, et hic domum lapideam exstruxere, et expanderunt super illam aulaea tentorii, nec fuit ibi contignatio: Et 369. annos stetit tabernaculum Siloniticum, sed, mortuo Eli, est deuastatum. Postea uenerunt Nobam, et ibi aedificarunt sanctuarium, sed, mortuo Samuele, iterum deuastatum est. Venerunt Gibeonam, et ibi aedificarunt sanctuarium. Ac Gibeone uenerunt ad domum aeternitatis, hoc est, ad templum Hierosolymitanum, dies autem Nobae Gibeonaeque sunt 57. anni. Cum uero aedificatum esset templum Hierosolymitanum, prohibita sunt omnia in genere loca, ne ibi domus Dei aedificetur, in qua offerantur sacra; Nec in eis sit domus futuris posteris, nisi solum Hierosolymis.*

§. 15. MISCHNA *l. c. f. 113.* praeterea commemorat duplex Excelsorum genus, quorum unum במת ציבור, *excelsum uniuersi coetus*, et alterum במת יחיד, *excelsum unius* solitarii, uel priuati, id quod clarius adhuc ex uerbis *Piske Tosephoth*, *Cod.* זבחים, *fol. 120. u. 75.* intelligere poterãs, quae ita sonant: במה גדולה היא במת ציבור במה קטנה היא במת יחיד: *Excelsum magnum est excelsum totius coetus, ast excelsum paruum est excelsum solius*, hoc est, priuati. Vnde Gibeon *1. Reg. III. 4.* במה גדולה, *excelsum magnum*, audit. Huc referunt MAGI-

STRI cum primis exemplum Dauidis et populi, *1. Reg. III. 2.3.* hunc Gibeone solemniter feciſſe ſacra, illum priuatim ueluti ſacra in excelſis obtuliſſe, exiſtimantes, quemadmodum et R. DAV. KIMCHIVS hunc locum eſt interpretatus: *Tantum*, inquit, *ſacra faciebat, et ſuffitum incendebat in excelſis. Antequam nempe domus Dei condita eſſet, quia poſt eam aedificatam non deprehendimus, quod in excelſis* (ſcil. uero Deo) *ſacra fecerit. Sed ſi hoc ita ſe habet, cur dicitur:* Tantum? *Anne conceſſa erant excelſa, donec aedificaretur Dei domus. Ideo hoc dicitur, quoniam paullo ante dixit, quod iuerit in ſtatutis patris ſui Dauidis; Dauid uero non ſacrificauit, niſi in altari, quod erat coram arca foederis, et Gibeone; Nec de illo legimus, quod in aliis excelſis fecerit ſacra, quoniam multitudo excelſorum deducit ad idololatriam.* Omnis ergo mens Hebraeorum eo redit, quod excelſorum uſus ante tabernaculum et templum extructum, maxime in itineribus, et antequam ſedem fixam inueniſſent, fuerit omnino licitus, ita tamen, ut non niſi uero Deo ſacra in excelſis fuerint perlata. GEMARA *l. c. f.° 119. a.* כי לא באתם עד עתה אל המנוחה ואל הנחלה אל מנוחה זו שילה נחלה זו ירושלם חיתה היתר לבמות אחר קדושת שילה משחרבו כי לא באתם בימי גלגל אל המנוחה וכו׳: *Quia dicitur, nondum ueniſtis ad quietem et hereditatem: Ad quietem*, hoc eſt, Silo, *hereditatem*, id eſt, Ieruſalem. *Fuit licentia excelſorum poſt Siloae ſanctitatem, poſtquam deſtrueretur, quia de temporibus illis, quibus tentorium in Gilgal fuit, aſſeritur, nondum ueniſtis ad quietem, 2. Chron. XXXIII. 17.* אבל עוד העם זבחים בבמות רק ליהוה אלהיהם: *Sed adhuc populus ſacra faciebat in excelſis, aſt ſoli Domino, Deo ſuo.* CELSA ergo fuerunt loca ſublimia, במות, 1. Reg. XII. 31. XIII. 33. ſicuti graphice deſcripſit HOTTINGERVS *l. c. p. m. 401.* in collibus et montibus ita, quae religioſi cultus erga Numen teſtandi gratia, aſcendere ſoliti ſunt. In his in primis ſtatuebantur Luci אשרות, Hayne. De cetero cum excelſa, quemadmodum iam dictum eſt, uel ſingulorum, uel priuatorum uſui fuerint deſtinata, audiamus Iura Celſorum, ex mente doctorum gentis Iudaicae, quae imaginem ſuperſtitionis modernae non nihil referunt, et

MISCHNA

MISCHNA *Hilc.* זבחים, *Cap. ult.* ſub finem leguntur: אלו קדשים קרבין במשכן קדשים שתוקדשו למשכן קרבנות חציבור קרבין במשכן וקרבנות היחיד בבמה קרבנות היחיד שתוקדשו למשכן יקרבו במשכן ואם הקריבן בבמה פטור מה בין במת יחיד לבמת ציבור כמיבה ושחיטת צפון ומתן סביב ותנופה והגשה ר׳ יהודה אומר אין מנחה בבמה וביחון ובגדי שרת וכלי שרת וריח ניחוח ושחיצה ברמים ורחוץ ידים ורגלים אבל חזמן והנותר והטמא שוין בזה ובזה: *Sacrificia, quae in Tabernaculo offerenda, haec ſunt: Sacrificia Tabernaculo conſecrata et ſacrificia coetus, ſed priuatorum in excelſis offeruntur. Sacrificia priuatorum tamen, quae Tabernaculo conſecrata etiam in eo offerenda ſunt. Si quis uero in excelſo obtuliſſet, liber eſt. Verum quodnam eſt diſcrimen inter excelſum publicum et priuatum? Impoſitio manuum, mactatio ad ſeptentrionem, ſparſio circumquaque, agitatio, adductio.* R. IEHVDA ait: *Fertum in excelſo non obtinet, neque ſacerdotium, aut ſacerdotium neſtitus, uel uaſa, non* εὐωδία, *aut diſtinctio inter ſanguines ſuperiores et inferiores, uel lotio manuum pedumue. Pariter ſe habent tempus, reſiduum, impurum.* Sed enim ubi alienis ſacra offerre Diis in montibus auſpicarentur gentes, omnia, nullo excepto, excelſa fiebant abominatio. LVCIANVS de ſacrificiis teſtis eſt, montes in idololatrarum uſus conuerſos eſſe, cum ſignificanter ait: Πρῶτον μὲν ὕλας ἀπενέμοντο καὶ ὄρη ἀνέθεσαν; Primum ſyluas dedicabant et montes conſecrabant. PETRVS ALBINVS *Libr. I. Cap. 6.* refert, Martisburgum usque ad CAROLI MAGNI memoriam Martem ſub quercubus adoraſſe. CADMVM hunc morem ex oriente ſecum in Graeciam tranſtuliſſe, et nomen *Aſcra* oppido in Boeotia a loco querno, ibi conſecrato, impoſuiſſe, exiſtimat HEINSIVS, *Ariſt. S. Cap. I. p. 21* cum Lucus אשרא in SCRIPTVRA uocetur, et HESYCHIVS Ἄσκρα δρῦς ἄκαρπος interpretur. Inde deuenit mos ille ad GRAECOS in occidentem, ad ROMANOS, GALLOS, BRITANNOS, CIMBROS, GERMANOS, alios. Quanquam nonnulla lucis alibi dedimus hic tamen quaedam repetere, periucun-

Bischofe und, wo die Verhältnisse es gestatten, in Gegenwart der Gläubigen, die Weihe vollziehen. Der Bischof, welcher die Weihe vollzieht, soll sich vorher mit dem Bischofe, welcher die Weihe empfängt, über die Person des Weihekandidaten verständigen. Wenn es sich um einen Bischof handelt, der in einer Diözese, die nicht seine eigene ist, geweiht werden soll, so ist es Pflicht des Bischofes, welcher die Weihe vollzieht, sich vorher mit dem Bischofe, welcher die Weihe empfängt, über die Person des Weihekandidaten zu

conficiebant, qua de re uide *Praefationem* huic operae praemiſſam, et *Luc. XXII. 39.* ubi Pontificiorum *peregrinationes ſacras* examinauimus, et ea, quae heic omiſſa ſunt, adiecimus.

CAPVT VII

§. 1.

Ad u. 3. et 4. De lotionibus ueterum, inter Hebraeos quoque uſu receptis *Marc. I.* fuſius, cum primis p. 487. eſt diſceptatum. Interim ſuperſtitionibus Phariſaicis lux quaedam adferetur, ſi tria hic paullo ſollicitius examinemus, quorum primum eſt illud, quod PHARISAEI, illotis manibus cibum capere, ſummum nefas habuerint, id quod euidentiſſime patet ex *Matth. XV. 2.* ubi ſuperſtitioſi inuehuntur in optimum SERVATOREM his uerbis: *Cur transgrediuntur diſcipuli tui τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, Seniorum traditionem? Non enim abluunt manus ſuas, quando panem edunt.* Legem huius παραδόσεως tradit *Tract.* חגיגה, *Cap. II. 5.* quam explicatius inculcat AVCTOR SCHVLCHAN ARVCH. *ex* סדר *Orach Chaiim conſt. de lot. man.* כשיבא לאכל פת שמברכים עליו המוציא יטול ידיו אפילו אינו יודע להם שום טומאה ויברך על נטילת ידים אבל לפת שאין מברכים עליו המוציא כגון לחמניות דקות או פת הבאה בכסנין ואינו קובע סעודתו עליהם אין צריך נטילת ידים: *Qui cibum comedere uult, cuius gratia dicenda eſt precatio* המוציא, qui educis etc. *ille manibus aquam affundat, licet nullius immunditiei ſibi fuerit conſcius, ſimul benedictionem in aqua manibus affundenda ſolitam dicat. Hoc autem non neceſſarium, ſi propter cibum illum memorata precatio non recitanda eſt, ueluti ſi fuerint cruſtulae tenues, aut placentulae toſtae, quae coenam non conſtituunt.* Oratio, quam loturi recitabant, ſequentis erat tenoris: ברוך אתה י״י אלהינו המוציא לחם מן הארץ מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים: *Benedictus ſis, Domine, Deus noſter, rex mundi, qui educis panem e terra* etc. *qui ſanctificaſti nos praeceptis tuis, atque aquam manibus noſtris affundendam iniunxiſti.*

§. 2. Deinde iura PHARISAEORVM illicitum putabant edere cum peccatoribus, unde coeci doctores hi cauebant sedulo, ab illis ne tangerentur, quin immo redeuntes ex foro lotiones suas idcirco repetebant. *Matth. IX. 11. Luc. VII. 39.* Hic si esset Propheta, nosset utique, quae et qualis sit ista femina, quae tangit ipsum. Nam peccatrix est. Sanctitatem hanc mirificam a Pharisaeis praetensam fusius persequitur MAIMONID. *Hilc.* טומאת אוכלים, *Cap. XVI. §. ult.* אע"פ שמותר לאכול אוכלין טמאין ולשתות משקים טמאי חסידים הראשונים היו אוכלין חולין בטהרה ונוהרין מן הטומאה כולן כל ימיהם והן הנקראים פרושים וזכר זה קדושה יתירה היא ודרך חסידות שיהיה נבדל אדם ופרש משאר העם ולא יגע בהם ולא יאכל וישתה עמהם שהפרישות מביאה לידי טהרת הגוף ממעשים הרעים וטהרת הגוף ממעשים הרעים מביאה לידי קדושת הנפש מן הרעות הרעות וקדושת הנפש גורמת להרמה בשבינה שנ' והתקדשתם והייתם קדושים כי קדוש אנוכי מקדשכם: *Licet licitum sit, et cibos immundos comedere, atque humores immundos bibere, attamen prisci Assidaei cibum communem in puritate comedebant, et omni uitae tempore sibi ab omnibus immunditiebus cauebant. Hi adpellantur PHARISAEI: Id quod diximus:* Sanctitas excellens est et pientissima uiuendi ratio, ut homo se separet a reliquo populo, neque illum tangat, uel edat, aut bibat una. *Etenim si quis ita se separat, facit ut corpus suum a malis actionibus purgatum sit. Corporis autem mundities causatur sanctitatem animae a prauis opinionibus. Sanctitas uero animae nos Deo similes reddit, sicuti scriptum est* Leu. XX. 7. 8. Sanctificate uos, et sancti estote, quia ego Iehoua, qui sanctificaui uos.

§. 3. Has Pharisaeorum traditiones et superstitiones MVNSTERVS ad *Cap. XV. Matthaei u. 2.* nec male, traducit, cum sequentem in modum scribit: Quas traditiones et cerimonias receperint a Senioribus de lauandis manibus, ego Hebraice studiosis in *libello praeceptorum Mosaicorum* ostendi. Deinde, quo-

quomodo eneruarint mandatum Dei de honorandis parentibus, CHRISTVS hoc loco oſtendit, quando illis improperat, quod quaeſtus cauſſa hortabantur filios ad inferendum Templo etiam ea, quae neceſſaria erant pro ſuſtentatione uitae parentum. Sed ut Hebraicae linguae ſtudioſi habeant nonnihil de illis ſuperſtitioſis et ridiculis conſtitutionibus, libuit hic pauculas pro corum exercitio inſerere. Et in primis uide, quid ſtatuerint obſeruandum in diebus Phurim, quos celebrant in menſe Adar, id eſt, *Februario*, in memoriam liberationis de manibus Haman, de quo in libro Eſther יום יו' ויום טו' באדר יומי פורים וחכל חייבין בקריאת מגילה גם עברים ונשים וצריך לומר עשרת בני המן בנשימה או נפיחה אחת וחייב כל אדם ליתן מתנות לעניים וכל מי שפשט ידו לטול נותנין לו אם ישראל ואם גוי ואין העני רשאי להוציאו לדבר אחר אלא בסעודת פורים ויש לחרבות בסעודת פוריים וצריך שישתכר עד שלא ידע בין ארור המן לברוך מרדכי ואסור בהספר ותענית ביו' ובטו' ומכים כף אל כף ואם מת לו מת בפורים אסור להספידו: Quorum ſenſus uerborum hic eſt: *DIES IVDAEORVM DIES FESTVS; Menſe Adar dies Purim incidunt, quibus tenentur omnes ad lectionem uoluminis Eſther, etiam ſerui, et mulieres et egenus, id eſt, eo tempore, quo decem filii Haman inter ſuſpiria et lacrymas contriſtati fuerunt,* (poteras etiam uertere: elato animo fuerunt.) *Tenetur omnis ad dona mittenda afflictis, quilibet enim extendit manum ad abiectum oblaturus ipſi eleemoſynas, ſiue Iſraelita fuerit, ſiue gentilis, et depreſſo gentili non eſt poteſtas educendi ſibi rem aliam maledictam* (lic uocant porcum coram pueris, ne eius mentione appetitus carnis ſuillae in illis excitetur) *in feſtiuitate purim, obligantur praeterea ad multa in ſolemni conuiuio Purim. Sollicita praeſertim cura, ut inebriatus fiat, quo INTER MALEDICTVM HAMAN ET INTER BENEDICTVM MARDOCHAI* diſcrimen facere nequeat. *Prohibitum eſt lugere mortuos, uetita ſunt ieiunia. Percutiunt ſe inuicem manibus, et ſi moritur, ipſi mortuus creditur,* hoc eſt, *caſu ueluti fortuito abſque uindictae metu, prohibitum etiam eſt, planctum et leſſum inſtituere ſuper ipſum.* Traditiuncula

alia, quam iusserunt obseruari in dedicatione templi, quae primum celebrata fuit sub Maccabaeis. XXV. die mensis Kislef, quando scilicet mundatum fuit templum, postquam a Graecis fuerat profanatum. Hanc dedicationem iusserunt sic quotannis obseruari: צריך ליזהר מאד בהדלקת נרות חנוכה ואפילו עני המתפרנס מן הצדק שואל או מוכר כסותו ולוקח שמן להדליק כמה נרות מדליק בלילה הראשון מדליק אחד מכאן ואילך מוסיף והולך אחד בכל לילה עד שבליל אחרון יהיה שמנה: *Admodum sollicita cura accensionis lucernarum in solemnitate dedicationis habenda est. Nam ne quidem ille excipitur, qui ex eleemosynis uiuit, sed emendicare, aut proprias uestes uendere debet, ut sibi oleum ad accendendum emat. Accendenda autem prima nocte una lucerna, abhinc unaquaque alia insuper adiicienda, ita ut nocte ultima octo luceant.* Vid. SCHVLCH. ARVCH. סדר *Or. Chaiim n. 686. sqq.*

§. 4. Traditiones, quas in obseruandis ieiuniis hactenus amplexi sunt Iudaei, in Matthaeo lecturis subiecimus. Heic placuit laudatissimo uiro, adhuc inserere pauculas traditiones ex multis, quas condiderunt pro obseruatione dierum festorum, quae scilicet opera uiolent diem solemnem, et quae non. Per diem festum intelligit alium solemnem diem, quam sabbathum, quales sunt Neomeniae etc. אין צדים דגים מן הביצים ביום טוב אבל איזין ותרנגולים שבבית מותר לצודן אין נופחין בפחם מפני שדומה למלאכת אומן אלא בשפיפרת וכשעושה האש ונותן עליה הקדרה צריך ליזהר בסירור העצים שלא יהא דומה לבנין אסור לבשל ביום טוב אלא כדי צורך היום אין עושין גבינה ביום טוב ואין גוזזין הירק לחתכו כהן מותר לעשות טרורת לחתחים כנגדם ולחמם מים לרחוץ רגליו אבל לא כל גופו ביצה שנולדה ביום טוב אסור לנגע בו וכל שכן שלא לאוכלה

ואפילו

ואפילו ספק נולדה ביום טוב או בחול אסור ואפילו
נתערבת באלף כולן אסורות והשוחט תרנגולת ומצא
בה ביצים גמורות מותרות חייב אדם לחיות ביום טוב
שמח וטוב לב הוא ואשתו ובניו וכל הגלוים אליו
כל אחר כראוי לו כיצד חקטנים נותן להם
קליות ואגוזים ומגדנות והנשים קונה להם בגדים
ותכשיטין כפי ממונו והאנשים אוכלים בשר ושותין יין
וכשאוכלים חייבים להאכיל לגר ליתום ולאלמנה עם
שאר העניים בבוקר משכימין לבית כנסת ומתפללין
וקורין בתורה ואחר כך אוכלים וחולכין לבתי מדרשות
ושונין ער חצי היום ומתפללין תפלת המנה וחוזרי
לבתיהם לשתות שאר היום ער הלילה בשמחה
אלה על שמחה שיש בה עבודת חיוצר: *Non uenamur piſces ex uiuario in die ſolemni, ſed auſeres et gallinas, quae domi habentur, licet uenari. Non ſuffiamus ignem per follem, cum id ſimilitudinem habeat operis artificis; Sed per cannam concauam licet. Et cum quis facit iguem, et apponit ollam, aut caldarium, neceſſe eſt, ut ſollicitus ſit, quomodo ordinet ligna, ne congeries eorum ſimilis ſit aedificio. Prohibitum eſt quoque in die ſolemni, ne aliquid aliud coquas, quam quod neceſſarium ſit pro illo die. Non licet facere caſeum in die ſolemni, neque tondere olera, quae in ipſis diebus cultro comminuas. Licet facere rogum, calefaciendi gratia, et apud quem aquae calefiant ad lauandum pedes, ſed non totum corpus. Ouum natum in die ſolemni prohibitum eſt, ne illud contingas; Multo minus licet illud comedere, etiam ſi dubium ſit, num natum ſit in die ſolemni, aut profano; adhuc probibitum eſt. Quin et ſi mixtum ſit inter mille, omnia ſunt prohibita. Qui autem mactat gallinam, et inuenit in ea oua perfecta, illa licita ſunt. Tenetur homo in die ſolemni eſſe bono et laeto corde, ipſe et uxor eius, atque filii eius, et omnes, qui ſunt illi addicti: Quisque iuxta quod ſibi competit, puta paruulis dat pulmenta, et nuces, atque poma, pro uxoribus autem*

emit veſtimenta, et monilia ſecundum facultatem ſuam etc. Has Iudaei traditiones legi praeferendas putant. TALMVD· *Hilc.* ברכות, *Cap. II·* LVCTVS NOCTIS NON EST EX VERBIS SCRIBARVM· SED SAPIENTES עשו חוק לדבריהם יותר משל תורה: INDIDERVNT ROBVR VERBIS SVIS MAIVS, QVAM VERBIS LEGIS· Eiusdem pretii habebant lotionem manus ante et poſt cibum ſumtum adplicandam, qua de re etiam conferre poteras MANAHEMVM RICINENSEM, *Comment. in Moſem 198. 4. Qui edebant illotis manibus, eos pro pollutis habebant. Etiam manus eorum uocabant* κοινὰς, *id eſt, communes, pollutas. Quin cum iis, tanquam cum immundis, panem edere nolebant. Cum uocatus ad conuiuium uideret patremfamilias illotis manibus accubuiſſe, ſurrexit e menſa et abiit. Tum inſecutus paterfamilias noluit reducere. Dixit, abſit, ut comedam tecum. Nam de te ſcriptum eſt :* NE COMEDAS PANEM EIVS, QVI MALVM OCVLVM HABET : *Praeterea cibus tuus pollutus eſt immundus.* GROTIVS perbelle : Maiori cura ſe purgabant a fori contactu, quippe non manus tantum lauando, ſed et corpus merſando. Cum uero hic mos apud omnes ferme Iudaeos receptus fuerit, ob conſentientem Magiſtrorum auctoritatem, ſatis hinc intelligitur, eos, qui peculiari ſectae ſuae nomine ἡμεροβαπτιϑαὶ, *Baptizatores quotidiani*, uocabantur, plus feciſſe, quam ceteros, merſatione uſos ſcilicet etiam, cum domo non exiiſſent, aut mane, ut notatum Alexandrino ; Aut etiam ſaepius, ut BATVS ille apud IOSEPHVM ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, *frigida aqua de die et de nocte ſaepius ſe lauans purificationis cauſſa.* In CLEMENTIS CONSTITVTIONIBVS de iisdem legitur : καὶ ἡμεροβαπτισταὶ ἐὰν μὴ βαπτίσωνται οὐκ ἐϑίουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τοὺς πίνακας ἤτοι κρατῆρας καὶ ποτήρια καὶ καθίσματα ἐὰν μὴ καθάρωσιν ὕδατι, οὐδενὶ χρῶνται. *Quotidiani Baptizatores, niſi baptizentur, non edunt; Sed nec utuntur lectis, diſcis, crateribus, poculis, ſedibus, niſi aqua purgatis.*

§. 5.

§. 5. Tertio diuerſas in ſententias diſtrahuntur interpretes, cum ſuper expoſitione phraſis : Ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, *niſi ſollicitius lauerint manus*, occupati ſunt. Cum ergo πυγμῇ crux quaedam Criticorum eſſe uideatur, uoculam illam ea, qua par erat, induſtria diſcutiemus, quo ut rite fiat, de praecipuis uerſionibus oculos nusquam deiiciemus. ARABS transfert : *Nam Phariſaei et omnes Iudaei non manducant, niſi poſt accuratam et frequentem lotionem manuum ſuarum.* SYRVS perbelle : כולחן גיר יהודיא ופרישא אנהו דכטילאית לא משיגין אידיהון לא לעכין : *Omnes enim Iudaei et Phariſaei, niſi* CVRIOSE, *ſtudioſe lauerint manus ſuas, non comedunt.* PERSA et ÆTHIOPS adpellitant lotionem manuum ritum a ſenioribus acceptum. VERSIO INTERLINEARIS : *Nam Phariſaei et omnes Iudaei, ſi non pugillatim lauerint manus, non manducant.* VVLGATVS : *Phariſaei enim et omnes Iudaei, niſi* CREBRO *lauerint manus, non manducant.* ERASMVS haud erudite ſcribit : THEOPHYLACTVS interpretatur πυγμῇ, ut ſit Aduerbium, pro eo, quod eſt usque ad cubitum, ſiue, ut quidam interpretatus eſt cubitaliter. Quod ex inſtituto Phariſaeorum ſoliti ſint ante cibum lauare manus usque ad cubitum, id quod lex non praecipit. Equidem reperio apud Graecos Etymologiſtas πυγμὴν ſignificare duo, pugnum, hoc eſt, manum complicatam, a uerbo πτύσσω, quod eſt, plico, unde πυγμὴ q. d. πτυγμὴ, et cubitum, quem Graeci πῆχυν uocant. Nam hac parte brachium eſt complicabile. Hinc et *Pygmaeos* populos adpellari putant, quorum meminit HOMERVS, quod cubitali ſint proceritate. Verum non reperio πυγμῇ apud Graecos uſurpatum Aduerbii loco : Et haud ſcio, an a ſubſtantiae uocibus ſimilia ueniant, quemadmodum a πᾶς παντὶ, ab ἔρημος ἐρήμῃ. Quod ſi maxime fieret, tamen magis quadrabat πυγμῆθεν, *a cubito*, ſiue *cubito tenus*, quam πυγμῇ. Adhaec nihil uideo cauſſae, cur haec fabula de lotione cubitali huc accerſatur. Nam ſi conſtaret hoc a lege praeſcriptum, ne quis caperet cibum, niſi lotis manibus, probabiliter uideri poterat inducta cubitalis lotio : Tum enim adderetur aliquid

Legis

legis praeſcripto. Nunc tale nihil a lege praecipi teſtatur DOMINVS, dicens : *Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem.* Vnde probabile eſt, in uetuſtioribus codicibus ſcriptum fuiſſe, non πυγμῇ, ſed πυκνῶς, aut πυκνὰ, aut πυκνῇ, quod ſonat *frequenter*, aut *crebro*, ſiue *ſubinde*. Ad hanc ſententiam accedit quoque ZEGERVS, in primis cum *Act. XXIV. 26.* legatur comparatiuus πυκνότερον eodem ſignificatu, *frequenter, crebro.* Sed alii propius ritum et notionem πυγμῇ attigerunt, quos inter nominamus DRVSIVM, qui ſcite ait: πυγμῇ, *crebro.* SYRVS *accurate, diligenter*, et ARABS *frequenter, ſaepiſſime*, quod HOMERVS πύκα dixit. Videſis *Elenchum* SCALIGERI, *Cap. VII.* Pugno interpretatur BEZA, nec male. Nam in χειραρσία quae Hebraice נטילת ידים, manus in pugnum componebant, atque ita lauabant eo ritu, quem SCALIGER ibi notat. Addi poterant et HEINSII Exercitationes. Meminit huius MOSES GERVNDIN. *in Exodum* ſcribens *f. 151. p. 1.* Sed et ALBO *Serm. III. Cap. 14.* ubi ait Salomonem ordinaſſe χειραρσίαν, *eleuationem manuum.* In hoc ritu manus attolluntur uerſus ſcapulas uſque ad iuncturam, et dextera tollitur ſupra ſiniſtram, quae miniſtrat dexterae. Nam dextra laudata magis et honoratior eſt. Vide quoque *Libr. Muſar. 44. 1. et 121. 2.* et *Principium Sapientiae breue 69. 1.* ubi praeter alia : *Qui comedit absque* χειραρσία, ſeu eleuatione manuum, *ac ſi comederet panem pollutum : Et, leuat manum dexteram ſupra ſiniſtram, et miniſtrat manus ſiniſtra dexterae, et leuat uſque ad iuncturam ipſius manus.* Quae omnia ſtabiliunt interpretationem THEOPHYLACTI, ἄχρι τοῦ ἀγκῶνος, *ad cubitum usque.* CAMERO concinne : Quorſum reſpexerit THEOPHYLACTVS, facile eſt coniicere : Fando enim accepit, haud dubie, qui fuerit mos in lauandis manibus Phariſaeorum. Nempe manus in altum ſoliti erant attollere, atque digitis contractis ſuperfuſam aquam excipere, quam neceſſe fuit, ad cubitum uſque defluere, quod omnino eſt πυγμῇ νίπτεσθαι, hoc eſt, digitis in unum contractis lauare manus, id quod illi uocant נטילת ידים, *manuum eleuationem*; Et notandum eſt, נטיל illis eſſe lauare, non quomodocunque, ſed manus lauare, et quidem hoc ritu, cum נטיל proprie ſignificet attollere, unde נטילת,

נטילת ידים בתפלה: *eleuatio manuum in precibus.* Ritus hic *Hilc.* חגיגה *Cap. II. §.* et *Schulchan Aruch* l. c. graphice deſcribitur: שיעור נטילת ידים כל חוד עד קנה של זרוע ויש אמרים עד מקום חיבור האצבעות לכף חוד וראוי לנהוג כרעת תראשון: *Integra manus usque ad calamum brachii aqua affunditur: Alii dicunt: Non niſi ad eam partem, in qua digiti cum uola manus coniunguntur. Ritus prioris ſententiae magis placet.* LVDOVIC. CAPPELLVS perquam erudite: Πυγμὴ non tantum ſignificat pugnum, ſed et menſuram cubito ſex digitis breuiorem, hoc eſt, a cubito ad digitorum diſcriminationis initium. Sic enim POLLVX *in Onomaſtico* diſtinguit πῆχυν, πυγῶνα et πυγμὴν, ut πῆχυς, cubitus, ſit τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ τοῦ ὠλεκράνου (h. e. ἀγκῶνος, q. d. τῆς ὠλένης κράνου) πρὸς τὸ τοῦ μέσου δακτύλου ἄκρον· Πυγὼν uero, εἰ συγκάμψειας τοὺς δακτύλους ἀπ' ἀγκῶνος ἐπ' αὐτούς. Εἰ δὲ συγκλείσειας (δακτύλους ſcilicet) πυγμῇ. Atque hinc dicti πυγμαῖοι, Pygmaei pumiliones, quod eſſent cubitales, nec menſuram illam, quae πυγμὴ dicitur, excedere uulgo cenſerentur. Itaque πυγμῇ νίπτεσθαι non eſt ſimpliciter lauare manus, neque etiam, pugno in cauam manum immiſſo, lauare, ſed, ut exponit, et quidem rectiſſime, THEOPHYLACTVS, ἕως τοῦ ἀγκῶνος, עד הפרק, uti loquuntur Iudaei, cum de lotione illa agunt. Sic enim MAIMONIDES *in Miſchna, Tom. I. Libr.* אהבה *Tract. de Orat. et Benedict. Sacerdot. Cap. IV. §. 2.* ubi agit de puritate illius, qui preces publicas in Synagoga concipit רוחץ ידיו במים עד הפרק: *Manus aqua lauat usque ad cubitum,* ἕως τοῦ ἀγκῶνος. MAHVMEDANI, qui lotionem illam a Iudaeis acceperunt, eamque uocant proprio uocabulo וצו uocem illam פרק, ſed transpoſitis literis, retinuerunt. מרפק enim cubitum ἀγκῶνα ipſis ſignificat. Lotionem illam MAHVMEDANI ſic exponunt: עשל דראעין מע אל מרפקין, *Lotionem duorum brachiorum usque ad utrumque cubitum.* IVDAEI poſt manuum lotionem, eleuatis ſurſum manibus, a-

quam manibus adhaerentem sinebant defluere ad cubitum usque, id quod uocabant πυγμῇ νίπτεσθαι, *accurate lauare*, iuxta נטילת ידים, *eleuationem manuum*. Vnde CASAVBONVS non male infert; Quid sit πυγμῇ *lauare manus*, quaerunt interpretes. Mihi uidetur ea uox non aliud significare, quam ἐπὶ πολύ, id est, SEDVLO et ACCVRATE, ut SYRVS quoque interpres existimauit. Nam πύξ quidem et πυγμὴ parum omnino inter se differunt. πύξ autem aduerbialiter sumptum idem significat, quod diligenter et assidue, ut hic incerti autoris, (PROCOPII, ut puto) apud SVIDAM locus testatur: οἱ δὲ Φράγγοι ἵνα ἰσκημμένοι ἐτύγχανον, πύξ τε καὶ ἐπὶ πολὺ βόθρους ὀρύξαντες, τάυτῃ ἀσφαλίσατα ἔμενον. Iam uero πυγμῇ tertio casu aduerbiascit, ut κύκλῳ, παῤῥησίᾳ, aliaque id genus. Sane non magis isto loco πυγμῇ νίψασθαι, *pugno lauare*, censuerim interpretandum, quàm in superiori loco πύξ ὀρύξαντες, *pugno fodientes*. Quod si igitur omnes circumstantias, et argumenta, quae in discussione huius commatis adferuntur ab interpretibus, rite pensites, statim adparebit, נטילת ידים, subintelligi, hoc est, illum lauandi ritum, quo Pharisaei pariter ac Iudaei plebeii alteram manum pugno defricantes, eleuatis in altum manibus, aquas manibus inhaerentes sinebant defluere ad cubitum usque. Si uero ad uexatissimam uocem πυγμῇ oculos inflectas intentius, sextum esse casum, quem Ablatiuum adpellant Grammatici, facile cognosces. πύξ apud HOMERVM, HESIODVM, THEOCRITVM et alios ponitur pro ἐν πυγμῇ, et HIPPOCRATES non inscite dixit τοὺς δακτύλους πύξ ἔχει, *digitos in pugnum contractos habet*, pro qua uoce auctores saepius adhibent πύκα et πυκνῶς, cum sint Synonyma. Proinde DESID. ERASMVS praeter rem et necessitatem textum corrigendum putat. Siquidem pleraque Substantiua in sexto casu rationem Aduerbii induunt. Atque sic πυγμῇ, ut bene notat BVXTORFFIVS, κτίσει et natura sua Nomen Ablatiui Casus, ipsa χρήσει, id est, ex Grammaticorum usu, in aduerbium abiuit.

§. 6. Ad u. 11. Commemorabilis est locus de κορβὰν admodum dignus, qui ex ueterum ritibus Iudaeorum illustretur.

tur. Verba textus habent : Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, κορβᾶν (ὁ ἐστι δῶρον) ὃς ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς. *Vos autem dicitis : Si dixerit quispiam patri et matri*, CORBAN *(id eſt* DONVM*) quodcunque ex me erit iuuaberis, inſons erit.* Deſcendit autem uox קרבן a קרב, acceſſit, *adpropinquauit, dono tulit, obtulit*, maxime ex coniugatione Hiphil, denominatione praeſertim ex *Leu. I. 2.* deſumpta. Graeci ſubſtituunt aliquando uocabulum δῶρον, quod et Marcus hic ἐξηγητικῶς ſubiicit, et Matthaeus *Cap. XV. 5.* uſurpauit, quemadmodum ipſis TALMVDICIS non uenit in deſuetudinem, *Hilc. Senachin f. 7. 2. Dicit Rabba* שלח רורן הוא, *holocauſtum eſt* δῶρον, id eſt, אסור בקרבן, *non minus uetitum, quam* CORBAN. Synonymum קרבן eſt קונם, qua de re uid. AVGVSTI PFEIFFERI *Dubb. Vex. p. m. 912.* Antequam uero de ritibus a Iudaeis uſu receptis plenius diſpiciamus, de Homonymia uocis קרבן eſt dicendum, ut diuerſi ſignificatus nobis innoteſcant. Equidem ἐτυμολογικῶς deſignat donum, uel oblationem, qua adpropinquando ad alterum accedimus. Videamus tamen, quales uſu ſignificationes uocabulo noſtro acceſſerint. Multum enim intereſt, uocum naturam et accidentia, ut ita loquar, bene cognita atque perſpecta habere, ſiquidem homonymia, iuſte percepta, recto ueluti nos tramite, ad ipſos ritus ueterum eruendos ducit.

§. 7. Initio per Synecdochen קרבנן denotat *aerarium*, uel *arcam*, in qua munera DEO oblata aſſeruabantur, unde *Marc. XII.* Κορβονᾶν uocatur γαζοφυλάκιον, Syriace *Matth. XXVII. 6.* בית קורבנא, *domus oblationis*, Talmudice בית קרבנות, *domus*, ſiue ciſta *oblationum.* Hebraeis enim בית tam late patet, ut quodcunque integumentum ac inuolucrum, quamcunque etiam capſulam et ciſtam ambitu ſuo complectatur, u. c. Syrorum בית כתבא, *2. Tim. IV. 13.* Φαιλόνης Apoſtoli erat פלניא Talmudicorum, εἰλητήριον τοῦ νόμου, θήκη βιβλίων, *uolumen*, uel *inuolucrum legis, theca librorum*, γλωσσόκομον, ἔνθα βιβλία ἐκεῖτο, ut praeter SVIDAM, HESYCHIVM, SVICERVM,

RVM, CHRYSOSTOMVS *in Homil. X. ad Epiſtol. hanc p. m. 375.* appoſite interpretatur, ein Bücher-Tuch, quo Iudaei uolumen legis complicatum circumferebant. IOSEPHVS *Corbona* notione non ineleganti *Libr. de Captiuit. II.* itidem adpellat γαζοφυλάκιον et ἱερὸν θησαυρὸν, θεοῦ θησαυρὸν *ſacrum theſaurum, Dei theſaurum*, ac ἱερὰ χρήματα, *ſacras pecunias.* Vid. *Ioh. VIII. 20.* Capſa haec eleemoſynaria poſita fuit in atrio mulierum, unde totum atrium aliquando uocatur gazophylacium. Haec uerba locutus eſt IESVS ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, *in gazophylacio, Ioh. VIII. 20.* In primis cum locus iſte atrii plures eiusmodi ciſtulas incluſas tenuerit. MISCHNICI trede cim commemorant, *Hilc.* שקלים, *Cap. VI. 5.* שלשה עשר שופרות היו במקדש וכתוב עליהן תקלין חדתין ותיקלין עתיקין קינים וגוזלי עולה עצים ולבונה זהב לכפרה ושש לנרבין: *Tredecim ciſtae in Sanctuario erant*, quibus nomina rerum colligendarum inſcribebantur, ſcilicet *ſicli noui* (pro hoc anno) *ſicli ueteres* (quorum ſolutio iam praeterito anno debebatur) *Nidi, pulli pro holocauſto, ligna, thus, aurum pro expiatione.* Sex reliquae pro ſpontanea oblatione. TALMVDICIS huiusmodi arcae uocantur שופרות, *tubae*, quod חיבות צרות מלמעלה, *ciſtae ſuperne auguſtae*, et רחבות מלמטה, *inferius latae ad ſimilitudinem buccinae*, quas MAIMONIDES, *Hilc.* שקלים, *Cap. II.* plenius, explicatiusque delineauit: *In templo fuerunt tredecim arculae formatae, inſtar tubarum*, id eſt, *anguſtiores ſuperius, inferius dilatatae.* PRIMA *erat pro ſiclis anni praeſentis.* SECVNDA *erat pro ſiclis anni praeteriti.* TERTIA *ei, cui incubuit oblationem adducere duorum turturum, aut columbarum, unam pro holocauſto, alteram pro ſacrificio pro peccato, pretium eius proiecit in hanc ciſtam.* QVARTA ei, qui alias oblationem debebat ex auibus. Pretium eius proiecit in hanc ciſtam. QVINTA ei, qui nummum uoluntarie obtulit ad emenda ligna pro altari. SEXTA ei, qui nummum obtulit ad coemendum thus. SEPTIMA ei, qui aurum obtulit pro propitiatorio. OCTAVA pro eo, quod ſupererat de ſacrificio pro peccato, coemeritque inde ſacrificium, et ſuperſit

perſit aliquid, illud proiiciat in hanc ciſtam. NONA pro eo, quod ſupererat de ſacrificio pro transgreſſione. DECIMA pro eo, quod ſupererat pro menſtruis et puerperis. VNDECIMA pro eo, quod ſupererat de oblationibus Naziraei. DVODECIMA pro eo, quod ſupererat de ſacrificio leproſi. DECIMA TERTIA ei, qui nummos offert pro holocauſto e iumentis. Atque unicuique ciſtae inſcriptum erat illud, cui deſtinatus erat nummus, qui in ea reconditus. Vid. LIGHTFOOTI *Chorogr. Marc. III. p. 535. ſqq.*

§. 8. Liceat hic interponere, quae GVALTPERIVS ad *Matth. XXVII. 6.* perquam erudite monuit : κορβανᾶν, *Corbanan*, Gottes-Kaſten, LVTHERVS. In Syro eſt קורבנא, quae uox Dialecti eſt Syriacae. Significat autem קרבן, *Kurban*, et קורבנא, *Kurbana*, oblationem, manus ; In Plurali קורבנין, *Curbanin*, oblationes ex radice קרב, *acceſſit*, item obtulit. Hebr. קרבן, *oblatio*, *Leu. I. 2. Num. XXXI. 50.* Lingua Æthiopica קורבן uocant Euchariſtiam, quod ſit oblationum omnium perfectiſſima atque ſanctiſſima. *Marc. XII. 41. Corbanan* in Graeco exponitur γαζοφυλάκιον, *gazophylacium.* In paraphraſi Syriaca בית גנא, *Beth Gaza*, domus Gazae, uel theſauri, uti et *Luc. XXI. 1.* Eſt autem et ipſa uox γάζα peregrina, nempe Perſica, quae, teſte HESYCHIO, ſignificat τὸ βασίλειον, ſeu τοὺς ἐκ τῶν πολλῶν φερομένους φόρους, aut τὰ τίμια, id eſt, *Regiam, cum ſupellectile et inſtrumento ſuo, tributa et reditus*, aut res pretioſas. Idem exponit γάζαν, τὸν πλοῦτον, id eſt, *opes, diuitias.* SVIDAS θησαυρὸν *theſaurum*, id eſt, *ſupellectilem* et *opes pretioſiores*, quas recondimus. Inde γαζοφύλαξ *cuſtos gazae*, ſeu theſauri. NONNVS dixit etiam χῶρον γαζοφύλαξ, *locus, in quo cuſtoditur gaza.* SVIDAE eſt θησαυροφυλάκιον, quod pure Graecum eſt. Apud ATHENIENSES *Gazophylacium* erat locus, ubi ſeruabatur annona et frumentum, ut adnotauit POSTELLVS *Cap. XVII.* de *Magiſtr. Athenienſium.* S' *Synaxis* omnino tum nominari poterat MISSA, משה, *oblatio*, uel per Synecdochen, uel μετωνυμικῶς, non autem ſenſu PONTIFICIO-

Ecclesiæ Cathedralis Sancti Petri Eboracensis, Ordinationes, Statuta, et Consuetudines, Antiquitus Observata. Quibus Accessit Ejusdem Ecclesiæ Cathedralis Descriptio, Nec Non Archiepiscopatus Eboracensis Tabula Geographica. Ex Autographo Descripsit, Notisque Illustravit Johannes Torre, S.T.P. Ecclesiæ Cathedralis Eboracensis Canonicus Residentiarius. Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1672. 8vo. pp. 1-xxxii. 1-1-xxxii. 1-1-xxxii. 1-

ait: Πολλὰς ἰδιωτικῶν χρημάτων μυριάδας ἐν τοῖς ἱεροσολύμων γαζοφυλακίοις τεθησαυρίζεσθαι τῷ ἱερῷ μὴ ἐπικοινωνούσας. *Fuisse Hierosolymis in thesauris conditas multas auri et argenti myriadas hominum priuatorum, cum quibus templum nihil commune habebat.* Sacrum uero in sacellis templisque thesaurum collocandi ritus ab Hebraeis ad Christianos deuenit. TERTVLLIANVS *Apologet. Cap. XXXIX.* meminit *arcae* in egenorum, orphanorum et uiduarum alendorum usus, ut et in gratiam captiuorum liberandorum collocatae. PAVLINVS *Epist. XXXII.* de mensa huiusmodi significanter admodum scribit: *Hoc exemplo dilectissimi cauere debemus, ne damnum animae et dispendium salutis adeamus, negligentes in Ecclesia positam a Domino MENSAM indigentibus, quam despicientibus oculis intuemur, aut aridis manibus praeterimus. Non patiamur ergo MENSAM DOMINI et nobis uacuam et egentibus inanem praeterire, et uisui stare tantum, non usui.* Sed quid longius mensarum arcessere usum intendamus, cum ipse LVCAS nobis easdem in memoriam reuocet *Act. VI. τ.* διακονεῖν τραπέζαις, *ministrare mensis.* Quod si enim Gentilibus persuasum esset, adflictos atque pauperes singulari quadam ratione esse filios DEI, quos Summum Numen cotidie ex mensa ueluti coelesti cibaret, quis uellet Christianis in ignominiam ac dedecus ducere, sollicitam horum si curam habeant. Gentibus uero tale quid uenisse in usum, poetarum antiquissimi memoriae demandarunt. Hinc MENANDER: Ἀεὶ νομίζονθ' οἱ πένητες τῶν θεῶν υἱοὶ, *pauperes semper existimantur Deorum filii.* Et princeps Poeta, HOMERVS: πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες πτωχοῖ τε ξεῖνοιτε; *Omnes atque singuli, quam pauperes, tam peregrini, apud Deum commmorantur.* Bene ARISTOPHANIS SCHOLIASTES in Plutum: Ἔθος ἦν ἄρτους καὶ ἄλλα τινα κατὰ μῆνα τιθέναι τῇ Ἑκάτῃ τοὺς πλουσίους, λαμβάνειν δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς πένητας, ἀπὸ τῶν ἱερῶν γὰρ καὶ οἱ πτωχοὶ ζῶσι. *Moris olim erat, ut diuites panes et alia* secundum portiones diuisa *ponerent Dianae, et pauperes ex illis in sustentationem suam sumerent; Pauperes enim ex sacris uiuebant.* Nonne nos Gentiles hi, si surgerent in ruborem darent, cum uiderent ἀσοργίαν et inhumanitatem plerorumque Christianorum. Dicebantur autem Christianis ueteribus δῶρα, *Missa*, circa quam uoces interpretes diuersas in sententias eunt. PONTIFI-

Ioannis Ioannis Vitrarii Iurisconsulti Commentarii in Institutiones Iustiniani. Eiusdem Tractatus de Iustitia & Iure. Eiusdem Tractatus de Contractibus. Eiusdem Tractatus de Testamentis. Eiusdem Tractatus de Actionibus. Eiusdem Tractatus de Iudiciis. Eiusdem Tractatus de Interdictis. Eiusdem Tractatus de Exceptionibus. Eiusdem Tractatus de Praescriptionibus. Eiusdem Tractatus de Appellationibus. Eiusdem Tractatus de Restitutionibus. Eiusdem Tractatus de Executionibus. Eiusdem Tractatus de Delictis. Eiusdem Tractatus de Poenis. Eiusdem Tractatus de Iure Fisci. Eiusdem Tractatus de Iure Dotium. Eiusdem Tractatus de Iure Emphyteutico. Eiusdem Tractatus de Iure Feudorum. Eiusdem Tractatus de Iure Patronatus. Eiusdem Tractatus de Iure Regio. Eiusdem Tractatus de Iure Ecclesiastico. Eiusdem Tractatus de Iure Canonico. Eiusdem Tractatus de Iure Gentium. Eiusdem Tractatus de Iure Naturali. Eiusdem Tractatus de Iure Civili. Eiusdem Tractatus de Iure Publico. Eiusdem Tractatus de Iure Privato. Eiusdem Tractatus de Iure Militari. Eiusdem Tractatus de Iure Maritimo. Eiusdem Tractatus de Iure Mercatorum. Eiusdem Tractatus de Iure Cambiorum. Eiusdem Tractatus de Iure Navigandi. Eiusdem Tractatus de Iure Aquae. Eiusdem Tractatus de Iure Ripae. Eiusdem Tractatus de Iure Alluvionis. Eiusdem Tractatus de Iure Insulae. Eiusdem Tractatus de Iure Thesauri. Eiusdem Tractatus de Iure Venationis. Eiusdem Tractatus de Iure Piscationis. Eiusdem Tractatus de Iure Aucupii. Eiusdem Tractatus de Iure Pecoris. Eiusdem Tractatus de Iure Apum. Eiusdem Tractatus de Iure Pomorum. Eiusdem Tractatus de Iure Arborum. Eiusdem Tractatus de Iure Hortorum. Eiusdem Tractatus de Iure Fructuum. Eiusdem Tractatus de Iure Usurarum. Eiusdem Tractatus de Iure Pignorum. Eiusdem Tractatus de Iure Hypothecarum. Eiusdem Tractatus de Iure Fiduciae. Eiusdem Tractatus de Iure Pecuniae. Eiusdem Tractatus de Iure Mutui. Eiusdem Tractatus de Iure Commodati. Eiusdem Tractatus de Iure Depositi. Eiusdem Tractatus de Iure Pignoris. Eiusdem Tractatus de Iure Locationis. Eiusdem Tractatus de Iure Emptionis. Eiusdem Tractatus de Iure Venditionis. Eiusdem Tractatus de Iure Permutationis. Eiusdem Tractatus de Iure Donationis. Eiusdem Tractatus de Iure Societatis. Eiusdem Tractatus de Iure Mandati. Eiusdem Tractatus de Iure Procurationis. Eiusdem Tractatus de Iure Tutelae. Eiusdem Tractatus de Iure Curationis. Eiusdem Tractatus de Iure Adoptionis. Eiusdem Tractatus de Iure Manumissionis. Eiusdem Tractatus de Iure Libertinorum. Eiusdem Tractatus de Iure Servorum. Eiusdem Tractatus de Iure Liberorum. Eiusdem Tractatus de Iure Parentum. Eiusdem Tractatus de Iure Coniugum. Eiusdem Tractatus de Iure Sponsalium. Eiusdem Tractatus de Iure Matrimonii. Eiusdem Tractatus de Iure Divortii. Eiusdem Tractatus de Iure Dotium. Eiusdem Tractatus de Iure Viduarum. Eiusdem Tractatus de Iure Virginum. Eiusdem Tractatus de Iure Virginitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Pudicitiae. Eiusdem Tractatus de Iure Castitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Continentiae. Eiusdem Tractatus de Iure Abstinentiae. Eiusdem Tractatus de Iure Ieiunii. Eiusdem Tractatus de Iure Orationis. Eiusdem Tractatus de Iure Meditationis. Eiusdem Tractatus de Iure Contemplationis. Eiusdem Tractatus de Iure Lectionis. Eiusdem Tractatus de Iure Scientiae. Eiusdem Tractatus de Iure Sapientiae. Eiusdem Tractatus de Iure Prudentiae. Eiusdem Tractatus de Iure Intellectus. Eiusdem Tractatus de Iure Rationis. Eiusdem Tractatus de Iure Memoriae. Eiusdem Tractatus de Iure Imaginationis. Eiusdem Tractatus de Iure Cogitationis. Eiusdem Tractatus de Iure Voluntatis. Eiusdem Tractatus de Iure Affectionis. Eiusdem Tractatus de Iure Amoris. Eiusdem Tractatus de Iure Caritatis. Eiusdem Tractatus de Iure Misericordiae. Eiusdem Tractatus de Iure Pietatis. Eiusdem Tractatus de Iure Humanitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Benignitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Mansuetudinis. Eiusdem Tractatus de Iure Patientiae. Eiusdem Tractatus de Iure Longanimitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Tolerantiae. Eiusdem Tractatus de Iure Fortitudinis. Eiusdem Tractatus de Iure Constantiae. Eiusdem Tractatus de Iure Perseverantiae. Eiusdem Tractatus de Iure Temperantiae. Eiusdem Tractatus de Iure Modestiae. Eiusdem Tractatus de Iure Verecundiae. Eiusdem Tractatus de Iure Honestatis. Eiusdem Tractatus de Iure Decoris. Eiusdem Tractatus de Iure Gratiae. Eiusdem Tractatus de Iure Gratitudinis. Eiusdem Tractatus de Iure Liberalitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Munificentiae. Eiusdem Tractatus de Iure Magnificentiae. Eiusdem Tractatus de Iure Magnanimitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Humilitatis. Eiusdem Tractatus de Iure Mansuetudinis. Eiusdem Tractatus de Iure Clementiae

ſic legimus in פרקי אבות, *Cap. I. 5.* יוסי בן יוחנן איש ירושלים אמר יחי ביתך פתוח לרוחה: *Ioſe, filius Iochanan, uir Hieroſolymitanus dixit: ESTO DOMVS TVA APERTA AD PLATEAM.* Vbi gloſſa BARTENORIANA: מביתו של אברהם אבינו ע"ה שהיה פתוח לארבע רוחות העולם כדי שלא יצטרכו האורחים לחקיף למצא הפתח: *Qualis erat domus Abrahami Patris noſtri, ſuper quem pax. APERTA ENIM ERAT AD QVATVOR MVNDI PLAGAS, QVO MINVS PEREGRINI ILLAM CIRCVMIRE, ET OSTIVM QVAERERE, COGANTVR.* Vid. *Gen. 18. et 19. Hebr. III. 2.* HOTTINGER. ad GOODWINVM *p. m. 508.* Veteres Hebraeos in conuiuiis pauperum habuiſſe curam, ad uerba *Neh. VIII. 11.* et ad *Deut. XVI. 10.* Magiſtri paſſim et interpretes notant. Celebrantur idcirco in Iudaeorum ſcriptis שלמי חגיגה, et שלמי שמחת חגיגה, PACALIA CHAGIGAE, EVCHARISTICA LAETITIAE CHAGIGAE, in quibus ſacrificiorum reliquias pauperes abſumebant. Erant illa conuiuia κοιναὶ et ἀδελφικὰ, propterea, ut ait HOTTINGERVS, inſtituta, ut amorem inuicem conciliarent, conciliatum confirmarent et propagarent, egenos inſuper ſubleuarent, ſuſtentarentque. Vid. omnino MAIMONID. מורה נבוכים, *Libr. III. Cap. 46.* Viduabus Hebraeis ex eodem capite quam lubentiſſime Synedrium tulit auxilium, maxime cum mandatum DEI hanc pietatem ſerio iniungeret, *Eſ. I. 17. Ier. VII. 6. XXII. 3.* Viduarum Hebraearum cauſſae citius decidebantur in iudiciis, quam aliae, MAIMONIDES *de Synedriis Cap. XXI. 6.* Viduae pauperes Hebraeae, ut et pupilli in diebus feſtis alebantur de ſacris uictimis, quae res ad dierum feſtorum laetitiam, referebatur, quaeque שלמי שמחת חגיגה, dedit nomen. MAIMONIDES *de Comparitione in Feſtis Cap. II. §. 14.* item de יום טוב, *die bono, ſiue feſto, Cap. VI. §. 18.* Viduabus pauperibus exhibebantur quatuor uini pocula in paſchate. MAIMONIDES *de fermento et azymo, Cap. VII. §. 9.* Viduae Sacerdotum et Leuitarum prius redimebantur ex captiuitate, ut et prius alebantur ac ueſtiebantur, quam uiduae aliae. MAIMONIDES *de Donis Pauperum, Cap. VIII. §. 18.* Vid. DASSOVII *Viduam Hebraeam*, et

ſcholia, quæ ſuperſunt, ſunt ſatis multa, ſed ſæpe ſine ordine, ſine ſcientia, ſine ſenſu, ſine ſale, ſine ullo lepore, ſine ullo ſtudio, ſine ullo ſtylo, ſine ullo ſcholaſtico, ſine ullo ſcholaſtico, ſine ullo ſcholaſtico

quemadmodum Hebraeis צדקות, Eleemosynae, mittebant. Id in *ueteribus Graecis*, tam *Ethnicis*, quam *Christianis*, apprime laudem merebatur, quod multum negotii haberent cum amore. Hinc in adpellationibus, salutationibus, literis mutuis, colloquiis illud usitatissimum: ἡ ἀγάπη ὑμῶν, qualis formula *priscis Germanis* non erat infrequens, Ew. Liebden. Sed haec ὡς ἐν παραδρομῇ. Ex his autem oblationibus, ut breuis sim, 1.) S. Eucharistia instituebatur. 2.) Clerici subleuabantur. 3.) Cerei, uestes et reliqua procurabantur. 4.) Erant ad refectionem pauperum, uiduarum, hospitum. Maxime pauperibus exhibebantur ἀγάπαι charitatis ergo. *Meursius in Glossar. Graeco-Barb.* Hodiernis *Graecis* et *Armeniis* nondum uenerunt in desuetudinem. *Cassander in Liturg. c. 4.* HOORNBECK· *l. c. l. 1. c. 20. p. 599.*

§. 11. Praemissas esse, nonnulli uolunt. Alii, quos inter CHRYSOST· THEOPHYL· THEODOR· ZONAR· post coenam institutas fuisse, pertendunt. SCHVRZFL· *l. c. p. 19.* Vtrumque, pro mutatione temporis ac loci, potest admitti. In *Agapis* nusquam celebratam fuisse εὐχαριστίαν, perquam audacter, teste SCHVRZFL· contendit ALBASPIN· *l. 1. Obs. Eccles. c. 18.* Primum erant in *domibus priuatis*, postmodum in *coemeteriis* et *templis*. Accubitus etiam in *Agapis* Veteres retinebant. Huius rei monumentum extat *Romae in Coemeterio S. Agnetis, in uia Nomentana*, quod habet ANT· BOSIVS *in Roma Subterr. l. 3. c. 50.* Accessit tandem abusus. *Gnostici* et *Carpocratiani*, lumine amoto, exsatiati satietate, Venerem excitante, coibant, quomodo, et quibus uellent. CLEM· ALEX· *l. 3.* STROM· Ἀγάπαι maximum ob abusum in *natalibus, nuptiis, funeribus, templorum dedicatione*, κακοζηλίαν redolebant Gentilium, quare passim ex Ecclesiis extirpatae sunt, uel ad *annum 328.* uel, ut aliis placet, ad *annum 346.* quo tempore *Concil. Laodicen. can. 28.* constituit: *Non decet in domiciliis diuinis ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκάθαρτα στρωννύειν.* At ἀγάπαι his forsan uerbis non ex orbe, sed templis saltim, reiiciuntur. Non uno, eodemque tempore abrogatas esse, statuit SCHVRZFL· *p. 21.* Finiebantur ἀγάπαι *mutuis complexibus* et *osculis*, cum solemni pietatis formula. Quemadmodum enim post precationem super Catechu-

Ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐν ἐμοὶ ἐν τῷ ἔσω μου ἀνθρώπῳ, ἐν

πραγματεία λόγου μὴ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορία, id est, *liberrima uiolentia, irreprehensa rapina, impudentissimus quaestus, irrationalis negotiatio, impudens mercatura.* Conf. B. CHEMNITII *Harm. Euang. Cap. XVI. p. m. 169.* Quid uero Iudaei de iis senserint, et quantopere ab eorum conuersatione abhorruerint Pharisaei, patet tum ex NOVO TESTAMENTO. Vitio enim SALVATORI uertebant, quod cum iis ederet, biberet, et familiariter conuersaretur, quod ipsi non faciebant. Vid. *Matth. IX. 11. XI. 19. Marc. II. 16. 34. V. 30. XIX. 7.* Imo publicani illis erant bipedum sceleratissimi, *Luc. XVIII. 11.* Tum ex Talmudicis pandectis et Hebraeorum scriptis, u. g. אין מחלפין מעות יבשות מוכסין: *Non permutant nummulos ex arca publicanorum, Bau. Kam. Cap. X. in Mischn.* Ratio redditur לפי שהם של גזל *Quia sunt ipsorum rapinae* קשה תשובתן, *difficilis est poenitentia Pastorum, Eleemosynariorum et Publicanorum,* ibid. *f. 94. Publicani sunt* תפסולין, *inepti ad testandum, aut iudicandum, Sanhedr. f. 25. 2.* Qui *Sanhedr. f. 44.* publicanus dicitur, eum GLOSSA explicat improbum. In *Nedarim Cap. III. §. 4.* iunguntur Sicariis et latronibus. Et in *Aruch* dicitur מוכס סתם גזלן *Publicanus simpliciter est raptor,* ut iam alia mittamus. Conf. BVXTORFF. *Lex. Talm. p. 1065.* et LIGTHFOOT. *Hor. Hebr. p. m. 108.* et *216.* quaenc ex GROTIO habet WALAEVS *p. 58.*

§. 13. Eleemosynae et קרבנין, δῶρα, dona in aerarium ad pias caussas missa, PHARISAEIS et TALMVDICIS nomine ממון צדק, uel צדקה, *Mammon iustitiae,* ueniunt. Quam ob caussam RABBINORVM dictum מלח ממון צדקה, *sal diuitiarum eleemosyna est,* tandem in prouerbium abiit, quo etiam intuitu arcam eleemosynariam uocant קופה של צדקה, *capsam iustitiae,* cui ἐπιγραφὴ per Abbreuiaturam מביא inscisa fuit, quae sonat ex *Prou. XXI. 14.* מתן בסתר יכפה אף, *Eleemosyna in occulto subigit iram.* Vid. BVXTORFF. et SCHINDLERVS *de Abbreuiat.* מביא. Quod si quis tanto misericor-

diae tangeretur affectu, ut bona ſua in perſonarum *miſerabilium*, ut cum ueterum ICtis loquar, uſus erogaret, ac ſi iam ipſius proximi eſſent bona, ſingulari ratione nomen צדיק, *iuſti*, detulit. PIRKE ABHOTH, *Cap. V. 10.* et MAIMONID. in h. l. ארבמדות בארם האומר שלי שלך ושלך שלי עם הארץ האומר שלי שלי ושלך שלך זו מדה בינונית ויש אומרים זו מדת סדום שלי שלך ושלך שלך חסיד וצדיק שלך שלי ושלי שלי רשע וקדשה חיתה בצדק: *Quatuor hominum conditiones ſunt: Qui dicit*, quod meum tuum eſt, et quod tuum, meum eſt, *ille e populo terrae. Qui uerò dicit*: Quod meum, meum, et quod tuum, tuum eſto, *talis conditionis mediocris, iuxta alios conditionis Sodomiticae. Sed qui dicit*: Meum tuum, tuum tuum, *ille Aſſidaeus, pius et iuſtus eſt. Nam ſanctitas conſiſtit in Eleemoſynis ex Corban.* Praeterea et illud attendi meretur, quod a ſanctulis קרבן, eleemoſynae et dona una cum primitiis, maxime quae in uſum ſacerdotis cedebant, ſolemni ſtrepitu, buccinarum tinnitu perſonante, aliisque cerimoniis compluribus obſeruatis, in templum, ex ſententia TALMVDICORVM fuerint delata. Hilc. קרבנות et בכורים *Cap. III. §. 3. 4. 6. 8.* העשירים מביאים בכוריהם בקלתות של כסף ושל זהב וחענים מביאים אותם בסלי נצרים של ערבה קלופה וחסלים וחבכורים ניתנין לכהנים חפחות חסגנים וחגזברים יצאים לקראתם לפי כבוד חנכנסים היו יוצאים וכל בעלי אומניות שבירושלים עומדים לפניהם ושואלין בשלומם אחינו אנשי חמקום פלוני באתם לשלום ותחליל מכח לפניהם עד שמגיעין לחר חבית חגיעו לחר חבית אפילו אגריפס חמלך נוטל חסל על כתפו ונכנס עד שמגיע להורה הגיע לעזרה ודברו חלוים בשיר ארוממך י"י דליתני ולא שמחת אויבי לי וכ'ו עודחו חסל על כתפו קורא שהגדתי היום לה' אלהיך עד שגומר

כל

כל חפרשה רבי יהורה אומר ער ארמי אובר אבי
מוריר הסל מעל כתפו ואוחזו בשפתותיו וכהן מניח
ידו תחתיו ומניפו וקורא מארמי אובר אבי ער
שהוא גומר כל הפרשה ומניחו בצר המזבח והשתחות
ויצא׃ *Ditiores in calathis argenteis aureisue adducebant, ſed pauperes in corbibus uimineis ex ſalicibus decortizatis. Corbes et primitiua donabantur ſacerdotibus. Duces, praefecti et quaeſtores, habita ad dignitatem illorum ratione, in occurſum ibant, et omnes eius loci artifices a facie priorum ſtabant, ſalutabantque* : Fratres noſtri oriundi ex N. plurimum ſaluete. *Donec attigerant montem templi, tibia canebant : Ex quo eo peruenerant omnes, ipſe etiam rex Agrippas, caniſtrum humeris ſuis ferebant, atque progrediebantur in atrium. Tum Leuitae cantabant Pſ. XXX. 2.* Extollam te, o Domine, qui euexiſti me, neque conceſſiſti, ut hoſtes mei ex me laetitiam. *Dum adhuc caniſtrum humeris geſtabant, recitabant Deut. XXVI 3.* Profiteor hodie Iehouae DEO tuo et usque ad finem ſectionis. *At R. Iehuda dicit usque ad uerba* u. 5. Arumaeus deperditus erat pater meus. *Quando huc recitatione ſua peruenerant, depoſuerunt humeris caniſtrum, atque eius oram prehenderunt, ſacerdos uero ſuppoſuit manus. Tum agitarunt, et illi porro confeſſi ſunt* ; Arumaeus deperditus erat pater meus, *usque ad finem ſectionis. Poſtea collocarunt ad latus altaris atque, incuruatione facta, egreſſi ſunt.* Cum itaque ſanctuli cum eleemoſynis et קרבנן ad DEVM acceſſuri, et dona oblaturi buccinae tinnitum praemiſerint, CHRISTVS hypocriſin illam iuſto titulo damnat *Matth. VI 2.* QVANDO ELEEMOSYNAS EROGAS μὴ σαλπίσῃς LVTHERVS bene: Wenn du nun Allmoſen giebeſt, ſolt du nicht laſſen für dir poſaunen, wie die Heuchler thun, in denen Schulen und auf den Gaſſen. Per hypocritas autem cum primis ſanctulos Phariſaeos intelligi ex *Matthaei Capite XXIII.* euidentiſſime patet. SYRVS et ARABS, una cum aliis, Graecam uocem interpretantur per צרקה, quae uox ea aetate eleemoſynarum ſignificationem uel ideo accepit, quod Phariſaei iuſtitiam in operibus quaerebant. Hinc DRVSIVS in eo quidem errat, quod eleemoſynarum notionem

inſigni cum pompa, tinnitu tubarum audito, coram omnium oculis immittebant in קופה של צדקה, *capſam iuſtitiae*, quae alias etiam קופה צדיקים, *capſa iuſtorum*, ſalutabatur, quod, iuſti qui uidebantur, in illam pecunias deponerent; Ita contra immundis et peccatoribus, qui pro peccatis et propter immunditiem קרבן deferebant, peculiaris extructa erat ciſta, קופה רשעים, *capſa improborum*, dicta, de qua bene DRVSIVS ad *Matth. VI. 2.* Vocatur ab Hebraeis DONVM IN OCCVLTO, quod etiam uſurpant de gazophylacio templi, ſiue de *Corbona*, cui hanc ſententiam Salomonis ſuperſcribunt מתן בסתר יכפה אף: *Donum in occulto flectit iram.* In *Libr. Muſ. fol. 12. p. 1.* *Qui dat, aut uouet eleemoſynam in nomine Dei eo fine, ut laudetur ab hominibus, mercedem recipit ille quidem, ſed tamen maior eſt merces eius, qui dat in occulto, ita ut nemo ſciat, niſi qui dat, et qui accipit.* *Hilc.* שקלים, *Cap. V. 6.* לשכת חשאים יראו חטא נותנים לתוכה בחשאי ועניים בני טובים מחפרנסין מתוכה בחשאי: CONCLAVE OCCVLTORVM, *ubi homines peccata timentes pecuniam* ἐν κρυπτῷ, OCCVLTE, PROIICIEBANT, *pauperes liberi bonorum inde* ἐν κρυπτῷ, OCCVLTE, *alebantur.* Quo referenda uidentur uerba CHRISTI *Matth. VI. 4.* *Vt ſit eleemoſyna in occulto, et pater tuus, qui uidet in occulto, ipſe reddet tibi in propatulo.* Poterat enim eſſe, ut CHRISTVS uel ipſis maiorum dictis Phariſaeorum proteruiam et hypocriſin caſtigauerit, *Matth. XXIII. 4.* Hac occaſione inſuper monemus, locum *Luc. XVI. 9.* perquam commode his ex antiquitatibus poſſe illuſtrari: *Facite uobis amicos ex* MAMMONA INIVSTITIAE, *ut quum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula.* Filii lucis nobis ſunt Phariſaei, qui ratione intellectus ſingularem ſapientiam, ratione uoluntatis, neſcio quam ſanctitatem, praetendebant, publicanos ſceleratiſſimis hominibus annumerantes. Hinc Seruator optimus hos ſanctulos remittit ad Mammona iniuſtitiae. (per Metonymiam adiunctum ponitur pro ſubiecto) id eſt, ad publicanos et peccatores, quibus tribuit maiorem prudentiam, 1) quod naturalem infirmitatem et peccatorum multitu-

uolebant, illud dextrae uel fidei pignore ſanciebant *Alex. ab Al. l. c. p. m. 86. b.* ſiniſtram tamen magni aeſtimaſſe, ex uerbis illis Xenophontis, *in paedia Cyri L. IIX. p. 220. D.* quae de Rege Cyro hunc in modum ſcripta ſunt, innoteſcit: ὡς δ' ἦλθον οἱ κληθέντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οὐχ ὅπου ἔτυχεν ἕκαστον ἐκάθιζεν, ἀλλ' ὃν μὲν μάλιστα ἐτίμα, παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, ὡς εὐεπιβουλευτοτέρας ταύτης οὔσης ἢ τῆς δεξιᾶς. τὸν δὲ δεύτερον παρὰ τὴν δεξιάν, τὸν δὲ τρίτον πάλιν παρὰ τὴν ἀριστεράν, τὸν δὲ τέταρτον παρὰ τὴν δεξιάν· ἢν πλείονες ὦσιν ὡσαύτως; σαφηνίζεσθαι δὲ ὡς ἕκαστον ἐτίμα τοῦτο ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι, hoc eſt, *ubi uenissent, qui ad coenam eius uocati erant, non fortuito illos collocabat, ſed quem maxime honorabat, illum ad ſiniſtram ſuam ſedere iubebat, tanquam haec magis obnoxia ſit* (paulo obſcurior haec eſt ratio vid. Briſſonium *de Regno Perſarum Lib. I. p. 37.*) *inſidiis, quam dextra: ſecundum ad dextram conſtituebat, tertium rursus ad ſiniſtram, quartum iterum ad dextram, et ſi plures fuiſſent, eodem modo agebat. Videbatur enim ei pulchrum eſſe, ſi hoc pacto declararet, ut quemque amaret.* Hos imitantur Turcae, apud quos dignior locus, teſte BVSBEQVIO *epiſt. de rebus Turc. 1. p. 18.* ſiniſter, niſi quid aliud obſtaret. Hinc ex Barone BVDOWEZIO, *Horol. p. 51.* D. BESOLDVS, *in Mahometicae, ſeu Saracenicae ſectae conſideratione p. 10.* adduxit, dicere Mahometem, omnes Alcorano attemperantes DEO cariſſimos, et in ultimo DEI iudicio a ſiniſtris collocatum iri, eo quod apud DEVM ſiniſtrum latus in honore ſit maiore; contra omnia ſcripturae teſtimonia ab ipſo etiam Mahomete ſacriſſime comprobata, *uid. Hornb. Summ. contr. p. 73.* ob id Turcas et nunc omnes, reuerentiam alicui in deambulatione, aut ſeſſione equitationeue exhibentes, offerre ſiniſtram partem. Cur uero crudeles Chriſtianorum hoſtes Turcae, ſiniſtram honoratiorem dextra eſſe, ſtatuant, cauſam afferre poſſumus, quod ſiniſtram partem gladius honeſtet, et qui ſit in parte dextra quodammodo gladium habeat ſub manu eius, qui ſiniſtrum latus claudit, ille uero cum geſtet liberum et expeditum. *conf.* B. DANH. *in Hodoſ. p. 771.* Praeter hanc alia a B. KROMAYERO *in Scrutin. Relig. p. 50.* affertur ratio. Cum enim Chriſtum ad dextram DEI ſedere uolumina, quae coeleſti inſtinctu, ut recte credunt homines Chriſtiani, a ſanctis ſcripta ſunt uiris, te-

ſtantur, ipſum Mahometem, at qualem iuxta ſuperſtitioſos homines prophetam? unum maximumque, in quem omnem conferunt fidem, ad ſiniſtram diuinam collocatum putant. *Vid. Alting. in Hiſtor. Eutychian. p. 69.*

§. 91. Sed collocetur, uti nulli dubitamus, peſſimus ille homo Mahumetanus, et omnes, qui praecepta eius obſeruant, ad ſiniſtram. Nos Chriſtum uerum prophetam ſequentes, ut tandem ad Magiſtri dextram collocemur, petimus, dextram honoratiorem eſſe ſtatuentes. Nam non ſolum ea utimur, quando ſacros *benedictione* u. c. *in ſacro baptiſmate et adminiſtratione ſacrae coenae (uid. diſſ. de iure manus dextrae ſub praeſid.* D. WILDVOGEL *hab. p. 17. ſqq.*) aut alios notatu dignos actus expedimus, ſed et ad eam collocamus, quemcunque honore afficere uolumus, niſi tertius accedat. Tum enim medius locus, ſiue ſedeant, ſiue deambulent, uti olim Numidis, *Salluſt. in Iugurth. p. m. 72. oſtendit, quod Numidae locum medium, pro digniori habuerint*, Romanisque (*de Claudio teſtatur Suetonius L. V. c. XXIII. p. 539. quod de maiori negotio acturus in curia medius inter conſulum ſellas tribunitio ſubſellio conſederit. conf. Cic. ad famil. L. IX. Ep. 26.* ita hodie Germanis atque aliis pro digniore habetur. Interea a dextris locatus illum, qui ſiniſtram occupauit, non ſecus ac duo eſſent, dignitate ſuperare putatur. Nec haec diſtributio inter priuatos ſolum homines, ſed etiam uel maxime inter eos, qui imperant, aut in legatione Principis perſonam ſuſtinent, ſeruatur. Hinc etiam non raro ſanguinolenta certamina propterea ſunt exorta, quae etiam grauiſſima impediuerunt negotia. Quantae turbae Spirae ſub Henrico VII. Imperatore in fauorem filii ſui ſolennitatem connubialem inſtituente, excitatae, dum Elector et Moguntinus et Colonienſis a dextris Imperatoris ſedere contenderet? *uid. Albert. Argentin. Tom. II. ſcript. Rer. German. hiſtor. p. 116.* Quae contentio inter Electorem Colonienſem et Abbatem Fuldenſem de ſeſſione ad dextram Imperatoris HENRICI III. exorta? *a uerbis deueniebant ad uerbera* ita, *ut tota eccleſia*, teſte SPANGENBERGIO, *in Chron. Mansfeld. c. 223. cruore repleretur.* Aliud exemplum allegat Tabor *in Armament. cap. III. in pr. p. 181.* haec tradens:

Die

Die 17. Maii certiores nos fecit Pariſiis Hagam comitum miſſus legatus, Dominus Bellierius, ſe nec ad colloquium admitti, neque negotium commiſſum exequi potuiſſe, quod cum ſtatus ipſum uiſitare debuiſſent, nulla pars, alteri dextram occupandi copiam facere, uoluerit.

§. 92. Sed ſatis de ὅτι dictum. Nunc ad διότι ueniamus probaturi, cur dextra honoratior habeatur. Adducamus autem primum rationes Ferdinandi Quir. a Salazar, *in Comment. ad Prou. Salom. c 3. u. 16.* qui adductus quoque a B. DORSCH. *Pentad. diſſert. XIII. §. 17. p. 446.* ſic ſcribit: *Licet diſſidium ſit inter autores literarum humanarum, quinam locus olim fuerit nobilior dexterne an ſiniſter? Plures tamen ſunt, qui dextrae gloriam et decorem praeferunt. Id ergo tanquam exploratum mihi ſumens, rurſus inquiro rationem. Primam obtulit Auguſt. Eugub. de perenn. Philoſ. quia licet cordis extremus angulus in ſiniſtram uergat, tamen initium ducit a dextra, caputque illius, id eſt, radix ad dextram uergit. Quapropter ea, quae a dextris gerimus, nobis inprimis eſſe cordi teſtamur. Ideo amantiſſimis ſponſis dextras damus. Secunda ratio eſt ducta ab Ariſtot. L. de greſſ. Animal. c. 4. opp. T. I. p. 1353. ubi ſic ait: Motionis item originem trahi a dextra parte, argumento ſunt omnes geruli, qui ſiniſtra ſolent onera baiulare. Cum enim dextra mouere, ſiniſtra moueri apta ſit, ob eam rem onera non parti mouenti, ſed mobili imponi debent. Hinc eſt, ut ea, quae quis ad ſiniſtram collocat, haec ſibi quodammodo oneri eſſe teſtetur, quae uero ad dextram ſtatuit ſolatio et leuamento, ideoque locus a dextris praefertur. Tertia ratio deſumitur ab eodem Philoſopho ibidem; ubi, ad dextram defenſionem pertinere, affirmat his uerbis: Dextra enim defenſio fit, ac propterea dextrae partes omnibus eaedem efformantur. Hinc eſt, ut qui aliquem a dextris ſuis collocat, eundem quaſi ſecurum eſſe iubeat, dextrae ac lateris ſui defenſionem pollicitus, quem uero ſiniſtrae dimittit, non ita. Propterea locus a dextris alteri praeponitur. Denique Caelius Rhodigin. L. IV. Antiq. c. 3. p. 172. refert, dextram fidem ſignificare, propterea ad foedera paciſcenda dextras damus. Item Numa, qui primum templum fidei conſecrauit, ſacerdotes adſcripſit, a quibus ſacra dextra manu usque ad digitos inuoluta fieri uoluit ſignificans ſymbolice, ut tradit Plutarchus, fidem eſſe ſeruandam, cuius ſedem in dextra eſſe, exiſtimabant.*

mabant. Ergo propterea locus dexter honeſtior eſt; nam qui alterum ad dextram excipit ſuam, plurimum ſe illius fidei tribuere eo argumento declarat, eſt enim dextra fidei locus. Haec Caelius.

§. 93. Verum in his argumentis quantum roboris ac neruorum ſit, facile, qui illa diligenti obſeruatione examinabit, perſpiciet. Primum non adeo firmum eſſe arbitramur. Nam, etſi cor initium a dextra ducere, concedamus; tamen non ſequitur, ut propterea ſit honoratior. Deinde Hippocratis artem profitentes teſtantur, cor in medio pectore, praeſertim quoad baſin, collocari ac non magis ſiniſtrorſum, quam dextrorſum, mili quod conus, ut uenae cauae ac diaphragmati cedat, laeuum latus ſpectat *uid. Blancard. Anatom. p. 12.* Cum uero ſponſus ſponſae dextram dat, dextram non tantum ſignum ſalutationis, *Camerar. Hor. ſubc. C. I. c. XXXV. p. 163. ſq.* et hoſpitii, *Hinc Virg. III. Aen. u. 83. Iungimus hoſpitii dextras, et tecta ſubimus*, uerum etiam foederis, *Speide l. in ſpec. notabil. tit. D.* eſſe indicat, de quo ultima Autoris agit ratio. Nec tertium argumentum alicuius eſſe momenti uidetur. Cur enim non aeque eum, qui ſiniſtrum occupat, ut ſecurus ſit, defendamus, ac illum, qui a dextris ſtat? An non olim ſatellites claudebant, cingebant, aut tegebant alterius, quem tuebantur, latus, atque ibant eidem exteriores *Ouid. L. IV. de Ponto et L. V. Faſtor.* h. e. ut multi doctorum ſentiunt, ad dextram, *Horat. ſerm. L. II. ſ. VI. 26. Interiore diem gyro trahit, ire neceſſe eſt, ubi interiore pro ſiniſteriore ponitur, quod meridies mundi pars ſiniſtra eſt, ſeptentrio dextra. uid. Lipſ. L. II. Elect. c. 11.* Annon in ſacris literis phraſis אחז בימין זמין, *apprehendere dextram alicuius Pſ. CIX. 3. Pſ. XVI. 8. Pſ. CX. 5. Pſ. CXXI. 5. Pſ. CXLII. 5.* et עמד לימין אביון, *adſtare ad dextram pauperis, Pſ. LXXIII. 23. Eſ. XLII. 6. Eſ. XLV. 1.* idem ac pauperem a ſiniſtris quaſi ſtantem a quibuscunque aduerſariis defendere denotat? Nec eſt, quod Iudaei auxilium ſuis Tephillim et Meſuſae adſcribant, Chaldaeo in Cod. Bomberg: uerba Pſalmi CXXI. u. 5. uertente ה׳ ינטרינך ה׳ יסליל עלך מן בגלל מזוזתא דקביעא על פתח ימינך במיעלך: Id eſt, *Dominus cuſtodiat te, dominus protegat te, propter ſchedam illam, quae affixa eſt ſuper*

latus

latus dextrae tuae in introitu tuo, quia neque Tephillim *uid. diſſert. noſtra de fine Pſalmor. §. IV.* neque Meſuſa, *conf. Daſſou. diſp. de Meſuſa*, a Deo mandata.

§. 94. Quare duae tantum nobis probantur rationes. Prima ab agilitate et robore dextrae deſumta eſt. Dextram enim partem hominis plerumque uegetiorem et robuſtiorem eſſe ſiniſtra, nemo inficias ibit. Hinc ipſa pro robore nonnunquam accipitur. Exercitus ad dextram eſt robur belli *1. Macc. IX. 1. conf. Danh. Hodoſ. p. 769.* Sic ימין שקר *dextra doli Pſ. CXLIV. 8. in quem locum conf. Vicc. Decapl.* explicatur a Kimchio *in Pſ. CXLIV.* per robur ורמינם לפי שחב הוא בצרוח ימין כבה חכח בימין רצה לומר כחם וגבורתם שקר: *Propterea quod robur eſt in dextra, nomine dextrae robur appellatur, uult dicere, robur illorum et potentia illorum eſt uana.* Id quod Aben-Eſra *in Bibl. Buxtorf. ad Eccleſ. c. X. u. 2.* etiam oſtendit, qui ſcribit: לימין יותר כח מן השמאל ויותר מהירות בעבור היות מבוע חדם שהוא חכבר לפאת ימין ואין איש אטר יד ימין טענה: *Dextrae plus roboris eſt, quam ſiniſtrae, et plus acceleratione, propterea quod eſt ſcaturigo ſanguinis, quia illa grauis lateri dextro, neque obiici poteſt, quod lud. III. 15. dicatur, uir, cuius dextra praecluſa erat.* Vnde et figura eſt nata, ut Albertus Saxo, Animoſus alias nominatus, per quem Imperator Maximilianus uarias reportabat uictorias, ab Innocentio VII. Papa dextra Imperii diceretur, *in Orig. Saxon. Fabric. L. VII. p. 830. conf.* BECMANN. *diſſert. de cognom. Princ. c. 2. §. 20.* Quo nomine et alios fortiſſimos Heroas, imprimis Albertum Marchionem Brandenburgenſem, et Fridericum ducem Saxoniae appellatos, qui res in orbe geſtas memoriae tradunt, teſtantur. *uid.* ZIEGLER. Schauplatz *p. 1125.*

§. 95. Quin ſummo, qui hoc uniuerſum regit, principi DEO non tantum ab ethnicis, Virgil. *L. X. Aen. u. 773. Dextra mihi Deus eſt telum, quod miſſile libro, nunc adſint*, ſed etiam a ſcriptoribus ſacris, *Exod. XV. 6. Pſ. XXVII. 11.* dextra adſcribitur. Quod uero ipſi DEO non proprie ſic dicta ma-

nus competat, explodenda eſt opinio SAM. BOHLII, qui ירים, ut et אונים etc. DEO πρώτως, creaturis δευτέρως tribui, ſtatuit. uid. DANH. *Hodoſ. p. m. 207. ſq.* partim ex lumine naturae, uid. HEBENSTR. *Met. p. 998. ſqq.* partim ex Scriptura S. uid. *Syſt.* SCHERZ. *p. 43.* notum eſt. Nam cum ab omni compoſitione reali immunis eſt, partes integrantes habere qui poteſt? De quo SIMPLICIVS in *Comment. ad Enchir. Epictet.* ait: τὰυτόν ἐϛι τὸ ἓν ϗ ἀρχὴ, ϗ ἀγαθὸν, ϗ θεός. Καὶ γὰρ θεὸς μὲν τὸ πρῶτον ϗ πάντων αἴτιον. Ἀνάγκη δὲ τὸ πρῶτον ϗ ἁπλούϛατον εἶναι, ὅτι τὸ σύνδεσιν ὁποιανῦν ἔχον, ϗ πλῆθος, δεύτερόν ἐϛι τῦ ἑνός. *Idem ſunt unum et principium, et bonum et Deus. Nam Deus quidem eſt primum et omnium cauſſa. Neceſſe uero eſt, primum etiam ſimpliciſſimum eſſe, quia omne, quod habet compoſitionem et multitudinem, poſterius eſt uno.* Quare quotiescunque dextrae diuinae fit mentio, *efficacia DEI*, ut SVIDAS in dict. κόλπος *p. 1488.* loquitur, uel potentia infinita per ἀνθρωποπάθειαν, uid. GLASS. *Phil. S. in Rhet. p. 112.* intelligitur. Inprimis phraſis ſedere ad dextram DEI patris de CHRISTO, ſecundum humanam naturam exaltato uſurpata, et de dominio praeſentiſſime operantis exponenda, notatu maxime digna eſt. At manum de tabula. Haec enim eſt mere biblica et a Theologis noſtris ſatis explicata, uid DORSCH. *in Pentad. diſſ. XII. ſqq.* et FEVRB. *Faſc. IV. diſſert. III. ſqq.*

§. 96. Redimus ergo ad dextram hominum, et quia de eius robore et agilitate dictum, utrum natura, an aſſuefactione dextra promptior ſit ſiniſtra, quaerimus? Sunt, qui cum Siniſtris uid. D. BEBEL. *Ant. Eccl. Sec. IV. Arc. II. §. 211.* ſiniſtram quaſi abominantes, natura id factum putent; ex quibus duos nominaſſe PERERIVM *Comment. in Geneſ. p. 1345.* et KECKERMANNVM *in Diſpp. Philoſoph. diſp. XIX. problem III. p. 532.* ſufficiat. Hic quo ſuam firmet ſententiam, cauſas tum particulares et propinquas, tum uniuerſalem et remotiorem adducens: *Inter eas primam*, inquit, *pono impreſſionem caloris primogenii uberiorem in muſculos et articulos dextri lateris foetui implantatam in utero matris, propterea, quod uterus maternus a dextra parte propter uicinitatem hepatis in matre plus caleat, quam ſini-*

ſiniſtrum latus uteri, a quo fons caloris, nempe cor eſt remotius. Altera cauſa eſt, quod arteria uenoſa ex corde in pulmones deriuetur non ſiniſtrorſum. Quia ergo animal impetum motus, quem progreſſurum reſpiratione maxime iuuat, fulcit; ideo mirum non eſt, ſi ab ea parte plus uirium habeat ad motum, ubi eſt ſedes ſpiritus et reſpirationis. Sunt etiam, qui hanc cauſſam afferunt, quod ad partem dextram arteriae latiores ex corde deriuentur, atque adeo huc plus ſpirituum uehatur: denique et illa cauſa minime poſthabenda eſt, quod lien officina ſucci terreſtris ponderoſi ac grauis haereat in latere ſiniſtro, atque idcirco latus illud ſuo pondere grauet, quo minus tam expeditum eſſe poſſit, ut dextrum, ubi calidiora et leuiora ſunt uiſcera, ſuccus nempe uentriculi coctus declinans hepar. Sed quam leuia, et quam infirma haec, quibus KECKERMANNVS inniti uult, ſint argumenta, inprimis illi, qui arti medicae operam dant, agnoſcent. Nos haec monenda ducimus. Primum eſto, maiorem in dextra, quam in ſiniſtra uteri parte inueniri calorem; GALEN. *L. XIV. de uſ. part. c. VII.* PLIN. *L. VII. H. N. c. 17.* eſto impreſſionem caloris a dextra parte uteri reddere latus foetus robuſtius: tamen tantum abeſt, ut iisdem principiis ſententia autoris confirmetur, ut potius ſi minus refellatur at imminuatur. Nam quia foetus uerſus dorſum matris ſpectans latere dextro non in parte dextra, ſed ſiniſtra uteri, recumbit, uid. *Anat. Blanc. c.* XXIX. non dextra, ſed ſiniſtra redderetur natura robuſtior et promptior. Deinde partes calidiores ſemper eſſe robuſtiores, firmo demonſtretur argumento, uelimus. Id quod eo minus demonſtrari poterit, uid. FRANC. BAYLE *Probl. Phyſ. Med. problem. 88. p. 184.* quo incertius eſt, homines calidiores ſemper robore praeſtare frigidis. Praeterea et hoc permirum nobis uidetur, quod KECKERM. arbitratus ſit, in latere dextro non tantum calidiora, ſed etiam leuiora latere uiſcera. Nam ſi haec ita ſeſe haberent, non erecti, ſed ad ſiniſtrum latus flexi ambulare cogeremur, niſi labi et concidere uelimus. *Debet* enim *tota moles corporis*, teſte celeberrimo Math. Prof. Jen. HAMBERGERO *in Colleg. Mechan. MS. animalium motui applicato Prop. I. §. 1. n. 5.* cuius uerba hic adducere mihi integrum ſit, *fulcro ſuo ita inniti, ut oppoſitas partes aequaliter grauet,*

uet, et linea directionis per medium corpus ducta cadat intra pedes. Quod ut tanto commodius fieri possit, ipsa corporis machina ita est instructa, ut membra gemina, uelut brachia, oculi, aures, renes non sint coniuncta, sed in oppositis sita plagis. Contra uero quae simplicia sunt, in medio corpore consistunt, uti caput, uentriculus etc. aut aliquo contrapondio ad aequilibrium redacta, ceu cor et pulmones. Si quid uero extra ordinem situm corporis ex aequilibrio dimouere aptum esset, alia ratione eidem consulimus. Ita uentre obeso et prominente praediti, caput reclinant, et contra gibbo, aut alia mole in dorso onerati antrorsum caput inflectunt. Similiter humero dextro onus gestantes, aut dextra manu aliquid praestantes tota corporis inflexione sinistram uersus periculum lapsus amoliuntur.

§. 97. Quemadmodum uero KECKERM· robur dextrae leuitati quoque adscribit: ita alii, grauitatem esse causſam, arbitrantur. Atque haec est, quae a B· D· KROM· *Theol. Pol. Polem. P· II· p. m. 115.* his uerbis adducitur : *Dextra locum honoratiorem, et potentiam denotat a brachio dextro, quod robore praepollet, metaphora sumta. Refertur enim a physicis, quod os brachii dextri eum osse brachii sinistri ad bilancem appensum et comparatum praeponderet.* Verum licet physici, qui hoc referunt, monitrice experientia potentiam ossis dextri perspectam habuerint; tamen nondum probatur, dextram naturam esse potiorem. Nam, quando quis dextra diu multumque laborauerit, fieri potest, ut os brachii dextri usu grauius redditum cum osse brachii sinistri comparatum praeponderet. Hinc scribit GALENVS: *Lib. de consuetudine Cap. IV.* conf. GRAEBNER· *Med. net. reflit. p. 308. Particulae, quae excitantur fortiores pariter et solidiores reddantur.* Sed sic non causa, sed tantum effectus dextrae adducitur.

§. 98. Progredior nunc ad causam, quam KECKERM· nominans uniuersalem et remotiorem: *l. c. §. XVII. Hoc est,* inquit, *quod* ARIST· *de part. anim. L. IV· c. VIII· p. 1187. docet, natura potiorem esse manum dextram sinistra. Quin et in genere id docet Libr. de incess. Animal. c. 4. p. 1353. seqq. quod primus impetus, siue principium motus coeli, sit a parte dextra: quodque adeo*

auis,

auis, dum uolare incipit, prius moueat alam dextram, quam ſiniſtram, et homo progreſſurus, prius moueat pedem dextrum, quam ſiniſtrum. Sed nec hac uniuerſali ratione, ſepoſita autoritate, mouemur, ut ſententiae adductae fidem adhibeamus. Cum enim non reuera ſituum differentiae in coelo exiſtant, SCALIG. *Exerc. 67. p. 237.* ſed tantum καθ' ἡμᾶς ἀναλογία quadam, ut ipſe Philoſophus loquitur, *L. I. de coelo c. 2. et L. I. de Hiſt. Anim. c. 15.* dici non poteſt, quantum de laeuis dextrisque mundi partibus inter autores ſit diſſidium. *Vid.* PIER. *Hier. L. III. c. VI. p. 31. ſeq.* Vna enim cum Ægyptiis per dextras mundi partes ſolſtitiales, per ſiniſtras brumales intelligit Empedocles, de quo ita GALENVS: Ἐμπεδοκλῆς δὲ δεξιὰ εἶναι τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν. Plato autem Ariſtotelesque alia ratione orbem diuidentes orientales eſſe dextras, a quibus initium motus, laeuas uero occiduas tradidere, ut idem GALENVS recitat: Πυθαγόρας μὲν πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης δεξιὰ τοῦ κόσμου ἔφασαν εἶναι τὰ ἑῷα, ἀφ' ὧν ἀρχὴν εἶναι τῆς κινήσεως, ἀριστερὰ τὰ ἑσπέρια. Contra VARRO *Lat. Lingu. l. VI.* coelum ait dici templum, eius autem coeli partes quatuor conſtitui, ſiniſtram ab oriente, dextram ab occaſu, anticam ad meridiem, poſticam ad ſeptentrionem. An itaque firma haec argumentatio? ſi coelum dextra parte mouetur, dextra in homine natura eſt promptior. Etſi nexum, de cuius ueritate adhuc dubium eſt, concedamus; tamen prius non poſſumus non negare. Praeterea nobis is, qui ſic argumentatur, circulum committere uitioſum uidetur. ARISTOTELES enim Orientem, quia ab eo coelum mouetur, dextram partem nominauit, et dextra debet eſſe mouens, quia Oriens ob motum dextra pars uocatur. De auibus quod ſcribitur, ipſas uolaturas prius mouere alam dextram, quam ſiniſtram, an ſit ueritati conſentaneum, ſemperque obſeruatum, dubito. Quin pedem dextrum hominem progreſſurum ſemper prius mouere, quam ſiniſtrum, non adeo certum. Atque eſto rem ita ſeſe habere, tamen id natura fieri principiumque motus coeleſtis a parte dextra, aliis calorem, aliis molem hepatis, cauſſam deſignantibus nondum probat, conf. FRANC. BAYLE *l. c.*

§. 99. Quare, tantum dextram esse manum actiuam, et assuefactione sinistra promptiorem, arbitramur. Nam natura partes fecit aequales, uid. D. GRAEBNER. *Medic. Vet. Restit. p. 298.* ita, ut omnia, quae in dextra animalis parte sunt, exquisita etiam in altera, ossa, musculi, uenae, nerui, arteriae atque inter se aequalia conspiciantur. Quae caussa est, ut non tantum infantes, nisi a parentibus nutricibusque corrigantur, aeque ad motum sinistrae, quam dextrae ferantur, sed etiam multi adultorum, uti Ehud *Iud.* III. *15.* conf. *c. XX. 16.* איש שלא היה שולט בח אשר יד־ימינו והיה שמאל: *praeclusus dextra sua Quia non habuit dominium in dextram, sed fuit scaeua*, teste KIMCHIO dictus, quicquid agant sinistra mouente agant et operentur. Quid? quod non pauci dentur, (quanquam SCALIG. *Exerc. 265.* scribat : *Sinistra manu utente praui sunt, ambidextri autem calidi atque iracundi*) ambidextri. Inter alios Scytharum, bellicosissimae gentis, *Curt. IV. 6. 3.* faciam mentionem, quibus adeo sagittarum studium fuit, ut dextra et sinistra pariter iaculari et uice alterna in hostes mittere, sublato discrimine callerent. AL. ab AL. *l. c. L. 6. c. 22. p. 376.* Quod exemplum diuinum uirum PLATONEM commouit, ut scribat, *L.* VII. *de Leg. eos, qui faciunt imbecilliorem manum sinistram dextra, facere hominem imbecilliorem, quam natura facere uoluerit.* HIPPOCRATES teste PLIN. *L.* VII. *H. N. c. 17.* quidem uiros solum nonnullos, non mulieres fieri ambidextras asserens, caussam affert calorem, eumque in masculis maiorem, in mulieribus minorem esse, dicit. Sed si calor debet esse caussa, nihil obstat, quo minus omnes cholerici, omnesque mulieres, quae uiris sunt calidiores promiscue utraque utantur manu. Rectius per lactantes stare, quo minus infans ambidexter fiat, testatur SENNERTVS. de *Inf. Cur. P. I. c. 4.* Et D. THEOD. CRAANEN *Tract. Phys. Med. de homine c.* XL. *p. 320.* scribit; *Quod plurimi dextri reperiantur, hoc accidit, quatenus forte Adam primus, ut uolunt, homo sua dextre perfecerit, hinc sequentes suos parentes hac in parte imitari debebant, cum a parentibus hoc ipsis adhuc infantibus existentibus implantabatur, et inungebatur, ut dextris uterentur in operando partibus magis, quam laeuis, atque hoc ita in consuetudinem et morem uenit.*

§. 100.

§. 100. Sed haec de agilitate et robore dextrae. Age nunc alteram rationem, cur dextra ſit honoratior, audiamus. Dextra eſt ſignum fidei, et quem a dextris collocamus, illi multum fidei tribui poſſe, indicamus. Dextram eſſe ſignum fidei, diximus, ex numeri quidem denarii religione ueteres fidei comparandae gratia dextras copulaſſe, atque ita perfectum numerum h. e. denarium perfeciſſe aiunt. Vid. PANCIROLL. *Rer. Memor. P. I. Tit. LIII. p. 279.* uerum hunc numerum perficere potuiſſent, etiam ſi ſiniſtras iunxiſſent. Haec enim manus, cum ad res agendas, ſiniſtra onera ferente, maxime ſit habilis, in ſignum aſſenſus, uoluntatis et certitudinis eſt aſſumta. Atque ita in fidei, quae ſemper ſeruanda in actione conſiſtit, ſymbolum non modo apud cultiores gentes, ſed etiam apud Barbaros abiit. Iudaeis fidei pignus fuiſſe, ex ſacris innoteſcit literis *2. Reg. X. 15.* conf. *Hiob XVII. 3. Gal. II. 9.* Iehu enim Iehonadabum, filium Recabi occurrentem ſibi, et bene precantem ſic allocutus fuit: *Si cor tuum eſt rectum, quemadmodum cor meum cum corde tuo* תנה את ידך, *da manum tuam.* Quae uerba ſic interpretatus eſt BEN MELECH, *in Michl. IOPHI p.* פב. לקיום חבריות כי כן מנהג לקיים כל דבר נותן אדם ידו על ידו של חבירו על דרך תקעת לזר כפיך ואפשר לחיות פירוש תנה את ידך להעלותו אל המרכבה: h. e. (da manum tuam) *ad ſtabiliendum foedus. Nam ſic mos eſt. Ad ſtabiliendum aliquid homo manum ſuam iungit manu ſocii ſui, quemadmodum legitur* (Prou. VI. 1.) *Defixiſti alieno manum tuam. Sed poteſt etiam ſenſus eſſe, da manum tuam, ut aſcendere faceret eum in currum.* Praeter Iudaeos uero et aliis gentibus dextra fidei tutandae indicium fuit. Alexander fidem, quo Perſae modo accipiebant, Nabarzani dediſſe dicitur, *Curt. VI. 4. 14.* id eſt, porrecta dextra. uid. IVSTIN. *XI. XV. 13.* Siquidem haec certiſſima fidei apud Perſas arrha erat, DIODOR. *XVI. 43.* Conf. CAES. RHODIG. *Lect. Antiq. L. IX. c. 22. p. 483.* Similiter et apud Parthos, IOSEPHVS *Antiq. Iud. 18. 12.* tradit, id eſſe fiduciae certiſſimum argumentum. Nam poſt datam

dextram apud illos nec fallere fas esse, nec diffidere, cessantibus omnino suspicionibus. Agnoscit et Maro, fidem per dextram significari, quare Dido apud eum exclamat: *Aen. III. 610.*

- - En dextra fidesque
quem secum patrios aiunt portare Penates.

Atque hoc est, quod Achemenidi Anchises: *Aen. IV. 597.*

Ipse Pater dextram Anchises, haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum praesenti pignore firmat.

Hinc CICERO *Phil. II. 2. dextrae fidei testes esse solebant.* Et ALEX. ab ALEX. *Dier. Gen. L. II. p. 86. b. Est in dextris religio, eam porrigimus, si quid data fide futurum pollicemur.* Cum enim ueteres singulas corporis partes singulis Diis uel Deabus addicerent, ut caput Ioui, pectus Neptuno, digitos Mineruae, genua Misericordiae etc. ROSIN. *Antiq. L. II. c. 19. p. 391. b.* Fidei, quam Deam aede in Capitolio CIC. *de Offic. L. III. c. 29. p. 280.* exstructa colebant, dextram consecrarunt. Vid. DILH. *Elect. Sacr. p. m. 318.*

§. 101. Sed si dextra est honoratior, quo iure sexus sequior ad dextram collocetur, potest quaeri? Quod foeminae Genuates uiros praecedebant, notum est. Imperator enim Carolus V, urbe capta, supplicii loco in uiros sanciebat, ut uiri pulli et atrati incederent, dextram semper uxoribus relinquentes, ut tradit VBERTVS FOLIETA *L. IV. Histor. Genu.* Neque quod apud Lycios plus honoris foeminis, quam uiris tributum sit, miramur. Moribus enim horum ex matribus, non patribus, gentilitia indita esse nomina, filiasque, non filios haeredes nuncupatos, legimus. Vid. AL. ab ALEX. *L. V. c. IV. p. 256.* Cur uero hodie apud nos uxori, quae sequitur conditionem mariti, dextra plerumque concedatur, hoc est, quod scire uelimus? Quando sponsa, uid. *Ritual. Ecclestast. Caluor. P. I. p. 127.* in consecratione ad dextram sponsi locatur, debet monitorium esse sponsae, quo *corde ac animitus* eum, qui ad praecordia eius stat, diligat, quamuis et ex aduerso sponsus, cum recumbat, quasi ad sponsae cor ceu discipulus, quem IE-

SVS

SVS amabat, et is hunc uiciſſim, illo admoneri poſſit mutui et infucati amoris aduerſus ſuum corculum. Et inde factum, ut cauſam alias etiam uiri foeminis iuſſu Apoſtoli honorandis, *1. Pet.* III. *7. 1. Cor.* XI. *15.* dextram tanquam digniorem locum ex ciuilitate aſſignauerint. Sed de hoc audiamus DN. TENTZELIVM ſequentem in modum differentem *in Colloq. Menſtr. A. 1689. p. 696. Vtrum ueteres Germani uxoribus ſuis etiam a dextris procedendi et ſedendi potcſtatem fecerint, quam hodie magnates facere ſolent, libenter ſcirem? Illos Autores eſſe legendos, qui de honoratiore dextrae loco ſcripſerint, dicebat* CONSTANTINVS: *hoc maxime opus eſſe, reſpondebat* LEONHARDVS. *Quia ex hoc foeminae non magnum aſſequuntur honorem, ſi uera ſunt, quae* P. KNITTEL *ſcribit, et* THOMASINVS *ſuperiori Aprili adducit. Optimus Pater dicit, Euam ex ambitione primam ad arborem uetitam extendiſſe manum, ut prima DEA fieret, atque Adamo praeiret. Cum uero nihil diuini ſenſerit, Adamo etiam ex fructu dediſſe, quod non feciſſet, ſi ſerpentem, uera locutum, ſenſiſſet.* Ideo ſe *credere, uiros iam foeminis non ex ueneratione, ſed ad ignominiam illarum primum concedere locum, ipſis quaſi obiecturos, quod in Paradiſo primatum appetierint, et turpi ratione deceptae fuerint.*

§. 102. At magni intereſſe opinor, ut et illorum, qui ſiniſtram digniorem iudicant, faciamus mentionem. Primum non poſſum, quin, conceſſu Theologorum, Pontificios nominem. Vid. FOLIETA, DORSCH. *Pentad. p. 446. §. 17.* Hi enim ubiquitatem, (in quem finem oſtendit B. D. ALBERTI in *Intereſſ. Relig. p. m. 174.*) Saluatoris et argumentum a dexrra DEI deſumtum impugnantes ſedere ad dextram minus honorificum fuiſſe, antiquis regerunt. Vid. BELLARM. *L. I. de R. P. c.* XV. conf. B. D. SCHERZ. *Anti-Bell. p. 194.* PLVTARCHVM, VARRONEM, aliosque ex Gentilibus et profanis hominibus, teſtium loco, adducentes. uid. BARON. in *Annal. T.* II. *A. 213. n. 60.* His alios, Philologos inprimis, adiungimus, quorum non ultimus doctrina et linguarum cognitione inſignis eſt DRVSIVS exemplo Bathſabae Salomoni ad dextram aſſidentis, *1. Reg.* II. *19.* teſte B. GEIERO, *Comm. in Pſ.* CXLV. *p. 805.*

p. 805. commotus ut dextrum, latus fuiſſe ſiniſtro inferius, colligeret.

§. 103. Reſpondebimus ergo, antequam alia audiamus argumenta, ad dubium a doctiſſimo DRVSIO prolatum. Cum enim Bathſaba, mater Regis ad dextram et a latere Salomonis non in ipſo throno regio, de cuius magnificentia conf. CASP· SANCT· *ad 1. Reg. X· p. 1127.* aſſideret, *1. Reg.* II· *19.* conf. *v. 23.* alii principes ſeu magnates, Rege medium, primum puta, locum occupante, a ſiniſtris erant. Quae reſponſio etiam argumentum diſuit, quod ex ſeſſione ſponſae ad dextram ſponſi collocatae deſumitur; *Pſ.* XLV· *10.* quanquam et ea, quae B· DANH· *Hodoſ. Phoen.* VIII· *p. 769. ſq.* habet, ſint notatu digna: *illa*, inquiens, *collocatione honorifica nihil deceſſit maieſtati Regis, aut ſponſi coeleſtis, quia regia perſona ubicunque eſt, nobiliſſima cenſetur; neque illa ab aliis accipit honorem, ſed dat.* De Ageſilao iam declarato Rege refert PLVTARCHVS, in *Apopht. Lacon.* conf. PICCART· *Obſeru. Hiſt. Polit. Dec.* XIV· *c.* IX· *p. 119.* ipſum in Gymnicorum ludorum celebratione in loco parum honeſto aut honorifico a chori magiſtro collocatum paruiſſe quidem, uerba tamen haec protuliſſe : ἴυγε, δείξω γὰρ ὅτι οὐχ οἱ τόποι τὺς ἄνδρας ἐντίμους, ἀλλ' οἱ ἄνδρες τὺς τόπους ἐπὶ δεικνύσι, bene habet, oſtendam enim non loca uiris, ſed uiros locis dignitatem conciliare.

§. 104. Praeterea pro ſiniſtra honoratiore hae proferuntur rationes. Primum obiicitur, *uid. Æl. Anton. Nebriſſ. qui Cardinali Ximenio Archiepiſcopo Toletano fuit a conſiliis in adornando opere biblico Complutenſi in quinquag. 3. annot. c. 39. p. 167.* potentiores in antiquis monumentis dici interius, h. e. ad ſiniſtram ire, et ſtipatores uel latrones eorum, qui latus armabant, exterius, id eſt ad dextram. Sed (α) notamus, quod alii *uid. Adrian. Turneb. L 14. c. 24. Aduerſar.* per phraſin latus tegere, atque exterius ire intelligant latus ſiniſtrum alterius, qui uel aetate uel honore ſuperior eſt, claudere. (β) diſtinguimus cum B· DANH· *Hodoſ. p. m. 770.* inter ſtatum dignationis et ſtatum defenſionis. In ſtatu dignationis, cum periculum nullum eſt, dextra

dextra potior eſt, ſed cum periculum eſt, ſtipatores latus ambiunt utrumque, non dignationis cauſa, ſed protectionis. Qua etiam de cauſa ſolet gladius ſiniſtro lateri appendi, non quod latus dignius, ſed quod illa collocatio manui dextrae ſit expeditior. Deinde ad picturas et diplomata Pontificum prouocant Pontificii, *uid. Lorin. ad Act. p. 369.* in quibus Paulus Petro, principi Apoſtolorum, tanquam gladiatus ſtipator ad dextram collocatur. Sicuti autem fundamentum huius argumenti, Petrum fuiſſe caput Apoſtolorum, maxime eſt infirmum, et ualidis indiget fulcris; *uid.* B. SCHERTZER. *in Anti-Bellarm. p. 221. ſqq.* ita ipſum argumentum non magni eſſe roboris, cognoſcimus. Et, licet Petrum caput fuiſſe Apoſtolorum, concedamus, non tamen Pontificii, quod probare intendunt, probabunt. Multi enim inter ipſos Pontificios, *quos citat Dn.* D. ITTIG. *in Append. Diſſert. de Haereſ. p. 408. ſqq.* eosque prudentiores Petrum ſupra Chriſtum non extollentes, *Chriſtus enim a Romanenſibus quoque ad patris dextram depingitur, uid.* DILHERR. *Dialog. Philolog. Dial. I. p. 7.* in picturis et bullis Papalibus Paulum Petro praeferri, non negant. Hinc alii cum Thom. Aquin. *cit. a* D. ITTIG. *l. c.* propterea Petro ſiniſtrum locum aſſignatum iudicant, quod a Chriſto in terris uerſante uocatus ſit; Paulo uero dextrum, quod a Chriſto iam glorificato uocationem ſuam acceperit. Alii cum Molano *L. de picturis et ſacris imagin. c. 37.* putant, Petrum, cum Romae uelut in propria domo ſederet, Paulo tanquam hoſpiti honoris cauſa dextrum locum conceſſiſſe, cenſentque, hanc urbanitatem inter coelites obſeruari. Quidam cum ipſo Æl. Anton. Nebriſſenſi *l. c.* Paulum Petro praepoſitum admittunt, quoniam plures ex Gentilibus ad Chriſti fidem perduxerit, plures prouincias ſummo cum labore peragrauerit, et plura ſcripta, eaque utiliſſima nobis reliquerit. An itaque ex Pictorum commento et figmento, Pontificiis inter ſe diſſentientibus, aliquid certi determinari poteſt? An ſigillis plumbeis, in quibus doctiſſimi uiri miram notarunt uarietatem, *quod uel ex Aldo Manutio, uel ex magno Velſeri et Grutteri opere conſpicias*, fidem adhibeamus?

§. 105. Reſtat, ut Baronii audiamus rationes. Hic, ubi morem

morem Romanis in ἀποθεώσει uſitatum proponit: *in Annal. T. II. A. 213. n. 6. Circa Imaginem Imperatoris*, inquit, *a laeua ſenatus, a dextra matronae ſedebant, quoniam apud Romanos pars ſiniſtra melioris eſſet auſpicii, ac proinde dignior haberetur.* Et alio in loco *T. III. A. 325. n. 57. ſq.* ſcribit: *Ad cognoſcendum ſedendi ordinem nulla uerior poterit ſuffragari ratio, quam quae petitur exemplo rerum in ſynodis oecumenicis. Eos, qui ad Imperatoris dextram in conciliis ſederunt, non ſemper praeſediſſe, oſtendit Launoius in Epiſtol. p. 730. Ex his patet, Archiepiſcopis in laeua et Epiſcopis in dextra parte collocatis, ſiniſtram digniorem exiſtimatam fuiſſe. Id quod tam in Orientali quam Occidentali Eccleſia uſu receptum eſt. De Orientali teſtatur Sophronius, qui mentionem fecit imaginis repraeſentantis in medio picturam IEſu, a ſiniſtris Mariam, et a dextris Baptiſtam Saluatoris. Et de Occidentali demonſtratur, dum olim cum in baſilicis diſtincta eſſent loca foeminarum, et uirorum, in dextra parte collocatae erant mulieres, in ſiniſtra uero uiri.* Sed una fidelia duos dealbare poſſumus parietes, quando dicimus, reſpectu intrantium in his omnibus dextram fuiſſe honoratiorem. Quod teſtatur Biſciola, *in hor. ſubciſ. Tom. II. b. 2. c. 5.* Pontificius, Baronio citato ita reſpondens: *Ex hoc ritu antiquo, ut eſt in priſco Eccleſiae Romanae ordine, ſedebant ea locali diſpoſitione, ut intrantibus Eccleſiam Epiſcopi eſſent ad ſiniſtram, presbyteri ad dextram, ut quando Pontifex h.e. Papa, ſederit, et ad eos reſpexerit, Epiſcopos ad dextram Presbyteros contineat ad ſiniſtram, de locis diſtinctis foeminarum et uirorum, uid. Micrologus de Eccleſ. Obſeru. c. IX. p. 26. ſq. qui uiros ad meridiem, et mulieres ad Aquilonem collocat.* Accedit etiam hoc, quod apud nonnullas gentes ob certas rationes ſiniſtram fuiſſe digniorem ſupra, non negauerimus. *Conf. Lipſ. Elect. L. II. c. 2.* Interea dextram Hebraeis fuiſſe potiorem, ipſis Baronio *T. II. Ann. Eccl. A. 213. n. VII.* et Franc. Ribera *comment. in Ep. ad Hebr. c. I. 23.* concedentibus, certum eſt.

§. 106. Atque ita locum Geneſeos, *Gen. XLIIX. 14.* quem nos illuſtraturos eſſe ſupra promiſimus, aggredimur. Hic legitur, quod cum Ioſeph duos filios ad moribundum parentem adduxit, Iacob non tantum illos ſibi adoptauerit, ſed etiam eisdem,

eisdem, dextra minori Ephraimo, et ſiniſtra primogenito Manaſſi, impoſita, benedixerit. Hinc primum duas ex hoc commate explicabimus uoces, et deinde in rationem huius ritus inquiremus. Occurrit hoc loco uerbum שכל, quod a שכל, iuxta BVXTORF. *in Lexic. p. 805. cui Ben. Mel. in 1. Sam. XVIII. 30. aſſentitur, qui uerbo* שכל *adiicit* הצליח, proſperatus fuit, ſed iuxta alios, *uid. Lex. Hebr. D. Auenarii p. m. 806.* callidus fuit, in Pih. intelligere fecit, denotat. At intelligere eſt hominis ratione praediti. Cur manibus a ſacro ſcriptore tribuitur? Hoc fit per προσωποποιΐαν, ut B. GLASSIVS *in Philol. ſacr. p. m. 1182.* ſcribit. Cum hebetes ſenio eſſent oculi Iacobi, ut aſpectu non diſcerneret, uter nepotum natu maior eſſet, conſulto tamen manus ſuas transuerſas poſuit; ideo dicit Moſes, quod intelligere fecit manus ſuas, quaſi manus illae eſſent conſciae rerum futurarum, dum non temere eas proiecit, nec palpandi cauſa huc uel illuc transtulit, ſed, delectu adhibito ſciens ac uolens manum dextram direxit ad Ephraim, qui minor erat natu, ſiniſtram autem primogenito impoſuit. Quare Cleric. *Comm. in l. c. Gen.* uertit, *de induſtria ita manus diſpoſuit*, et Guſſet: *in Comment. Lingu. S. p. 854. Manus prudenter agere fecit, ut ſitum cupientes ueritati congruentem, et inde ducentes euentum conſentaneum.* De qua uoce quid Iudaei ſentiant, audiamus: שכל הוא פועל יוצא והידי פעולו כלומר נתן שכל ליריון כאלו עשו בחשכל ובחכמה מה שעשו כי מנשה היה הבכור וראה בנבואה כי היה קטן בברכה חחו חשכל כי אם היה נותן ימיט על ראש מנשה מה שכל היה בו קן הוא דרך העולם חה רעת המתרגם שאמ' אחכמינן ליוחי ולר' יונה פ"א בשרשו: Haec ſunt uerba Ben Melech, *in Michl. Ioph. p.* טו. quae ſic uertimus: שִׂכֵּל *eſt uerbum tranſitiuum, et manus ſunt obiecta, ac ſi diceret, dedit ſcientiam manibus, ut facerent cum ſapientia et intelligentia id, quod faciebant. Nam Manaſſe erat primogenitus, ſed uidit Iacob per uiſionem, quod paruus eſſet in benedictione, et hoc erat illud intelligere. Nam ſi dediſſet dextram ſuam ſuper caput Manaſſe, quae pru-*

prudentia hic fuiſſet? ita enim eſt conſuetudo ſeculi. Et haec eſt ſententia paraphraſis Chaldaicae, quae uertit, ſapientes reddit manus. R. Iona uero expoſitionem aliam habet, quam uide in libro Radicum Kimchi. Huius etiam nempe R. Ionae explicationem indicat R. Abendana *in Mich. Ioph. l. c.* his uerbis: ובשרש שכל בשם רבי יונה חבין יעקב מידיו רוצה לומר מידי יוסף כי מנשה חבכור לפי שהרגיש כי הביא אליו מנשה מימינו שכל וירע כי מנשה חבכור ולר' בג כתב שטעמו עוות כטעם סכל נע עצת אחיתופל אע"פי שחוא כתוב בש'ין וחכונה שעוות את ידיו ושם ימינו לפאת שמאלו ושמאלו לפאת ימינו וטעם כי מנשה הבכור אע"פי שמנשה הבכור וכן כי עם קשה ערף חוא: Id eſt, *in Radice* שכל *ſcribit Kimchi nomine R. Ionae intellexit Iacob e manibus eius, nempe e manibus Ioſephi, quod Manaſſe eſſet primogenitus. Hoc enim colligebat ex eo, quod Ioſeph Manaſſem ad dextram eius conſtituiſſet, ex hoc intellexit et cognouit, quod Manaſſe ſit primogenitus. Sed R. Leui Ben Gerſon ſcribit, quod ſenſus eius ſit, peruertit, iuxta ſenſum (2. Sam. XV. 30.) peruerte quaeſo conſilium Achitophel, non obſtante, quod h. l. ſcriptum ſit eum* ש. *Sic ſenſus eſſet, quod peruerterit manus eius, et poſuerit dextram ſuam ad latus ſiniſtrum, et ſiniſtram ad latus dextrum. Hinc ſenſus uerborum* כי מנשה הבכור *eſt, quamuis Manaſſe eſſet primogenitus. Hoc ſenſu uox* כי *occurrit Exod. XXXIV. 9. quamuis populus durae ceruicis ſit.*

§. 107. Altera uox in hoc commate explicatione indigens eſt particula כי, quae h. l. habet Accentum coniunctiuum Merca, tertia uoce etiamſi conſtructa, abſciſſa. Alias haec particula monoſyllab. diſtinguitur, ut *Num. XXII. 13.* quae obſeruatio ad Weim. Accent. pertinet *p. 17.* Haec uarias in ſcriptura aſſumit ſignificationes, uid. NOLD. *Concord. Partic. p. 356. ſqq.* nonnunquam eſt cauſalis; nonnunquam conditionalis; nonnunquam conceſſiua, nonnunquam aduerſatiua particula. Hinc, quem hoc loco habeat ſignificatum, quaeritur? Sunt, qui illam per quod uertant, ut R. Iona §. praeced. Sunt quo-

que

que et quidem plerique tum e Chriſtianis, uid. GERHARD· *Comm. in Geneſ. l. c.* et B· GLASS· *Ph. S. p. 816.* tum ex Hebraeis ſcriptoribus, *R· Leu. Ben Gerſon et R· Aben Eſra*, qui, pro quamuis poni, ſtatuant, quemadmodum alias in Scriptura ſaepe conf. *R· Abendan. §. praec. Exod. XIII· 17.* כי קרוב הוא, *quamuis propinqua ipſa eſſet.* Vid. DANZ· *Interpr. p. 298.* non ſecus ac particula graeca ὅτι accipitur ſic *Luc.* XXIII· *40.* ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ, *quamuis in eadem es damnatione.*

§. 108. Nam etſi Manaſſen, quem ad dextram collocabat Ioſephus, primogenitum eſſe, Iacobus non ignorabat; tamen ipſi non dextram, ſed ſiniſtram impoſuit. Hoc ideo factum putant nonnulli Patres, TERTVLL· *L· de Bapt.* et DAMASC· *L· IV· O· F· c. 12.* ut decuſſatis manibus praefigurata ſit crux CHRISTI, per quam omnis benedictio ad nos deſcenderit. Hos BELLARMINVS ſequi cupit, *L· II· de Imag. Sanct. c. 26.* contra quem uid. PRVCKN· *Vind. in Gen. c. 48.* dum ſignum crucis ſacrum eſſe et uenerabile probaturus, factum Iacobi allegat, qui cancellatis manibus benedicens filiis Iacobi ſignificauerit, fore tempus, quo benedictiones ſigno crucis fierent. Videntur etiam idem ſentire illi, qui uerbum adductum שכל, *in formam crucis agere*, exponunt, uid. B· GLASS· *Phil. S· l. c. p. 1182.* ad illud Eſaiae applicantes, *c. L· I· 13.* ubi de Chriſto crucifixo eodem uerbo Spiritus utitur, *ecce* ישכיל, *intelliget ſeruus meus.* Cuius expoſitionis hunc in modum D· FORSTER in *Lex. Ebr. p. 848.* facit mentionem? *Verbum* שכל *inter alia etiam ſignificat iuxta nonnullos ſuperponere in modum crucis, nomine* משכל *tam Chaldaeorum, quam Iudaeorum lingua crucem notante*, ad quam uocem alluſiſſe dicitur Paulus ſcribens: *Praedicamus Chriſtum crucifixum (*משכל crux*) Iudaeis quidem ſcandalum,* (מכשל offendiculum,) *gentibus autem ſtultitiam (*סכל*) ſed iisdem uocatis Iudaeis pariter et Graecis DEI potentiam* (השכיל) *ac DEI ſapientiam* (שכל.) Sed ſicut haec ſignificatio uerbo non eſſentialis, ſed accidentaria tantum eſt, ita ipſa expoſitio de ſigno crucis non literalis, ſed myſtica recte

ab ipso PERERIO uocatur, *Comm. in Genes. c. 48.* conf. LIPS. *de Cruce L. I. c. 7. p. 27. seq.* testante, crucem Domini quantum et rem ipsam et mysterium per ligna, quae Isaac portauit ante centum et octoginta annos praefiguratam, hic quantum ad similitudinem praesignatam.

§. 109. Vera autem ratio, qua adductus pius senex natu minori Iosephi filio dextram imposuit, ab ipso Patriarcha exponitur. Ipse enim a Iosepho de primogenito admonitus dicebat; *Gen.* XLVIII. *19.* ידעתי בני ידעתי *noui, fili mi, noui, etiam ipse euadet populus, et ipse quoque magnus erit. Veruntamen frater eius minor maior erit isto, et semen illius erit magna multitudo gentium.* Hic percipimus, dextra, quae honoratior erat, Iacobum nihil aliud indicauisse, quam Ephraimum Manasse fore maiorem. Ordine quidem naturae dignior uidebatur Manasses primogenitus, qui uis et principium roboris patris, excellens dignitate, et excellens fortitudine uocabatur, quin non tantum duplam portionem de bonis Parentum capere, sed etiam potestatem regni unus acquirere debebat, quam primogeniti, ne patrimonium per diuisionem attenuaretur, acquirebant, quandoquidem et subditis conducebat, regi ab uno, neque plures habere dominos. Hinc etiam Manassen ad dextram collocandum Iosephus cognoscebat. Quemadmodum autem DEVS magnitudinem non respicit, sed ignobilia mundi eligit: Ita ipsum, saepe primogenitis natura posteriores praetulisse, notum est. De uno Manasse hic nobis sermo. Huic Iacobus in fide, et Spiritu S. inspirante Ephraimum, secundum gratiam primogenitum factum anteponebat. Ephraimo enim dextram imponebat, atque haec ipsi benedicens proferebat: *In te benedicet Israel dicens: Ponat te DEVS sicut Ephraim et sicut Manasse.* Vnde postea instituti tenendi causa in Israel manus impositae sunt non tantum iis, quibus munus quodpiam demandatum, sed etiam uel maxime pueris, quod ad uiros pietate conspicuos, ut eis benedicerent, ac bene precarentur, fuerunt ducti, sicut ad optimum Seruatorem ob eandem rationem ducebantur. Quid? quod hodie quoque inter Iudaeos mos esse dicatur, ut puero manus imponens dicat

cat: ישמך אלהים כאפרים וכמנשה *Ponat te DEVS, ſicut Ephraim et ſicut Manaſſe.* Atque ita Ephraim adhuc praefertur Manaſſi. Ex eo enim, prophetica praedictione impleta, nati ſunt Reges Iſraelitici, id eſt, decem tribuum. Ex eo natus eſt Ioſua, at qualis Dux? qui bellicae laudis gloria florens ad populum Iſraeliticum in terram Canaan introducendum a DEO deligebatur, ex eo tribus Ephraim, numero et gloria tribum Manaſſe longe ſuperans, originem duxit.

§. 110. In ſcholis ergo Iudaeorum dextra praecipue ad duplicem nos antiquitatem remittit, dum initio ſymbolum erat gratiae. Nam qui erant in gratia ad dextram, qui autem erant rei ad ſiniſtram collocabantur, id quod RABBI Ben MELECH ſatis clare indicauit de uoce בנימין ita ediſſerens: ואביו קרא לו בנימין פרושו בן ימין ולפי שחימין נכבר וחביב על הארם מהשמאל והקטן שלבנים חביב על הארם יותר קראו בנימין חביב ונכבר עלו: *Et pater eius nuncupauit ipſum* Beniamin, *id eſt*, filium dextrae, *quod dextra honoratior et amabilior eſt homini ſiniſtra. Cum igitur minimus filiorum amabilis omnibus fuit, uocauit eum* Beniamin, filium dextrae *ſuae ſibi dilectum et honoratum.* Vnde abſoluti, uti diximus, ſtabant a dextra, a ſiniſtra condemnati. Vid. *Gemara Babylon. fol. 36. 2. et Miſchna* l. c. *Hilc.* סנהדרין, *Cap. I. 6.* et *Gloſſam Bartenorianam:* עשרים ושלשה סנהדרי קטנה וג׳ שורות של כ״ג כ״ג יושבים לפניהם שאם חוצרכו לחוסיף על הרויגים מוסיפים מהם ועשרה בטלנים עשרה בני אדם בטלנים מכל מלאכה שיושבים תמיד בבית חמדרש ושני סופרים לכתוב דברי המזכין ודברי המחייבין סופרי הרויגן עומדין לפניהם אחד מימין ואחד משמאל וכותבין דברי המזכין ודברי המחייבין וגו׳: *Triginta et tres ſenatum minorem faciunt: Praeterea tres alii ordines in conſpectu illorum ſedentes, quorum unusquisque ex triginta tribus conſtat, requiruntur, ex his enim, quando neceſſe eſt, iudicibus alii adduntur. Inſuper decem o-*

tioſi, qui ab omni opere feriantur, et ingiter in ſchola ſedent. Deinde duo ſcribae, quorum unus uota abſoluentium, condemnantium alter excipit, SCRIBAE IVDICII STABANT CORAM ILLIS, VNVS AD DEXTRAM, ALTER A SINISTRA, ET EXCIPIEBANT CALAMO VERBA ABSOLVENTIVM, ET VERBA CONDEMNANTIVM. Deinceps illud maxime commemorabile cenſemus, quod filius chariſſimus, primogenitus et heres, non ex concubinis, ſed uxore primaria iuſto matrimonio procreatus, locum ſuum ad dextram patris, uel etiam in ſinu ipſius occupauerit. Sinus apud Veteres ſedes erat amoris, atque ſignum intimioris amicitiae, ueteribus Graecis itidem ac Romanis, auctore *Plutarcho, Sympoſ. Libr. I. Quaeſt. 3.* ἢ γυναικὸς ἢ παίδων, *aut uxoris, aut filiarum*, iuxta MAIMONIDEM, etiam mariti in uxoris ſinu decumbentis, quorſum trahunt formulas in SCRIPTVRA SACRA paſſim obuiàs, אשת חיקו, *uxor ſinus ipſius*, איש חיקו, *maritus ſinus ipſius*, *Deut. XXVIII. 54. 56.* Similiter uxor Vriae ſignificanter admodum in ſinu mariti diſcubuiſſe per ſimilitudinem, ab oue petitam, legitur *2. Sam. XII. 3.* וכחיקו תשכב ותהי לו כבת *Et in ſinu ipſius iacere ſolebat, et habebatur ut filia.* Ad hanc cerimoniam reſpicit parabola *Luc. XVI. 22.* quando Lazarus deportatur in ſinum Abrahae. Vnde dilectiſſimus filiorum υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ πατρὸς, ein allerliebſtes Schoß-Kind, filius, qui diſcumbit in ſinu patris, *Ioh. I. 18.* Graecis uocabatur ἐπιστήθιος, amicus intimus, qui quaſi in ſinu recumbit, et ſe admouet ſupra pectus alterius. *Ioh. XIII. 23. XXI. 20.* Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς - ἐπὶ τὸ στῆθος Ἰησοῦ. *Recumbebat unus ex diſcipulis Ieſu in ſinu ipſius, quem diligebat Ieſus, recumbens erat ſuper pectus eius.* Eadem fere ratione dextra fuit antiquitus in amore ac pretio. Vnde KIMCHIVS ad *Pſ. XVI.* הפנים והימין הם הכבוד *Facies et dextra ſunt honoris ſcilicet ſymbola.* Ex eodem capite ſponſa ſub Chuppa collocatur ad dextram ſponſi, quo illud Dauidis trahunt Pſ. XLV. 10. נצבה שגל לימינך *Collocata eſt coniux ad dextram tuam.* MINHAGIM, ſiue *Liber Ritualis Cap. I.* Matthaei ſaepius adlegatus: Man ſtellt die כלה (Braut) auf die rechte Hand zum חתן, (Bräu-

(Brautigam) quo ipso significabatur, uxorem, ad dextrum latus collocatam, occupaturam honorem et iura uxori primariae, iuxta leges gentis Iudaeae, competentia et ueluti propria. Quando autem CHRISTVS dicitur filius ἐν τῷ κόλπῳ, in sinu patris, ad dextram collocandus, tum utrumque non est merus character, aut symbolum tantum gratiae et amoris, uerum praeter beneuolentiam intimam significatur summus honor, cum dignitate et maiestate diuina coniunctus, CHRISTO λόγῳ secundum diuinam naturam κατ' αὐτὸ, id est, per se competens, quod more primogenitorum et heredum filiorum, filius unigenitus et primogenitus ac heres secundum humanam naturam dextram DEI sit occupaturus, atque adeo uerus בן ימין, *filius dextrae*, futurus, quem Beniamin procul dubio praefigurauit. Fideles exinde laetantur impensius, quod iustus iudex sit constituturus pios ad dextram in die nouissimo, illisque, ceu filiis heredibus, utut dignitate CHRISTO minoribus, hanc sententiam sit laturus: *Venite benedicti Patris mei* (non dicit Matthaeus εὐλογητὸς, sed notanter εὐλογημένος; Nam εὐλογητὸς erat epitheton, quo solum DEVM indigitabant) *possidete regnum paratum uobis ab exordio mundi.* CHRISTVM loquentem de ultimo iudicio huc respexisse: *Statuet oues ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, haedos autem ἐξ εὐωνύμων*, Matth. XXV. 33. putat DRVSIVS ad l. c.

§. III. Ad u. 63. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς διαῤῥήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ; Summus autem Sacerdos, dilaceratis uestibus suis, dixit. In laceratione uestium SELDENVS, HOTTINGERVS, GOODWINVS, PFEIFFERVS, nuper admodum HILLIGERVS perquam erudite fuerunt commentati. Iam potiora huius et aliorum argumenta repetituri nostram quoque qualemcunque operam adiiciemus. Sequitur ergo Dissertatio de laceratione uestium, quae multis Scripturae S. locis lucem adferet. Quam expeditior, quam facilior, quam solidior, sat multorum in sacro codice, *Veteris* aeque, ac *Noui Instrumenti*, extantium locorum difficiliorum, cognitione uariorum rituum, cum omnibus gentibus communium, tum *Hebraeis* inprimis propriorum, accedente, possit fieri interpretatio, de eo,

unanimi

unanimi Eruditorum conſenſu, uix ullus dubitabit. Comprobauit hoc ipſum calculo ſuo CONSTANTINVS IMPERATOR, L' EMPEREVR ab OPPYCK, in *Epiſt. Dedicat.* ὁδοιπορικῆς R· *Moſis Kimchi*, dum ita ſcribit: *Nihil reperiri poteſt, quod plurima Sacrae Scripturae teſtimonia nobis magis abſtruſa, intellectuque difficilia, reddat, quam rituum ueterum ignorantia; iis enim praeteritis, ſi quis loca, ubi eorum fit mentio, intelligere uel enarrare cupiat, merito compellabitur Apollinis ad Hectorem uerbis:*

Νῦν σὺ μὲν ὧδε θέεις ἀκίχητα διώκων,
Nunc tu quidem ſic curris, inacceſſa perſequens.

Deſudatur fruſtra, cum ea, quae rituum Iudaicorum luce egent alio, uaria ſubtilitate detorquentur. Idem MATTH· FLACIVS *Part. II. Clau. Script. Tract. VI. p. 577.* (ubi *Antiquitatum* pariter *Iudaicarum* notitiam ad intellectum ſermonis ſacrarum literarum maxime neceſſariam iudicat,) SAL· GLASSIVS in *Philolog. Sacr.* paſſim, MART· GEIERVS in *Opuſcul. Philolog. p. 11.* AVGVST· PFEIFFERVS in *Critica Sacr. p. 195. ſqq.* aliique complures, publice dudum inculcarunt. Atque hinc factum eſt, ut, ſeculo inprimis proxime elapſo, reperti fuerint quam plurimi, qui in colligendis *Sacris Antiquitatibus*, quarum ope uariis diuini codicis oraculis lux affundi poterat clariſſima, multum et curae, atque ſtudii, poſuerint. Neminem latet, quod in publicum, ſub iſtis ſigillatim temporibus prodierint *Antiquitates Ebraicae ac Biblicae* ARIAE MONTANI, IOH· CONRADI, DIETERICI, PAVLI SCHERLOGI, IOH· ANDR· QVENSTEDTII, IOSVAE ARNDTII, HADR· RELANDI, IVRIAEI, THOM· GOODWINI, cuius liber, *Moſes* et *Aaron*, inſcribitur, et innumerorum aliorum, qui ſolum generatim uarios Hebraeorum ritus, eosdemque ſanctiores, delibare inſtituerunt. Magis ſpeciatim quasdam *Hebraicae* gentis conſuetudines, in maiorem ſacrarum literarum euidentiam, IO· BVXTORFFIVS, in *Synag. Iudaica*, IO· LEVSDENIVS in *Philol. Ebraeo mixto*, IO· LIGTFOOTVS, in *Hor. Talmud.* IO· SELDENVS, in Tract. de *Succeſſionibus*, *Vxore Hebraica*, *Iure* N· et G· WILH· SCHICKARDVS, in משפט המלך, ſeu *Iure Regio Hebraeorum*, LVN-

LVNDIVS in Jüdiſchen Heiligthümern, CAROLVS SIGONIVS, PETR· CVNAEVS, IO· STEPH· MENOCHIVS, MELCHIOR LEIDEKKERVS, in Tractat. de *Republica Hebraeorum*, MARTIN· GEIERVS, cit. l. et plures alii, ſunt complexi. Iuſtum autem *Antiquitatum Sacrarum* Syſtema ex Codice authentico, Pandectis Talmudicis, ſcriptis *MAIMONIDIS*, Iudaeorum Ritualibus, collatis ſimul aliorum populorum conſuetudinibus, concinnandum adhuc deſiderari, rectiſſime AVGVSTVS PFEIFFERVS loc. cit. iudicauit, cui et nuper admodum D· IO· ALBERT· FABRICIVS, in *Bibliothec. Antiqu. pag. 9.* ſuffragatus eſt. Ego equidem, cum iam in publicum prodire ſuſtineo, reliquis omnibus, qui in prolixiorem Diſceptationem abripi poterant, ritibus miſſis, in קריעת הבגדים, ſeu *modum lacerandi ueſtes*, qui *Iudaeis*, aliisue poſthinc gentibus in uſu uenit, pro inſtituti ratione, paucis inquiram, certa ſpe fretus, fore, ut ſpicilegium hoc, ex meſſe ampliſſima ſuſcipiendum, benigniori, aequus *Lector*, manu tantiſper ſuſpiciat, donec, pro uirium conditione, ad altiora progredi, et molae ſalſae huic, qua iam nunc lito, thura poſſim ſuperaddere. Illud interim haud grauatim quisque mihi largietur, quod, licet inter *Criticos* non pauci hactenus reperti ſint, qui, data occaſione, ſuas, ſuper ritu hoc, meditationes cum publico communicauerint, nemo tamen, ſi recte iudico, hactenus fuit inuentus, qui peculiari, uel Tractatu, uel Diſſertatione, hunc, cui manus admouco, lacerandi ueſtes ritum, intimiori exponere ratione adgreſſus fuerit. Operae igitur pretium me facturum, exiſtimo, ſi argumento huic paulo preſſius inſiſtam, ac, leui quodam ſpecimine, perſonas ueſtes lacerantes, modum lacerationis, cauſas, cur fuerint laceratae ueſtes, quaeſtionem Iuris, utrum ritus hic fuerit legitimus, nec ne, expoſiturus, hiſtoriam ſimul eiusdem ritus, a *Iudaeis* ad reliquas gentes, *Orientales* et *Occidentales*, propagati, in apricum producam, et quales quales ſuper iisdem ſtricturas adornem. Praemiſſa igitur praefatione rem ipſam adgrediemur. Multum omnino ex recte intellecto lacerandi ueſtes ritu, in dilucidiorem diuiniorum literarum ſenſum deriuari

poſſe, omnium Eruditorum ſuffragio perſuaſus, iuſto ſuo ordine, quae huc ſpectare uidebuntur, recenſebo. Loca uero cum *Antiqui*, tum *Noui Foederis*, in quibus huius conſuetudinis fit mentio, tot enumerantur, quot de alio quocunque *Hebraeorum* ritu uix quisquam alius allegabit. *Vetus* enim ſi percurrimus, aperta ritus huius indicia occurrunt *Geneſ.* XXXVII· 29. 34. XIV· 13. *Leuit.* X· 6. XIII· 45. XXI· 10. *Numer.* XIV· 6. *Ioſ.* VII· 6. *Iudic.* XI· 35. *1. Sam.* IV· 12. *2. Sam.* I· 2. 11. III· 31. XV· 32. *1. Reg.* XXI· 27. *2. Reg.* II· 12. V. 7. 8. VI· 30. XI· 14. XVIII· 37. XIX· 1. XXII· 11. 19. *2. Chron.* XXIII· 13. *Eſr.* IX· 3. 5. *Eſth.* IV· 1. *Hiob.* I· 20. II· 12. *Ieſ.* XXXVI· 22. XXXVII· 1. *Ierem.* XLI· 5. *Hoſ.* XIII· 8. *Ioel.* II· 13. *Iudith.* XIV· 51. *1. Macc.* II· 14. III· 47. IV· 39. V· 14. XI· 71. XIII· 45. In *Nouo* autem ſimilia ſe nobis obiiciunt, *Matth.* XXVI· 65. *Marc.* XIV· 63. et *Act.* XIV· 14. ut adeo, loca ſimul collata, ad quadrageſimum, et quod excurrit numerum aſſurgant. Atque hinc ſponte, et haud grauatim, quantum genuina ritus lacerandi ueſtes notitia ad ſacri codicis interpretationem faciat, L. B. diiudicabit.

§. 112. Vt uero promiſſo exiſtat fides, meritiſſime a *Perſonis ueſtes lacerantibus*, meas exordior meditationes, in illud ante omnia inquirens, num ad omnes cuiuscunque aetatis, ſexus, ſtatus, et uitae conditionis, perſonas in gente *Iſraelitica*, hic lacerandi ueſtes ritus, reduci queat. In Affirmatiuam inclinans ſententiam, ſtatuerem ego, omnes ſine ullo perſonarum diſcrimine habito, ſub uario tamen lacerandi ueſtes modo, maxima cum diligentia, hunc lacerationis morem tenuiſſe, ſiue uiri, ſiue mulieres, ſiue ſenes, ſiue iuuenes, ſiue reges, ſiue ſubditi, ſiue ſacerdotes, ſiue alius ſtatus fuerint perſonae. Sic *Geneſ. XXXVII· 29.* RVBEN dicitur, diſcidiſſe ueſtes, ſic IACOBVS ibid. u. 34. ſic fratres IOSEPHI *Geneſ. XLIV· 13.* IOSVA et CALEB *Numer. XIV· 6. Ioſ. VII· 6.* IEPHTAH *Iud. XI· 35.* HVSAI *2. Samuel. XV· 32.* MARDOCHAI *Eſth. IV· 1* et multi alii, uirilis ſexus, leguntur laceraſſe ueſtimenta. De foeminis, et liberis, et de prioribus quidem ſigillatim, nullatenus eſt dubitandum, ipſis aeque fuiſſe ſolenne, ac uiris, hoc, illo-

illoue, dato fortunae aduerſae caſu, dilacerare ueſtes. Expreſſe enim ATHALIAM, *Ahaſiae* matrem, ueſtimenta diſcidiſſe, ob alius regis electionem, *2. Reg. XI. 14.* adſtruitur, id quod THAMAREM, per uim uitiatam, itidem feciſſe, ex *2. Sam. XIII. 19.* ad oculum pateſcit. De liberis forſan dubium cuidam ſuboriri poſſet, utrum ſcilicet et iſti, pro antiquo more, ſuas ueſtes lacerauerint, eo, quod *Sacer Codex* expreſſam nullibi de iisdem mentionem iniiciat. At quamuis ibi, diſertis uerbis, nihil de illis memoretur, generales tamen extant perſonarum inductiones, ſub quibus et liberi, et ſerui, comprehendi optime poſſe hariolor. Sic *2. Sam. III. 31.* DAVID, et omnis populus, (ſub quo et liberi continentur,) ob mortem ABNERI; *Ioh. II. 12.* amici IOBI ſuas ſcidiſſe ueſtes, generatim aſſeueratur. Reges autem, et ſubditos, eadem lacerandi ueſtes conſuetudine fuiſſe uſos, extra omnem controuerſiae aleam poſitum eſſe, per tot clariſſima ſacrarum literarum oracula edocemur. Sic DAVID, ob nunciatum liberorum ſuorum miſerum lapſum *2. Sam. XIII. 31.* AHAB, ob *Eliae* reprehenſionem, qua, ob interfectum *Nabothum*, iuſſu Dei correptus fuerat; *1. Reg. XXI. 27.* IORAMVS, ob literas per *Naamum* a Syrorum rege allatas, *2. Reg. V. 7. 8. VI. 30.* HISKIAS, ob *Sanheribi* conatum, *2. Reg. XIX. 1.* IOSIAS, *2. Reg. XXII. 11.* perceptis repertae legis, per *Hilkiam*, uerbis, quos omnes fuiſſe Reges conſtat, ſua diſciderunt ueſtimenta. Sic *1. Sam. IV. 12.* quidam militum, ob uictos *Iſraelitas*; *2. Sam. I. 2.* quidam, ex SAVLIS exercitu, ob funeſta huius in praelio fata; *2. Regum XVIII. 37.* HISKIAE *miniſtri aulae*, ob *Rabſaken* blaſphemantem; *Ierem. XLI. 5.* uiri octoginta ex *Sichem*, ob GEDALIAE interitum, tanquam ſubditi, lacerarunt ueſtes, ut adeo, nec ſubditos morem hunc neglexiſſe, abunde probatum, et in aprico ſit.

§. 113. Reſtat, ut de *Sacerdotibus*, *maioris* et *minoris ordinis*, pauca ediſſeram, quos aeque ac alios, in uariis caſibus, diſripuiſſe ueſtes, *ſacrae literae* ſimiliter, non in uno loco, demonſtrant. De *Sacerdotibus* minoris dignitatis, *Prophetis*, item et *Apoſtolis*, in N. T. morem *Iudaeorum* adhuc ſeruantibus, unanimis Eruditos inter eſt conſenſus, eosdem, pariter cum aliis,

ſcidiſſe ueſtimenta, ſiquidem non pauca, in *ſacro codice*, extant exempla, quae aſſertum confirmant. ESRA enim *Sacerdos Iſraelis c. IX. 3.* ob commixtionem *Iudaeorum* cum *Gentilibus*, ac MATATHIAS *Sacerdos*, *1. Maccab.* II. 14. ob legis Iudaicae uiolationem; ELISA *Propheta*, ob Patris *Eliae* ſubitum, et improuiſum in coelos abitum *2. Reg.* II. 12. PAVLVS et BARNABAS, ob cultum, quem Iconienſes ipſis tribuere parabant, diuinum, *Act. XIV. 14.* ſua diſcidiſſe ueſtimenta, nominatim introducuntur.

§. 114. Quo magis autem inter ſe, *Antiquitatum Hebraicarum* Indagatores, in iam adductis, conſentiunt, eo magis de *Summi Sacerdotis*, ſeu *Pontificis*, ueſtium laceratione diſſentiunt, adeo, ut alii eandem ipſi plane denegent, alii non omni, ſed limitato modo, uendicent. Sunt, qui ueſtimentorum ſciſſionem plane a *Summo Sacerdote* remouent, quos inter primus omnium referendus eſt *Cardinalis* BARONIVS, qui eandem, quacunque etiam emergente occaſione, *Sacerdoti Summo* fuiſſe licitam negans, CAIPHAM, ueſtes ſuas ſcindentem, facti, legibus diuinis contrarii, accuſat, dum in *Annal. Tom. I. An. Chr. 34. n. 73.* ita loquitur: *Hac conſuetudine coeteri, haud tamen Sacerdotes, tenebantur; nam diuina lege Sacerdotibus uetitum erat, ne ſua ſcinderent ueſtimenta. Sed Caiphas illa contempta, quo coeterorum adſtantium animas, in Chriſti perditionem, magis ac magis concitaret, furore quodam percitus, primus Summorum omnium Pontificum (quorum ſit memoria) ſic ſua ueſtimenta conſcidit.* Eius ſententiae accedit CORNELIVS A LAPIDE, *e Societ. JEſu, in Commentar.* IV. *Euangel.* p. 506. inquiens: *Porro illicite hic Caiphas ueſtem ſcidit, quia ipſe erat Pontifex, Pontifici autem id uetitum erat, iuxta illud Leuit.* XXI. 10. Caput ſuum non radet, nec ueſtes ſuas diſſuet. *Cauſas ibidem recenſui. Scidit ergo ueſtem Caiphas, ut inuidiam JEſu conflaret, eumque, quaſi blaſphemum, omnibus execrandum, damnandumque obiiceret.* Sic et plures, maxime Pontificiorum, alii. Enim uero, hos uehementer errare, iamdudum limati iudicii, ac profundioris Eruditionis, Viri demonſtrarunt, aſſerentes, non quouis, ſed ſolo propter mortuos caſu, *Sacerdoti Summo* lacerationem ueſtium eſſe prohibitam.

§. 115.

§. 115. Quod enim legem *Leuit.* X. *16.* attinet, qua MOSES *Aaroni*, eiusque filiis, *Eleazari* et *Ithamari*, scissionem uestium interdixit, non ui interdicti generalis ista gaudet, sed ad solum miserae prostratorum fratrum casum spectat, ubi MOSES filios *Aaronis*, speciatim a laceratione uestium abstinere uoluit, tum propter recentem illorum consecrationem, ut dicitur uersu sequ. *nam oleum unctionis super uos est*, tum propter paucitatem illorum. Quod si enim illos, simili cerimonia funebri, contaminari contigisset, nulli alii fuissent, qui sacrificia peragere potuissent. Eadem de caussa uetat hic iisdem *Moses*, egredi atrio sancto, scilicet ad planctum fratrum suorum, et funus peragendum. Nam id immunditiem legalem attulisset, prout haud insulse iudicat ARNOLDVS in *libro*, qui inscribitur *Lux in tenebris* p. 165.

§. 116. Nec lex altera, quae *Leuit.* XXI. *19.* proponitur, omnem uestium scissionem *Summo* interdicit *Sacerdoti*, cuius uerba ita se habent: *Sacerdos magnus ex fratribus suis, super cuius est effusum caput oleum unctionis, et impleuit manum suam ad induendum uestes, caput suum non radet, et uestes suas non dissuet. Neque ad ullas animas mortui ueniet; quin ne ob patrem quidem suum, aut matrem suam, polluet se.* Sed uti tota συνάφεια, seu cohaerentia, legis ostendit, solum, in prohibitione de non lacerandis uestibus, ad causam funebrem, ac priuatum *Summi Sacerdotis* luctum habetur respectus, haud excluſis aliis casibus, publicam cladem, uel publicum luctum, blasphaemiam, et id genus alia, innuentibus, quibus, *Pontificem* quoque *maximum* non sua potuisse discindere uestimenta, ex hoc loco nunquam demonstrabitur.

§. 117. Ipsi *Hebraeorum* Magistri, uulgo *Rabbini* dicti, quorum in patriis consuetudinibus, ac cerimoniis dissoluendis, haud minima esse solet auctoritas, meae sententiae album adiiciunt calculum, quando adductas leges, in *Talmudicis* scriptis, ita conciliant, ut, *Sacerdoti*, *maiori* aeque ac *minori*, licuisse lacerare uestes, affirment, eo tamen discrimine, ex ipsorum sententia, habito, ut non usui sacro, sed uulgari, destina-

tas ueſtes, *Sacerdos Summus*, et *minor*, dilacerare potuerint. Vnde illud : המקרע בגדי כהונה לוקה *Qui dilacerauit ueſtes ſacerdotales, uaputabit. (V. Gemar. Babylon.* ad tit. *Joma* C. 7. fol. 72.) Et huius quidem conſuetudinis nulla alia, et commodior, poterit dari ratio, quam quod reuerentia, ac honor, templo DEI ſancto debitus, laedi uideatur, ſi quis, et uel maxime *Sacerdos Summus*, iſtud laceratis uellet ingredi ueſtibus. Nec minus RABBINI *Summo Sacerdoti* ueſtium attribuunt ſciſſionem, quando iſti, antiquitus propagata traditione, expreſſum, inter lacerationem ueſtium *Pontificis*, et aliarum uulgarium, defendunt diſcrimen, ita ut *Sacerdos Summus* ab ima, ſeu interiori, parte uerſus ſummam, alii contra, a ſumma deorſum, dilacerauerint ueſtimenta. Inquiunt enim, in *Miſna Tit. Horaioth Cap. III.* כהן גדול פורס מלמטה וחבריו מלמעלה: *Sacerdos Summus dilacerans eſt a parte ima, Sacerdos gregarius a ſumma.* R. MAIMONIDES idem, cit. l. affirmat, ſcribens : מחיכו קורע מלפניו והקורע מאחריו או מן הצדדין או מלמטה לא יצא ידי חובה קריעה אלא כהן גדול שהוא פורס מלמטה: *Dilacerandae erant ueſtes ab anteriore parte. Qui autem a tergo, aut a latere, aut ab inferiore parte, dilacerabat, is a ritu dilacerationis aberrabat. Quod tamen de Pontifice Summo non eſt intelligendum, cui a parte inferiori dilacerandam erat*, prout paraphraſtice uertit IOH. SELDENVS, in *I. N. et G. L. II. C. XII. p. m. 266.* Et, ſi IOSEPHO, *Antiquitatum Iudaicarum* uernaculo uindici, in diiudicandis *Iudaeorum* ritibus, multum fidei habetur, eiusdem iudicium, quod ſententiam meam roborare uidetur, huc tranſcribere placet. Concepta enim iſtius uerba, Ιουδαικῆς ἀλώσεως λόγω β. κεφ. κς. ita ſe habent : οἱ δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὰς ἐσθῆτας περιερρήξαντο, Et poſtea κεφ. κξ. τὰς δὲ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς, ἣν ἰδεῖν καταμωμένους, μέν τῆς κεφαλῆς κόνιν, γυμνὰς δὲ τὰ στέρνα τῶν ἐσθήτων περιερρηγμένων.

§. 118. Quare, ut ad ſupra nominatum *Cardinalem* BARONIVM, aliosque eiusdem aſſeclas, reuertar, in errore uerſari iſtos maximo, opinor, dum ueſtium ſciſſionem *Summo Sacerdoti*

cerdoti prorſus denegant, atque adeo CAIPHAE factum iniquum, et illegale fuiſſe, pronunciant. Minime enim primus ſummorum omnium Pontificum, ut falſo autumat BARONIVS, extitit CAIPHAS, qui ueſtimenta ſua conſcindit, cum, iam dudum ante iſtum, IONATHAS, *Summus Sacerdos*, ob pulſum in CADES *Galileae* exercitum, (*1. Maccab. XI. 71.*) ſuas dilacerauerit ueſtes. Sicuti uero hic legem diuinam, quae ſolum, propter mortuos, ſciſſionem ueſtium *Summo Sacerdoti* denegabat, transgreſſus non eſt, ita pariter tantum abeſt, ut CAIPHAS, ueſtes ſuas lacerans, legem diuinam, uel conſuetudinem *Summorum Sacerdotum*, laeſerit, ut potius morem *Iudaici* populi ſecutus, ob blaſphemiam, quam ſe, ex ſanctiſſimi Saluatoris IESV ore, percepiſſe, falſo ſibi perſuadebat, rite ſua ſciderit ueſtimenta. *Conſuetudinis Iudaicae eſt*, inquit ad h. l. HIERONYMVS, *cum aliquid blaſphemiae, et quaſi contra DEVM audierint, ſcindere ueſtimenta ſua.*

§. 119. Liquet exinde, rectiſſime ſupra a nobis fuiſſe affirmatum, quod ad omnes, cuiuslibet ſexus, ac ſtatus, in gente *Iudaica*, perſonas, ueſtes lacerandi ritus, ſpectauerit, et, ſumma etiam cum cura, olim ab iisdem obſeruatus fuerit. Et hoc ipſum in cauſſa eſt, cur IEREMIAS alicubi, et quidem *Cap.* XXXVI. *24. ſeqq.* de ritu hoc, tantiſper neglecto, uehementer conqueratur, quando ad conſpectum iniuriae, DEO irrogatae, ex praeſentibus nullum, ueſtimenta ſua lacerantem, conſpiciebat. Quum enim uolumen ſacrum, quo, procul omni dubio, uaticinia IEREMIAE continebantur, per contemptum, coram Rege, combureretur, nullus omnino eorum, qui atrox hoc factum oculis ſuis uſurpabant, ex antiquo, et patrio more, laceratione ueſtium, iſtud deteſtabatur, acerbioremque ſuper iniuria, ipſi Numini ſanctiſſimo illata, dolorem manifeſtabat. *Proiecit*, inquit Propheta, *Iehudius uolumen ſuper ignem, qui ſuper foco, uſque dum conſumtum eſt totum uolumen ſuper igne, qui ſuper foco. Neque exhorruerunt, aut ruperunt ueſtes ſuas, Rex, et omnes ſerui eius, haec omnia uerba audientes.* Et haec quidem de *Perſonis, ueſtes lacerantibus*, monuiſſe ſufficiant.

§. 120.

§. 120. Atque ſic ad *modum*, quo ueſtimenta lacerari ſolebant, pergendum erat. Sed cum de hoc, nec in *Sacris Pandectis*, nec in *Rabbinorum* placitis, certi quid praecipiatur, iſtis nihilominus curatius paulo hic immorabimur, quae circa ueſtium lacerationem, ex ipſis fontibus, ueniunt notanda, quibus, ut pauca de ueſtibus, quas ſciderunt Iudaei, praemittantur, accuratioris methodi ratio requirit.

§. 121. Easdem uero, in gente *Iſraelitica*, non unius ſortis, ſed uarias, fuiſſe, et alias quidem ad induendum, alias ad amiciendum, alias ad inſternendum, de eo *Sacri Codicis*, et *Talmudicorum* Scriptorum, inſpectio plenius nos informat. Simplices, mox poſt lapſum ADAMI, ſolum obtinuiſſe ueſtes, ex ipſo Parentis humani generis exemplo conſtat, cui, et uxori eius, DEVM pelliceas primum tunicas feciſſe; ex *Geneſ.* III. *21.* percipimus. In ipſam uero materiam, et colorem, ueſtium harum, uti pluribus inquiſiuit IO. HENR. VRSINVS *Volum.* I. *Anal. Sacr. L.* VI. *C.* XV. *p. 331. ſeqq.* ita et diu *Adami* ſucceſſores, unice his indutos fuiſſe, ISAACVS CASAVBONVS *in Exercitat.* XVI. *ad Annal. Eccleſ.* BARONII aſſeuerat: *Primos hominum*, ſcribens n. 117. p. 555. *una ueſte contentos diu uixiſſe, poſtea alteram acceſſiſſe, ex eo coepiſſe, eſſe in uſu, ueſtem unam interiorem, Hebraeis* מעיל, *Graecis* ἱμάτιον, *Latinis togam: et interiorem, haec Hebraeis* כתונת, *Graecis quoque* χιτὼν, ex *Hebraeo* LATINIS *tunica.* Interior itaque ueſtis, antiquitate uſus, praefertur exteriori, qua ſola contenta erat frugalis uetuſtas, quaeue *Hebraeis*, כתונת, *Chaldaeis*, כתונא ex כתן, *lino*, quod a כת, *contundere*, GRAECIS χιτὼν, LATINIS *tunica*, GALLIS *Hoqueton*, dicta eſt, definiente B. MEGALANDRO noſtro LVTHERO, in Comment. ad Geneſ. Cap. 37. *camiſia linea ſtricta, arcta, tegens omnia membra corporis uſque ad talos, non fluentibus manicis, ſed ſtrictis, abſque plicis, ut ſacerdotes eſſent expediti ad operas ſacrificiorum, et mutationes, perinde ut noſtri lanii.* Quod ueſtimenti genus cum uirile, tum muliebre, extitiſſe, exemplum IOSEPHI, quem fratres exuerunt tunica, *Geneſ.* XXVII. *23.* et THAMARIS *2. Sam.* XIII. *19.* aliis innumeris omiſſis, adprime euincunt. Nec diu hanc ueſtem interiorem

rem, ſeu tunicam, geſtaſſe *Hebraeos* ſolam, ſed poſtmodum multiplicatam, ita ut altera harum ex lino facta, et cuti admota, altera ex lana, ſuperinducta fuerit, colligi poſſe puto ex *Jonathanis*, omnes ſuas ueſtes exutas *Dauidi*, in amoris genuini ſignum, *1. Sam.* VIII. *4.* tradentis, exemplo, quem, ne nudum ſtetitiſſe, coram oculis *Dauidis*, fateri cogamur, dicendum eſt, ipſum, praeter tunicam, adhuc aliud ueſtis genus, intimae cuti admotum, habuiſſe. Sic pariter praeceptum CHRISTI: *Qui in agro eſt, non reuertatur tollere tunicam ſuam*, *Matth.* XXIV. *18.* innuit, non una tantum tunica fuiſſe indutos, tunc temporis, *Hebraeos*, alias ſequeretur, nudum fuiſſe cultorem agri; ſed tunica, eam ob cauſſam, domi fuit relicta, ut labor citius perageretur. Vid. MENOCHII *Reſp. Hebr. Lib.* VI. *C.* VI. *n. 5. p. 534.*

§. 122. Altera ueſtis, praeter interiorem, ad corpus uel ornandum, uel contra tempeſtates coeli muniendum, ab *Hebraeis* geſtari ſolita, uocabatur מעיל (a מעל *praeuaricatus*, *transgreſſus* eſt, ut hoc ueſtimentum, et id genus alia, ſint luculentum praeuaricationis, in Paradiſo contra Deum commiſſae, ſignum) a GRAECIS *Interpretibus*, in uariis locis, uarie translata, ποδήρης, ὑποδύτης, ἐπενδύτης, διπλοΐς, στολή, ἱμάτιον, a LATINIS *pallium*, *toga*, uerſa fuit. Iudicante SCHINDLERO, in *Lexico Pentagl.* ſub *rad.* קרע, *erat ueſtis ſumma longior*, *ſine manicis*, *ornatior*, *Sacerdotibus quippe*, *Regibus*, *et Prophetis*, *tributa*, et iuxta OCTAV. FERARIVM, de *Re Veſtiar. P. II. L. IV. C. III. p. 133. tale ueſtimenti genus, quod tunicae iniiciebatur*, *totumque corpus*, *circumiectu ſuo*, *inuoluebant*, quo uiri et mulieres, modo tamen diſſimili, utebantur. Huiusmodi uero pallium, prout CASAVBONVS cit. l. exiſtimat, conſtabat quatuor pannis, certo modo, inter ſe iunctis, *Graecis* paſſim τετράγωνον ἱμάτιον, *quadrangula ueſtis*, ſiue *quadrata*, dictum, ut proinde pallium CHRISTI commodiſſime, a militibus, in quatuor partes (*Ioh. XIX. 23.*) diſtribui potuerit, quascunque etiam alii ſecandi afferant rationes. Vnico uero iſtiusmodi pallio, et non pluribus, more *Graecorum*, fuiſſe uſos *Hebraeos*, copioſius oſtendit CASAVBONVS, *Exercit. XVI. n. 34. pag. 554.*

§. 123. Haec autem ueſtimenta duo, מעיל, ſeu *pallium*, et כתונת, ſeu *tunica*, generalibus ſaepe uocibus, *ſacris in literis*, ita efferuntur, ut nunc per בגד, nunc per שמלה, nunc per מד, nunc per מרה, nunc per כלי, promiſcue indigitentur. Omnibus uero his, accuratius examinandis, haud immorabimur, ſed, pro inſtituti tantum ratione, obſeruamus, quod, praeter has duas ueſtes maiores, interiorem ſcilicet et exteriorem, tertiam autem, pluresue, ueteres *Hebraeos* geſtauiſſe, ex *Sacris*, ſolide uix quisquam demonſtrauerit. Quod enim ad מכנסים a GRAECIS *Interpretibus*, περισκελῆ, a ROMANIS, *feminalia*, uerſa, attinet, quae uſque ad genua, et poplites, uenientia, uelabant uerenda, ſuperiore a parte, et, ſub umbilico, uehementer adſtringebantur, haec ad minores, quales fuere plures, et ad ſacerdotales (*Exod. XXVIII. 42. Ezech. XLIV. 18.*) potius referri merebantur ueſtes, quam ad uulgares, ſeu communes. Poſtea, accreſcente hominum luxuria, *Hebraeos*, Gentilium ritus magis, ac patrios, excolentes, plures geſtaſſe tunicas, ex multis *Noui Foederis* locis, haud grauatim, elici poteſt, in quibus CHRISTI diſcipuli, ab uſu tunicarum duarum ſimultaneo, reuocantur.

§. 124. Sed ne a propoſito, quod, pro fide data, perſequi me oportet, longius aberrem, inquirendum nunc erit, quamnam harum ueſtium lacerauerint HEBRAEI, utrum כתונת, ſeu *ueſtem interiorem*, an מעיל, ſeu *exteriorem*, an uero utramque? *Codicis Sacri* loca curatius introſpiciens, deprehendet, HEBRAEOS et *tunicam*, et *pallium*, immo ueſtem utramque, ſaepius diſcidiſſe. De כתונת, ſeu *ueſte interiore*, ſciſſa fit mentio *2. Sam. XIII. 19.* ubi THAMAR, per uim uitiata, dicitur ſumſiſſe cinerem, ſuper caput ſuum, ac כתונת הפסים אשר עליה: *tunicam, fruſtis quaſi uariegatam, quae ſuper ipſa*, diſrupiſſe. Nec obſcure כתונת, ſeu *ueſtis interior*, dilacerata reperitur *2. Sam. XV. 32.* ubi CHVSCHAIVS, *Arkita*, קרוע כתנתו *ſciſſus tunica ſua*, atque terra, ſuper capite, ſparſa, *Dauidi* uenit obuiam. *Sine dubio*, inquit ad h. l. B. MART. GEIERVS in *Opuſcul. Philolog. Cap. XXII. §. 14. caruit*

hic

hic pallio laxiore externo, fugae praeſentis conditione, ſicut capitis etiam, terra conſperſi, carebat tegmine, adeoque tunicam, carni adhaerentem, propius dilacerauit interim, moerorem ſuum expreſſurus. Exteriorem pariter ueſtem, מעיל HEBRAEIS, ἱμάτιον GRAECIS, *pallium*, ſiue *togam*, LATINIS nuncupatam, hoc, illoue, lugubri caſu dato, fuiſſe laceratam, clariſſime patet ex *Iob. I. 20.* ubi *Iobum* ipſum, inopinato caſu, liberis omnibus peremptis, ſcidiſſe את־מעילו, *pallium ſuum*, et totondiſſe caput ſuum, cognoſcimus. Eiusdem ueſtis ſciſſionem aduertere licet, *Iob. II. 12.* ubi quilibet amicorum *Iobi*, ob eius miſerum ſtatum, מעילו, *pallium ſuum*, diſruperunt. Quibus in locis, literaturae *Hebraicae* peritiſſimus, COCCEIVS, una cum aliis, hanc uocem מעיל ad ueſtimentum interius referre uoluit, exiſtimans, מעיל *honoratiorum*, quales erant uiri *Principes*, *Magiſtratus*, *Sacerdotes*, כתונת autem *uulgarium*, fuiſſe tunicam. At enim uero מעיל, *ueſtimentum* fuiſſe *exterius*, rectius cum B. GEIERO *cit. l.* me affirmare poſſe, uel eam ob cauſſam, exiſtimo, quod non LXX. tantum, uocem hanc per ἱμάτιον, ſed AQVILA quoque per ἐφεστρίδα, THEODOTION item per ἐπενδύτην, ubiuis locorum, interpretati ſint. Proinde ſolide iudicat CASAVBONVS *cit. l.* inquiens : *Conſtat e Scriptis Rabbinorum, quod fuit Graecis pallium, toga Romanis, id fuiſſe Hebraeis mehil.*

§. 125. Huic ueſti exteriori, מעיל *Hebraeis* dictae, ſupra laudatus B. GEIERVS *p. 271.* adiungit uoces, שמלות et בגדים, quas, et *ueſtes exteriores* denotare, et ſaepe laceratas fuiſſe, contendit, ſequentia ibidem adnotans : *Referimus huc illud, Gen. XXXVII. 34. de Iacobo, nuntio Ioſephi, miſere interfecti, audito*; et ſcidit שמלותיו, *ueſtimenta ſua*, poſuitque ſaccum in lumbis ſuis, *ubi uocem* שמלות, FORSTERVS, ac PAGNINVS, *accipiunt de ueſtibus proprie externis, quibus operitur, et quarum dextra pars,* לשמאל *in ſiniſtram, forte iniecta. Ita ueſtes easdem ſuperiores uoce* בגדים *indicari, Ioſ.* VII. *6.* et *2. Reg.* VI. *30. ubi de* IOSVA, ac IORAMO, *ſermo eſt, abſurdum for-*

te haud erit, aſſerere. Sed, utut conſummatiſſimi huius Philologi ueſtigia, lubens alias, atque ſponte, premo, uix tamen impetrare a me poſſum, quin modeſte, et tantiſper, *hic locorum*, ab eodem diſſentiam. Id quidem in dubium plane non uoco, notiones שמלה et בגד, ſi in ſingulari ponantur numero, ſaepiſſime de ueſtibus exterioribus accipi, id quod ex uerbis *Eſai.* III. *6.* שמלה לכה *toga tibi*, ex *Geneſ. IX. 23.* ubi SEM, et IAPHETH את—השמלה, *ueſtem* aliquam arripiunt, et ex *Geneſ.* XXXIX. *12.* ubi *Potiphari* uxor IOSEPHVM prehendit בבגדו, *ueſte ipſius*, it. ex *comm. 13. 15. 16.* ut uel ſexcenta alia loca taceam, ubi LXX. *Interpretes* שמלה et בגד, τὸ ἱμάτιον, unanimiter, ſunt interpretati, ſatis pateſcere uidetur. Illud interim inficiari non poſſum, quod, quantum ad poſterius, ſiue בגד attinet, iſtud frequentius, maxime cum in *ſingulari* occurrit, *ueſtem interiorem* denotet, quo inprimis uerba ESRAE, *Cap.* IX. *com. 3.* extantia, ubi τῷ מעיל, notio בגד, expreſſe opponitur, reducenda ſunt. Vtrasque uero notiones, שמלות et בגדים, in *plurali* collocatas, ſolum ad exterius ueſtimentum referendas eſſe, id quidem plane perſuadere mihi nequeo. Duplex enim *Hebraeis* antiquis ueſtimentum fuiſſe exterius, per ſupra diſputata, negauimus, id quod tamen ex uocibus שמלות et בגדים, in plurali numero poſitis, ſi de *exteriore ueſte*, ſeu *pallio*, ſolum eſſent intelligendae, haud dubie ſequeretur; niſi quis per *Heteroſin*, plurale pro ſingulari, in his uocibus, uſurpari, nulla urgente neceſſitate, aſſerere uelit. Quum itaque iam antea declarauerim, non ſolam *tunicam*, non ſolum *pallium*, ſed *utramque* ſaepenumero *ueſtem*, in doloris, haud mediocris, ſignum, ſimul fuiſſe laceratam, quid impedit, quo minus has uoces, שמלות et בגדים, in plurali ſaepe uſitatas, de utriusque ueſtis ſciſſione, generatim, poſitas eſſe, ſuſpicer.

§. 126. Vtrumque uero ueſtimentum, haud raro ab *Hebraeis*, uno actu, et coniunctim, fuiſſe diſruptum, luce meridiana clarius elucet, ex *Eſr.* IX. *3.* ubi et *tunicae*, et *pallii*, coniunctim ab ESRA factam lacerationem, ob *Iſraelitarum*, cum popu-

populis exteris, contracta matrimonia, *Scriptor Sacer* clariſſime combinat, ita ſcribens: ובשמעי את־הדבר הזה קרעתי את־בגדי ומעילי ואמרטה משער ראשי וזקני ואשבה משומם: *Cum ergo audirem uerbum hoc, diſcidi ueſtem meam, et pallium meum, et euulſi de crine capitis mei, et barbae meae, ſedique deſolatus.* Nec incommode, ad aequalem ueſtimenti utriusque ſciſſionem, una uice factam, poterit trahi exemplum *Summi Sacerdotis*, CAIPHAE, qui iuxta *Matth. C.* XXVI. *65.* τὰ ἱμάτια, et *Marc. C.* XIV. *63.* τὰς χιτῶνας, diſrupit, quae duo loca, ſi recte coniicio, optime concordarent, ſi ſupponamus, utramque ueſtium, per indignationis uehementiam, plane ſingularem, ſceleratas intempeſtiui huius zelotae manus fuiſſe expertam. Vnde, cum de utriusque ueſtimenti ſciſſione, ſimul peracta, nullum queat eſſe dubium, non uideo, quare uoces שמלות et בגדים, ſi de iis laceratio quaedam, in *Sacro Codice*, praedicetur, nequeant de utraque ueſte, et *exteriore*, et *interiore*, ſimul ſciſſa, ueriſſime intelligi, maxime cum huic ſententiae loca, *Gen.* XXXVII. *29. 34.* XLIV. *13. Ioſ.* VII. *6. Iud.* XI. *35. Act.* XIV. *14.* et innumera alia, non parum patrocinari uideantur.

§. 127. Atque ſic, poſtquam de *ueſtibus* etiam, quas antiqui *Hebraei* lacerare ſolebant, ſuccincte diſpexiſſem, conſentaneum erit, ut *modum*, quo fuere ſciſſae, paucis nunc inueſtigem. Hunc uero ex *Sacris*, non aeque, ut ex *Rabbinorum* Commentariis, poſſe oſtendi, id quidem pro uirili, ſuſtinere allaborabo. Vtut enim *modus* diſciſſionis ueſtium, circa quem iam nunc occupor, plenarie, uix ullibi, expreſſus extet, a *ſtaute*, tamen, ueſtium lacerationem, ut plurimum, fuiſſe factam, exemplum DAVIDIS, et reliquorum eius miniſtrorum, de quibus *2. Sam. XIII. 31 ſeqq.* ita legitur ויקם המלך ויקרע את־בגדיו וישכב ארצה וכל־עבריו נצבים קרעי בגדים: *Et ſurrexit Rex, et rupit ueſtes ſuas, ac iacuit in terra; omnes autem ſerui eius, ſtantes erant, ſciſſi ueſtibus ſuis*, nos edocet. Atque hoc, ſine dubio, fundamento nixus, omne aliter peractum, fruſtraneum eſſe, iudicat R. MAIMONIDES *Hal. Ebbel. c. 8.* inquiens: ואין קריעה

קריעה אלא מעומד שנ' ויקם המלך ויקרע את בגדיו ואם שכח וקרע מיושב חוזר וקורע מעומד כראיתי התם אמימר שכיב ליה בריח וכו׳: *Non fit autem ruptura, niſi a ſtante, ſiquidem dictum eſt (1. Sam. XIII. 31.) et ſurrexit rex, et ſcidit ueſtimenta ſua, (et ſi quis oblitus, uel moerore occupatus rediiſſet ſedens, denuo rumpere tenetur ſtans, ſicut fecit R. Amemar, cum ei filius obiiſſet*, cap. 3. Moed. Katon.)

§. 128. Porro haud obſcure, ex *Sacris paginis*, poterit colligi, ueſtium ſciſſionem, non facile inſtrumento quodam, *forfice*, uel *cultro*, ſed *manu* potiſſimum, fuiſſe peractam. Luculenter enim id iterum DAVIDIS comprobatur exemplo, de quo *2. Sam. I. 11.* refertur: ויחזק דוד בבגדיו ויקרעם. *Tum apprehendit Dauid ueſtes ſuas, et rupit eas*, et ſtatim additur, idem omnes eius miniſtros feciſſe, ut per ſequentia edocemur, וגם כל האנשים אשר אתו: *itemque omnes uiri cum ipſo.* Sic et ELISAM, *manu*, ſuas laceraſſe ueſtes, ob inopinatum ELIAE, Doctoris ſui, in coelum diſceſſum, dilucide euincunt uerba *2. Reg. II. 12.* extantia. *Et Eliſa uidens, idemque clamans: Pater mi, pater mi, currus Iſraelis et equites eius, poſt non uidit eum amplius,* ויחזק בבגדיו ויקרעם לשנים קרעים: *Et apprehendit ueſtes ſuas, et diſrupit eas, in duo fruſta.* Quibus in locis חזק, in forma *Hiphil*, uſitatum, non uulgarem quandam, manu factam, apprehenſionem, ſed firmiſſimam, et maximo cum niſu coniunctam, denotare, cum ex *1. Sam. XVII. 35.* ubi DAVID leonis, pecudem de grege ſua auferentis, barbam החזיק, tanta ui apprehendit, ut etiam occidere eundem potuerit, ex *2. Reg. IV. 8. Eſai. XLV. 1.* aliisque locis, tum ex LXX. *Interpretum* uoce translata, κρατεῖν, quam proprie uiolentam, ac fortem retentionem ſignificare, in *Harmon. Euangel.* B. GERHARDVS docet, clariſſime cognoſcitur. Hunc uero, *manu* lacerandi ueſtes, modum, qui in *Sacris* fundatus eſt, poſtea fuiſſe immutatum, et inſtrumentum aliud, ſciſſioni quoque ueſtium, adhibitum, uidere

dere eſt apud R. MAIMONIDEM *cap. VIII. Ebbel. §. 2.* dum inquit: ומותר לו לקרוע בכלי ויש לו לקרוע בפנים שלא בפני אדם לפיכך יש לו לחכנים ידו בפנים וקורע בצנעה: *Permiſſum uero eſt, ſcindere etiam inſtrumento aliquo, (ut eſt culter, forfex,) uel etiam ſcindere antrorſum, ut non tamen ſit, in conſpectu hominum. Idcirco poteſt manum ſuam intromittere anterius, ac ſcindere occulte.* Excipit tamen unicum, in parentum luctu, caſum, ubi et *manu propria*, in maioris doloris ſignum, ſcindere lugenti ueſtes licuerit, cum ita *commentatur:* אבל על אביו ועל אמו קורע עד שמגלה את לבו ומבריל שפת חבגד ואינו קורע בכלי אלא בידו מבחוץ. בפני כל חעם וקורע כל חבגדים שעליו וכגד חזיער חרבוק לבשרו אינו מעכב: *At in parentum luctu rumpit amplius, uſque dum pectus nudetur, ſeparat quoque oras ueſtimenti. Non tamen ſcindere licet inſtrumento, uerum manu propria, palam in conſpectu omnis populi; imo lacerat talis omnia ſua ueſtimenta, quae ſupra ſe habet, adeo ut, ueſtem ſudoris, cuti adhaereſcentem, non patiatur ſibi (ſcindenti) obſiſtere.* Huc pariter ſpectat, iudicante B. GEIERO *cit. l.* illud MAIMONIDIS *H. Taan. Cap. V. §. 17.* de uiſitantibus, loca Iudaeae deſolata, atque, ob eadem, lacerantibus ueſtimenta: *Vniuerſas illas rupturas, manu ſua, perficit ſtans, laceratque unum quodque tegumentum, quod ſupra ſe habet, donec nudum eius conſpiciatur pectus, nec in perpetuum, recte reſarcire poteſt rupturas illas, quanquam liceat, quodammodo, conſuere.*

§. 129. Denique, duce *Scriptura S.* dilucide obſeruo, hanc ueſtium lacerationem, *ueram* ac *propriam*, in duas partes, *diſſectionem*, non uiolentam detractionem, proiectionem, diffibulationem, aut diloricationem, fuiſſe. Talem enim perſpicue ELISAE exemplum, qui *2. Reg. II. 12.* קרעם לשנים קרעים, *diſcidit ueſtes ſuas* (expreſſe) *in duas partes*; nec non DAVIDIS, qui *2. Sam. I. 11.* יחזק, *maxima cum uehementia, apprehendit* ueſtimenta ſua, ויקרעם, et *diſrupit ea.* Niſi enim *uera* haec fuiſſet *Dauidis* ueſtium ſciſſio, quid tanta, tamque uiolenta, apprehen-

prehenſione opus fuiſſet. Inprimis autem uerbi קרע, *lacerauit*, in *Sacris*, legitimum, et maxime receptum, urgeo ſignificatum, quod, ſiue de *ueſtium laceratione*, ad quam fere ſemper ibidem ſolet adhiberi; ſiue de alius rei ſciſſione, (ut *Ezech. XIII. 21.*) uſurpetur, ubiuis uiolentam denotat diſciſſionem. Forma huius uerbi paſſiua in *Kal* potiſſimum, *ueram* ſuppeditat lacerationem, id quod ex *Exod. XXVIII. 32.* et *XXXIX. 23.* facile colligitur, ubi de pallio Sacerdotali praecipitur, ut limbus, ſiue fimbria, iſti circa collum adornetur, לא יקרע, *ne rumpatur* (ſiue lacerum fiat,) ut filum unum, poſt aliud, e textura promineat, aut, per uim etiam quamcunque, facile diſſolui poſſit. Idem cognoſcitur, ex *1. Sam. XV. 27.* ubi SAVL, *Samuelis* abiturientis pallii fimbriam, manu ſua, apprehendit fortius, ויקרע *ut laceraretur*, ſeu *lacera fieret.*

§. 130. *Propriam*, ac *uiolentam*, ueſtium hanc fuiſſe laceration em, ex uocibus quoque *Graecis*, διαῤῥήγνυμι, διαῤῥήσσω, χίζω, περιχίζω, tum in *Veteri*, a LXX. *Interpretibus* tum in *Nouo Inſtrumento*, pro קרע ſaepius uſurpatis, poteſt probari, quandoquidem iſtae nunquam de alia, niſi de *uera*, et *genuina*, ſciſſione, adhibitae reperiuntur. Ita uox διαῤῥήγνυμι, *Luc. V. 6.* de *reti*, ob piſcium multitudinem ingentem, et cap. VIII. 29. de *uinculis diſruptis*; χίζω uero, *Matth. XXVII. 51.* de *uelo templi*, in duas partes, diſrupto, a ſummo uſque ad imum, *com. 52.* eiusdem *cap.* de *petris* diſciſſis, reperiuntur. Prout igitur, in locis adductis, *uera* ſemper decet intelligi *diſſectio*: ita easdem uoces, de ueſte ſciſſa uſurpatas, eandem ſemper denotare, nemo, ut opinor, in dubium uocabit.

§. 131. Inſuper, et forſan haud incongrue, *uera* ueſtium laceratio, poterit demonſtrari, ex *ruptura* ſatis *longa*, uel partibus laceris, ad tempus aliquod, pendulis in terram relictis, et in omnium oculos facile incurrentibus. Sic enim *2. Reg. VI. 30.* dicitur, quod, per ſciſſas Regis ueſtes, totus populus ſaccum, cuti ipſius intimiori adhaerentem, eminus, (erat enim Rex in muro,) obſeruauerit, id quod uix fieri potuiſſet, niſi, *ruptura* ueſtium eius *longa*, ac notabilis, fuiſſet. Sic *Geneſ. XLIV. 13.*

fratres

fratres quoque IOSEPHI, poſt ſcyphum, in ipſorum ſarcinis inuentum, ſciſſis ueſtibus, ad *Ioſephum* ſunt reuerſi. Sic nuncius arcae captae infauſtus, (*1. Sam.* IV· *12.*) ſciſſa ueſte, ac puluere, ſuper capite ſparſo, citatis paſſibus, uenit ad Eli. Sic et legati HISKIAE ad RAPSAKEN, (*2. Reg.* XVIII· *37.*) cum nihil impetraſſent, diſciſſis ueſtibus, rediere ad Regem, atque, aequali modo, plurium aliorum ueſtes diſruptae, manifeſto, deprehendi potuerunt.

§. 132. Miror igitur, qui uenerit, ut CAIETANVS in *Commentario ad Marc. XIV.* διέρρηξε, non, *diſrupit, dilacerauit*, ſed, *diffibulauit, fibulas ſoluit, ueſtem aperuit*, interpretari uoluerit. In ſententiam iſtius, ſat frigidam, et inconcinnatam licet, nihilominus tamen conceſſit, IO· HIERON· SOPRANES, *Genuenſis, e Societate* JESV, cum DIGRESS· *1. de re ueſtiaria Iud. Diſp. 1. cap. 1. §. 12. pag. 330.* קריעת הבגדים, pariter, non de uera ueſtium ſciſſione, ſed de uiolante proiectione, diffibulatione, aut diloricatione, accipiendam eſſe, prolixe demonſtrare anniſus eſt, quando, hoc ſuper negotio, uerba ita informat: *Quomodo ergo Hebraeis, et gentilibus, cum ueſtes illorum non ex aranearum telis eſſent, ſed ex denſa, et bene compacta, materia contextae, tam facile ſubitis in caſibus, ſcindebant. Et augent multa difficultatem. Primo, quod, non certo tantum anni tempore, moris id eſſet, et aeſtate, uel autumno, cum leuiſſimi textus aeſtes induuntur; ſed in media hyeme, cum ueſtes aſſumuntur denſae, uilloſae, bene pexae.* Praeter rationes ſupra adductas, ad hanc difficultatem, cum *Socio* ipſius, CORNELIO A LAPIDE, *Commentar.* in IV· *Euangel.* p. 506. reſpondeo, potuiſſe, et leuis texturae ueſtes, et bene pexas, haud difficulter, lacerari, *quia Iudaeorum ueſtes, ſub mento, erant apertae, ut facile poſſent, per caput, humeris iniici, itaque indui, et exui: cum ergo eas ſcindere, i. e. diſrumpere uellent, ſub mento, utramque fiſſurae oram, manibus, arripiebant, ac, magna ui, reliquum ueſtis lacerabant uſque ad cingulum, in ſignum doloris, et indignitatis.* Ad *ueram* interim ueſtium lacerationem infringendam, porro cit. l. SOPRANES urget: Secundo, non factum id, a uiris robuſtis duntaxat, ſed" ab omni ſexu, et aetate. Senes enim, uiribus confecti, foemi-"

„nae, pueri, puellaeque, more illo, ueſtes etiam in calamita-
„te, ſcindebant. Tertio, nec id lente, et otioſe, ſed impetu
„ſubito. Ne quis enim exiſtimet, audita clade aliqua, luctu-
„que ſuorum, cultros popoſciſſe, ueſtes depoſuiſſe, ac in fru-
„ſta ſecaſſe, ſignate refertur, ad ſubitum cladis nuntium, ad
„improuiſum aſpectum, uel obiectum rei deteſtandae, ueſtes
„illico diſcidiſſe. Quid ergo dicendum? An erant omnes tex-
„tura tenui, ut a pueris, puellis, ſenibus, iniectis manibus, in
„diuerſa deductae, diſcerperentur? et quomodo frigus arce-
„bant; quomodo contra temporis iniurias, durabant, quomo-
„do, tenuioris fortunae homines, illis reparandis ſufficiebant.
„Nam ſi ex lana, ex lino, et ſerico erant, profecto talis haec
„materia ſunt, ut, nonniſi, in tenuiſſima fila deducta, et textu
„ſubtiliſſimo confecta, non poſſint facile diſcindi. Nam quod
„non nemini uenit in mentem, ſcidiſſe ueſtes antiquos, im-
„miſſo cultro, uel enſe, nec dignum eſt, quod referatur. An
„enim ſemper, et in omni occaſione, pueri, puellae, ſenes,
„foeminae, paratos cultros habebant? An Caiphas, cum ue-
„ſtimenta ſcidit, audito Chriſto domino, cultrum prius expe-
„diuit, et ab adſtante ſatellite popoſcit. Denique modus
„ipſe loquendi, quo perpetuo Graeci, Latini, Hebraei Au-
„ctores utuntur, in hoc more referendo, perſpicue ſignificat,
„non enſe, non cultro, non ferro, ſed manibus, in ueſtes uio-
„lenter iniectis, illos diſcidiſſe. Multa dici poſſunt, probabi-
„liſſimum tamen mihi eſt, ſciſſuram hanc, non ſemper, de diſ-
„ſectione ueſtis in partes, accipiendam, ſed de illius uiolenta
„detractione, proiectione, diffibulatione, uiolenta inquam ui,
„et impetu, facta. Certe in communi ſermone, qui thoracem,
„orbiculatis anſulis adſtrictam, cum impetu diſtringit, ligulis,
„clauisque, diſcluſis dicitur, -- ſqarcier la ueſte, o'lgiabbone.
„Quod uerbum, ad amuſſim reſpondet latino, diſcindere. Ra-
„tioque ad id adſtipulatur; quia uere dicitur ſcindi, et diſcindi,
„quod prius iunctum, cum uiolentia, et impetu, disiungitur.
„Cum ergo ueſtis, uel nodulis, uel anſulis, uel ſutura iuncta,
„uiolenter abiungitur, etiam diſcindi dicitur. etc. In quibus,
quam multa, abſque ſolido aſſerantur fundamento, per prae-
cedentes §§. iam tum, ut arbitror, maximam partem cuictum

erit.

erit. Nihil enim prohibet, quo minus a pueris, foeminis, ſenibus, *propria* ueſtium, in partes duas, potuerit fieri laceratio, quantacunque etiam acceſſerit celeritas, cum iſtis infirmis, ſiue culter, ſiue aliud inſtrumentum, in ſubito ſcindendis ueſtibus, potuerit eſſe uſui, dolore, ſi ſit uerus, nullam ſaepius legem recipiente. Accedit, inualidis iſtiusmodi, ab alio magis robuſto, ut hic communis a nemine negligeretur ritus, potuiſſe facile ſuccurri. Neque etiam ueſtes *Hebraeorum* antiquorum, ex plurimorum *Philologorum* ſententia, ita fuerunt confectae, ut ligulis, uel anſulis, partes earum fuerint coniunctae, ſed potius, ſiue ex lana, ſiue ex lino, ſiue ex ſerico, et alia quacunque materia, conſtiterint, prorſus ita elaboratae, ut nullibi, niſi ſub mento, apertae uideri potuerint. Et quod caput rei eſt, nullatenus, hic ritus lacerandi ueſtes, ex uocibus, uel *Latinis*, uel *Hiſpanicis*, ſed ex ſolo proprio uerborum קרע, et διαῤῥήσσειν ſignificatu, eruendus eſt. Hunc uero non aliam, quam *ueram*, et *propriam* rei diſruptionem ſemper, et ubiuis locorum, inferre, per ſuperius diſputata, abundanter eſt oſtenſum.

§. 133. MENOCHIVS ſane, eidem alias, cum SOPRANE, ordini adſcriptus, *cit. l.* p. 542. ſententiam huius, minus fundatam, deſerens, quadantenus iſtam perſtringere ſatagit, quando, cum ABVLENSI quaerit: quomodo IOSVA et CALEB, murmure populi, metu percuſſi, audito, ſua diſciderit ueſtimenta? (Videtur enim, illis parcendum fuiſſe, nec laceranduм, quandoquidem ſupra uires naturae, miraculo, ſeruabantur, ne rumperentur, ut habemus ex *Deut. Cap. VIII. 4.*) atque his ſtatim ſequentia ſubiungit: SOPRANVS, *in ſua Digreſſione de Re Veſtiaria* C. 2. §. 12. *facile ſe ab hac difficultate expediret. In eam enim ſententiam inclinat, ut exiſtimet, ſciſſionem ueſtium, ſi non ſemper, ſaltem frequenter, et ut plurimum, nihil aliud fuiſſe, quam uiolentam quandam, et ſubitam, earum diloricationem, non autem ueram lacerationem. Verum uidetur hoc uim inferre, legitimae, et receptae, huius uocabuli ſignificationi, et communi ſententiae aduerſari; omnes enim lacerationem propriam admittunt, non autem diloricationem.* Ad dubium uero ipſum, quod, de ueſtium

IOSVAE, et CALEBI, ſciſſione, ſolet moueri, ſoluendum, ex ABVLENSIS *Commentar. in Cap. XIV. Numer. Quaeſt. 33.* haud inſulſe addit, potuiſſe *Joſuam*, et *Calebum*, ueſtes diuini miraculi beneficio, uetuſtate haud contritas, ſcindere; cum honeſtiſſimam, eas lacerandi, habuerint cauſſam, uidelicet zelum diuini honoris, et dolorem iniuriae, DEO illatae a contumaci populo, qui, ad diuina iuſſa capeſſenda, refractarius, maluit ad cepas *Ægyptias*, et ollas carnium, reuerti, quam, difficultatibus ſuperatis, in promiſſam terram ingredi.

§. 134. Atque haec quidem fere ſunt, quae de *modo*, ueſtes ipſas lacerandi, ex *Sacris Pandectis*, certo colligi, ac deriuari, potuerunt, quibus ſuperaddi nonnulla merentur, quae, circa *modum* ſpecialiorem, quo, ſubſequenti tempore, Iudaei, in ſcindendis ueſtibus ſunt uſi, et *Talmudicorum* placita, et *Rabbinorum* Commentarii, inprimis autem R. MOSES MAIMONIDES, *in* הלכות אבל *cap. VIII. et IX.* ac יורה דנק *fol. 103.* copioſius manifeſtant. Praeter ea enim, quae de ueſtium laceratione, *ſtando manibus*, et *proprie*, facta, ex ipſis *ſacratioribus fontibus*, delibaui, MAIMONIDES, *cit. l. Cap. VIII.* contribulium ſuffragio ſtipatus, non *locum* tantum *a quo*, ſed *locum* etiam *ad quem*, quo ruptura iſtiusmodi, in ueſtibus, ſuſcepta ſit, determinat, inquiens: ומהיכן קורע מלפניו והקורע מאחריו אי מן הצדדין או מלמטה לא יצא ידי חובת קריעה אלא כהן גדול שחוא פורם מלמטה: כמה שיעור הקרע טפח ואין צריך להבריל שפת הבגד: *Vnde uero lacerare incipit?* ab anteriori parte, nam *qui a poſteriori, uel latere, uel infra inchoat, non immunis eſt a reatu lacerationis male adminiſtratae, niſi excepto ſolo Summo Sacerdote, qui lacerat inferius,* (de quo ſupra §. VII.) *Quaenam eſt menſura rupturae? palmus*, (ſeu quatuor digitorum menſura) *nec opus eſt, ſeiungere oram ueſtimenti.* Quae uero ſolum in obitu quorumlibet obſeruari, *cit. l.* fatetur, longiorem, manu propria, in patris, matrisue morte, eandemque, in omnibus ueſtibus, fieri ſciſſuram, aſſerit, ita pergens: ואינו

ואינו חייב לקרוע אלא בגר העליון בלבד כל שבעת
ימי אבלות הקרע לפנים ואם בא להחליף מחלף ואינו
קורע קרע אחר שכל קרע שאינו בשאת חומים אינו
קרע במח דברים אמורים בשאר המתים חוץ מאביו
ואמו אבל על אביו ועל אמו קורע עד שמגלת את
לבו ומבריל שפת חבגר ואינו קורע בכלי אלא ביחו
מבחוץ בפני כל העם וקורע כל הבגדים שעליו ובגד
הזיעה הרבוק לבשרו אינו מעכב: *Neque tamen tenetur scin-*
dere, niſi ueſtem ſolummodo ſuperiorem, (unde ab antiquis He-
braeis in eo ſeiunguntur.) *Omnibus VII. diebus ſciſſum, in con-*
ſpectu; et ſi omnino accedat, ut mutanda ſit ueſtis, mutat; neque
tamen ſcindit ſciſſionem nouam, cum ſciſſio, quam facit, in hora
feriatoris, non habeatur, ſciſſio. Dicitur autem hoc, de mortuis o-
mnibus, excepto patre, atque matre, ob patrem, atque matrem
lugens lacerat, donec pectus ſuum nudauerit, et ſeparauerit oras
ueſtimenti. Non tamen ſcindere licet inſtrumento, uerum manu
propria, palam in conſpectu omnis populi: imo lacerat ueſtimen-
ta ſua omnia, quae ſupra ſe habet, adeo, ut ueſtem ſudoris, adhae-
rentem cuti, non patiatur, ſibi ſcindenti, obſiſtere: ואם החליף
בגר אחר חייב לקרוע כל שבעה וכן על אביו ועל
אמו וחלץ כתיפו ומוציא זרועו מן החלוק עד שיתגלה
כתיפו וזרועו והולך כך לפני המטה: *Et ſi mutauerit ue-*
ſtem, cum ueſte alia, tenetur tamen, toto ſeptiduo, ſciſſionem ite-
rare. Sic itaque propter patrem, et matrem ſuam, exerit (lu-
gens) *humerum ſuum, educitque brachium ſuum per induſium,*
uel per fiſſuram, adeo, ut etiam ſcapularum, brachiique, nuditas
conſpiciatur, atque ſic ante feretrum (in ſolenni proceſſione) *in-*
cedit. Subiungit idem MAIMONIDES *loc. c. Cap. 9. §. 1.*
quamdiu, ueſtibus ſciſſis, lugentes fuerint indutae, ubi pariter
diſcrimen, in parentum, et aliorum obitu, fuiſſe obſeruatum,
oſtendit, ſcribens: כל הקרעים שקורע אדם על שאר
קרוביו שולל הקורע לאחר שבעה ומאחה לאחר שלשים
על אביו ועל אמו שלל לאחר שלשים ואינו מאחה
לעולם

לעולם והאשה קורעת ושולית מיד אפילו על אביה ועל אמה מפני הצניעות: *Omnem rupturam, quam fecit quis ob cognatos ſuos, conſuit craſſe, poſt ſeptiduum, recte autem reſarcit, poſt diem demum trigeſimum. Eam uero, quae facta eſt ob parentes, craſſe tantum conſuit, poſt trigeſimum, nec unquam recte reſarcit, in perpetuum. Mulier ſciſſuram faciens, e ueſtigio craſſe conſuit, etiam ob parentes, idque ob uerecundiam.* Plura, quia ad *modum lacerandi ueſtes* ſpectant, ex aliis *Rabbinicis* Commentariis colligere, ſuperuacaneum eſſe, puto, cum reliqui MAIMONIDEM, ferme in omnibus, ſequuntur. Optime tamen haec, in compendium redacta, et ex *Rabbinis* collecta Vir aeterna memoria digniſſimus, et Ebraiſmi Ariſtarchus IOH. BVXTORFFIVS, in *Synag. Iud. C. 49. p. 697. ſeq.* et *Lex Talmud. Rabbin.* ſub uoce קרע, nec non B. MART. GEIERVS *cit. l.* reliquerunt.

§. 135. Sed, cum *modus ueſtium lacerationis*, nude, et in ſe ſpectatus, cupidos harum rerum nondum exſatiet, haud extra oleas uagabor, ſi iam ad *rationes*, cur eo, quem iam enarrauimus, modo, laceratio ueſtium ſit peracta, paulo curioſius attendam. Vtut uero uarii uarias, ac diuerſas, in Commentariis ſuis, allegent, in eo tamen omnes conueniunt, quod, maximo cum dolore, eoque ſubito, omnis omnino laceratio fuerit ſuſcepta. Sicuti enim idem, uariis externis ſignis, ut ueſtium mutatione, pectoris contuſſione, comarum tonſione, cineris conſperſione, rimarum, in facie, multitudine, aliisque pluribus, (de quibus B. GEIERVS *cit. l.* conſuli poteſt,) indicabatur; ita pariter ipſa *ueſtium ſciſſio*, ad primum doloris impetum, atque ſenſum, fieri ſolebat, et eam quidem potiſſimum ob cauſſam, ut, externo hoc ſigno, ſuos commoneacerent *Ebraei*, in quantum animus diſcrimen, dum ſciſſus quaſi integer ſit, ac dilaceratus inciderit. Tribus interim maxime de cauſſis, hunc ritum externum, *Hebraeis*, fuiſſe uſitatum, ſi affirmabo, nihil, quod a uero aberret, aſſeuerabitur.

§. 136. PRIMARIA cauſſa, ob quam, *ueſtium laceratio*, apud *Hebraeos*, fuit recepta, ex omnium confeſſione, *luctus* fuit,

it, ob mortem patris, aut matris, liberorum, aut propinquorum, Regis, aut Principis, Sapientis, aut Doctoris publici, et, generatim omnium, obortus. Ob parentum obitum, *ueſtes* ſtatim, a liberis relictis, eſſe diſruptas, non aeque ex *Sacris*, ac ex *Rabbinicis ſcriptoribus*, combrobari poteſt. Ita enim, hoc ſuper negotio exprimit MAIMONIDES : ועל אביו ועל אמו אפילו לאחר שבעה קורע כל שלשים יום : *Ob patrem tamen et matrem ſcindunt etiam poſt ſeptiduum, quamdiu trigeſimus non effluxerat.* Parentes uero, in liberorum praematura morte, *ueſtium ſciſſionem* non intermiſiſſe, patet ex *Geneſ. XXXVII. 34.* ubi IACOBVS, ob *Ioſephi*, filii ſui, interitum probabilem, *ueſtes* ſuas diſcidiſſe, perhibetur. Idem DAVIDEM (*2. Sam. XIII. 31.*) cum miniſtris ſuis, ob miſerrimum liberorum ſuorum, per *Abſalomi* truculentiam, nunciatum lapſum, nec non IOBVM *Cap. I. 20.* ob repentinum liberorum chariſſimorum obitum, obſeruaſſe, ſatis conſtat. Nec deſunt, in *ſacris paginis*, exempla, ubi propinqui, ob cognatorum mortem, ueſtimenta ſua diſruperunt. Spectat huc exemplum RVBENI, qui, fratrem ſuum IOSEPHVM, in fouea non inuentum, interiiſſe perſuaſus, illico ueſtes ſuas diſcidit. Subſequenti quoque tempore morem hunc, apud *Hebraeos* ſeruatum fuiſſe, confirmat MAIMONIDES *Cap. 8. §. 4.* et *C. 9. §. 1. Ebbel*, dum ait : קורעין לקטן מפני עגמת נפש וקורע אדם על חמיו ועל חמותו מפני כבוד אשתו וכן האשה קורעת על חמיה ועל חמותה מפני כבד בעלה : *Scindunt etiam ob paruulos, ex anxietate animi, et ſcindit etiam uir, ob ſocerum et ſocrum, et quidem, in honorem uxoris;* ita rurſus *ſcindit mulier, ob eosdem, in honorem mariti. Veſtium ſciſſio*, ob Regis, Principis, ac Ducis bellici, obitum, *2. Sam. I. 2.* exemplis militum quorundam, ex exercitu SAVLIS, *2. Sam. I. 11.* DAVIDIS, et totius populi, ob Regis *Saulis*, et chariſſimi *Ionathanis*, mortem, *2. Sam.* III. *31.* eiusdem, ob ABNERI obitum, *Ierem.* XLI. *5.* uirorum ex *Sichem*, ob GEDALIAE interitum, *Iudith.* XIV. *14.* BAGOAE, et reliquorum centurionum, ob *Holofernis* inopinatum interitum, facillime comprobatur, quod

quod iisdem fere exemplis, MAIMONIDES *Cap. IX.* §. *6.* illuſtrat, et ſpeciatim §. 15. ubi ſeqq. habet : נשיא שמת חכל קורעים עליו וחולצין שתי הידים מכאן ומכאן וכל בתי מרשות בטלים ובני בית הכנסת נכנסין בשכת לבית הכנסת וקוראין שבעת ולא יטיולו בשוק אלא יושבין משפחות משפחות רוים בל היום : *Mortuo Principe, omnes quidem ob eum lacerant; ſed exerunt ſolum utramque manum, unam hinc, et alteram illinc, omnesque ſcholae otiantur: filii uero ſynagogae ad eandem ſe recipiunt, in ſabbato, ac lugent ſeptiduo, neque deambulant per plateas, uerum conſident, ſecundum familias, ſilentes toto die.* Nec dubium eſt, quin, ob ſapientis, aut Doctoris publici, funus, ueſtes laceratae fuerint, cum et ELISAEVS, *2. Reg. II. 12.* ob, Praeceptoris ſui *Eliae*, ſubitum, in coelum, diſceſſum, id obſeruarit, et, in MAIMONIDE, clariſſima conſuetudinis huius extent teſtimonia, inprimis *Cap. 9. Ebhel. §. 2.* כדרך שקורע אדם על אביו ועל אמו כך חייב לקרוע על רבו שלמדו תורה ועל הנשיא ועל אב בות דין. *Eo modo, quo quis lacerat ob parentes, tenetur etiam lacerare, ob Rabbinum ſuum, qui legem ipſam docuit; itemque ob Naſi, Principem, et Asbethin, patrem Synedrii.* Et iterum §. XI. אבל חכם שמת חכל קרוביו וחכל קורעין עליו עד שמגלין את לבם וחולצין מימין ובית מרשו של אותו חכם כטל כל שבעה וכבר נהגו תלמידי חכמים בכל מקום לקרוע זה על זה טפח אע"פ שהן שוין ואין אחד מהם מלמד את חברו : *Si mortuus fuerit ſapiens, uniuerſi non modo cognati eius, ſed et coeteri, qui eius gratia lacerant, faciunt illud, donec nudetur pectus, exeruntque dextrum latus: eiusdemque ſchola quieſcit toto ſeptiduo. Et iamiam conſueuerunt, Sapientum diſcipuli, ubiuis locorum, lacerare, unus ob alterum,* (condiſcipulum) *palmi longitudine, quamquam inuicem fuerint aequales, nec ullus alterum docuerit.* Tandem haud abludit a uero, unumquemque, in cuiuslibet morte, ſi eidem adfuerit, ex patrio more, laceraſſe ueſtem. Sicut id ex *2. Sam. I. 11. IV. 31.* haud obſcure, colligi poteſt; ita ſpectant etiam huc, quae

quae ſimiliter MAIMONIDES *cit. l.* nos edocet, inquiens: כל מי שעמד עם חמת בשעת יציאת נשמתו אע"פ שאינו קורבו חייב לקרוע וכן אדם כשר שמת וכל חייבין לקרוע עליו אע"פ שאינו חכם וקורעין טפח כשאר האבלים: *Quisquis adſtat morienti eo ipſo, dum exhalat animam, quanquam propinquus eius non ſit, tenetur tamen lacerare. Si uero moriatur cognatus, cuncti lacerare tenentur, ob eundem, utut non fuerit ſapiens; lacerant autem longitudine palmi, ſicut lugentes reliqui.* Ceterum, quae de inſigni quodam, et fidem propemodum omnem excedente, luctu, quo in 36000. *ueſtes* dilaceraſſe, et feretrum anteceſſiſſe, dicuntur, ea cum CL. OTTONE in *Lex. Rabb. Etymol. p. 343.* et hic, allegaſſe ſufficiat.

§. 137. ALTERA cauſſa, cur ueteres *Hebraei* ſuas lacerarunt ueſtes, a *blaſphemiis* in DEVM, uel ab aliis etiam iniuriis, in res diuinas effuſis, communiter deriuatur. Simul ac enim quis, impie, et contumelioſe, aduerſus DEVM, uel loqui, uel facere, alium deprehendebat, ſtatim, ob tanti criminis atrocitatem, ueſtimenta, ſua, ex antiquo et patrio more, lacerare inſtituebat. Deprehendimus igitur, quod *Numer. XIV. 6.* JOSVA et CALEB. *2. Reg. XVIII 37.* ELIAKIM, et alii miniſtri Regis *Hiskiae*, *2. Reg. XIX. 1.* ipſe HISKIAS, effutiente magnas in DEVM *blaſphemias* SANCHERIBO, ſua diſruperint ueſtimenta. In theatrum hic inprimis prodeat, neceſſum eſt, *Sumamus Sacerdos*, CAIPHAS, ueſtes ſuas ideo dilacerans, ut, quantum *blaſphemia*, quam JESVS, ex eius opinione, protuliſſe iudicabatur, ſuum offenderit animum, publice teſtaretur. Ipſi quoque *Apoſtoli*, PAVLVS, et BARNABAS, morem *Iudaeorum* ſaepius ſecuti, tunicas ſuas, cum uiderent, gentilium turbas honorem, DEO debitum, ſibi deferre, *Actor. XIV. 14.* eandem ob rationem, ſcidiſſe commemorantur. *Blaſphemiis* uero, immediate, aduerſus DEVM ſanctiſſimum, eructatis, aliae etiam iniquitates, uel aduerſus legem, uel templum iſtius, commiſſae, ſubiungebantur, ſiquidem et propter has, uel a ſe ipſo, uel ab aliis, perpetratas, cum zelo, et ſine mora, ueſtes

diſrumpi debebant. Patet hoc ex *Cap. IX. 3.* ESDRAE, ubi idem, ob commixtionem *Iudaeorum* cum gentilibus, ex *1. Macc. II. 14.* ubi MATHATIAS, ob legis uiolationem, ut et *1. Maccab.* II. 47. ubi omnis populus, ob deuaſtationem ſancti DEI templi, ſua dilaceraſſe ueſtimenta dicuntur. Et, ſane tam altas, in *Iſraelitica* gente, ritus hic egerat radices, ut intermiſſio iſtius, quum *uolumen Sacrum* impie combureretur, maximam conquerendi materiam JEREMIAE, ut ex *Cap.* XXXVI. c. 24. percipimus, ſuppeditauerit. Neque etiam *Talmudiſtarum*, et *Rabbinorum* Commentarii, hac in parte, nos deſtituunt; ſed teſtimonia, in iisdem, proſtant non pauca, quibus ritum hunc, cum multis acceſſoriis, quando quis, in *blaſphemias* forte in DEVM, os ſuum nefande reſoluerat, propagatum fuiſſe, adſtruitur. Speciatim eius fit mentio SANHEDRIN, *Cap.* VII. *Halac.* 5. ex SVRENHVSII *Legum Miſchnic.* P. IV. p. 242. ſequenti modo: המגדף אינו חייב עד שיפרש השם א"ת יחשע בן קרחה בכל יום רנין את הערים בכינוי וכה יוסי את יוסי נגמר הדין לא היו הודגים בכינוי אלא מציאים כל אדם לחוץ ושואלין ומשייהין את הגדול שבהן ואומרים לו אמור מה ששמעת בפירוש והוא אומר והדיינין עומדין על רגליהם וקורעין ולא מאחין והשני והשלשי אומר אף אני כמוהו: *Blaſphemus non tenetur, niſi expreſſit nomen. R. Joſua, filius Carchae: Toto die teſtes examinantur, adhibito nomine tecto, e. g. percutiat Joſe Joſeu. Conſummato iudicio, morte non afficiunt, ob ſolum tectum nomen, ſed, exactis omnibus, interrogant uetuſtiſſimum teſtium dicendo: Ediſſere, quodcunque audiuiſti expreſſe. Tum ille hoc refert: Judices autem ſtant erecti, ueſtesque diſcerpunt, non reſarciendas. Dein ſecundus, tertiusque, ait: Ego idem, quod ille, audiui.* Quare uero in pedes exſurgere debuerint iudices, ſcindere ueſtimenta, et non reſuere, id copioſe excutit GEMARA BABYLONICA ad *h. l.* et COCCEIVS, ad *Sanhedrin c. 7.* qui ſimul adiicit, uulgarem *Hebraeorum* regulam: אחר השומע ואחר שומע מפי חייב לקרוע: *Qui blaſphemiam audit*

audit, uel ab ipſo Auctore, uel ex alio, tenetur ueſtes diſcerpere. Idem confirmat R. MAIMONIDES Cap. 9. *Ebbel.* §. 2. et 3. כדרך שקורע אדם על אביו ועל אמו כך חייב לקרוע על רבי שלמדו תורה ועל הנשיא ועל אב בית דין ועל רוב הצבור שנהרג ועל ברכת השם ועל ספר תורה שנשרף ועל ערי יהודה ועל ירושלם ועל המקדש: כל אלו הקרעים קורע ער שמגלה את לבו ואונו מאחרין לעולם ואף על פי שאין מתאחין מותר, לשוללן למללן וללקטן ולעשותם כמין סולמות ולא אסרו אלא באיחוי אל כסגרדי בלבר: *Eo modo, quo quis lacerat ob parentes, tenetur etiam lacerare, ob Rabbinum ſuum, qui legem ipſam docuit; itemque ob Naſi, Principem, et ob Aſbethdin, patrem Synedrii, itemque ob populi ſtragem inſigniorem, ob blaſphemiam Numinis, ob librum legis combuſtum, ut et ob ciuitates Judae, et propter Jeruſalem, et propter ſanctuarium. Cunctas eas rupturas faciunt, donec nudetur lugentis pectus, nec easdem recte reſarciunt in aeternum. Quanquam uero nunquam recte eas licet reſarcire, permiſſum tamen eſt, craſſe conſuere, complicare, et colligere, aut componere, ad modum ſcalarum, ſolummodo namque prohibita eſt futura Alexandrina,* quae fit decuſſatim, forma ſtaminis, et ſubtegminis.

§. 138. TERTIA denique cauſſa, cur *Hebraeis* ueſtium fuit uſitata ſciſſio, ex uaria clade, atque calamitate, uel publica, uel priuata, optime poteſt deriuari. Ad calamitatem publicam refero populi Iudaici armis, ferroque, factam, trucidationem, urbium deuaſtationem, et id genus alia. Idcirco JOSVA *Cap.* VII. 6. uidens, populum *Iſraeliticum*, in manus *Emoraeorum*, traditum, puluere ſuper capite ſparſo, prae maximo dolore, ſuas diſrupit ueſtes. Viri *Sichemitae*, aliique, eandem ob cauſſam, uictis, pulſatisue, a gente *Philiſtaea*, (*1. Sam.* IV. 12.) *Iſraelitis*, nec non arca foederis ſpoliata, raſis barbis, lacerisque ueſtibus, *Schiluntem* uenille, et ob oppugnationem urbis *Gaza*, omnes, in ea, laceraſſe ueſtes, memorantur. In calamitate uero priuata, quae modo cunque fuerit, eundem quoque ritum inualuiſſe, eo minus dubitari poterit, quo magis id ipſum

ex *Sacris* probari poteſt *exemplis*, nempe fratrum JOSEPHI, ob ſeruitutem, quam metuebant, perpetuam. *Gen.* XLIV. 13. JEPHTAE, ob filiam, breui, ui uoti, immolandam, *Jud.* XI. 35. ATHALIAE, ob alius Regis electionem. *2. Reg.* II. 14. MARDOCHAI, ob interitum ſibi imminentem, *Eſth.* IV. 11. amicorum *Jobi*, ob miſerum eiusdem ſtatum, *Cap.* II. 12. et innumerorum aliorum, qui omnes ſuas ueſtes, ex antiquo more, lacerarunt, in doloris, quo, interne, animus excruciabatur, monumentum longe certiſſimum.

§. 139. Nunc tandem *Quaeſtio Juris* ſe mihi obiicit, qua indagandum eſt, fueritne hic, *lacerandi ueſtes*, ritus legitimus, nec ne? In affirmatiuam inclinans ſententiam, exiſtimo, ritum hunc in ſe, et ſua natura, ſpectatum, omnino legitimum fuiſſe. Id quidem plane mihi non ſumſero, ut aſſeram, quaſi *diuinitus* iſte ordinatus fuerit; cum iſtiusmodi alias quoque, ſat multi, quorum et in *Sacris*, et in *Ebraeorum* Commentariis, fit mentio, reperiuntur, qui a DEO non quidem praecepti, interim tamen approbati ſunt. Initia quippe huius *lacerandi ueſtes* moris prima, a Patriarcha JACOBO, dilecto DEI uiro, eſſe deducenda, facile cognoſcitur ex *Geneſ.* XXXVII. 34. ubi ipſe, JOSEPHVM a fera diſcerptum exiſtimans, primus omnium ueſtimenta ſua diſcidiſſe, legitur. In quo poſtea JOSVA, CALEB, DAVID, HISKIAS, et alii, ſanctiſſimi DEI uiri, ipſum ſecuti ſunt. Niſi itaque hic, teſtandi luctum internum ritus, tacita *Numinis* diuini conſenſione, peractus fuiſſet, ſine dubio, ab eodem et JACOBVS, et reliqui ſanctiores *Iſraelitae*, abſtinuiſſent. Sicuti uero, humanis in rebus, laeta ſemper cum triſtibus ſolent eſſe permixta: Ita non ſolum uerbis, ſed et aliis externis ſignis, ad quae ueſtes inprimis referendae ſunt, cum aliis non paucis gentibus, *Hebraei* laetitiam, ac triſtitiam, interne conceptam, potiſſimum exprimebant. Accedit, minime *Prophetam* IEREMIAM, de hoc intermiſſo ritu, unquam conqueri uoluiſſe, niſi aequum tantum, et bonum, ſed etiam dignum, qui in conſpectu DEI celebraretur, eundem iudicaſſet. Inprimis uero huius ritus innocentia elucet ex *Cohel.* III. 7. ubi, poſtquam Regum ſapientiſſimus SALOMO, rerum omnium, ſiue naturali-

ralium, siue artificialium, perpetuam uicissitudinem, ac mutationem, quibus suum cuique tempus, ac hora sua, a DEO sit ordinata, speciatim ostendit, insimul asseuerat, quod, et huic *lacerandi uestes* ritui, certum suum, a *Numine* sanctissimo, tempus fuerit constitutum, atque ita fatur : עת לקרוע ועת לתפור: *Tempus est scindendi, ac tempus consuendi.* Quae uerba לקרוע *scindendi*, et לתפור *consuendi*, cum non certo obiecto uideantur esse applicata, a uariis *Commentatoribus*, maxime *Pontificiis*, in uarios, multumque diuersos, sensus abripiuntur. THAVMATVRGVS haec refert ad scissionem corporis, quasi dicat *Salomo* : Est tempus, quo corpus gladio conscindas, et uulneres in bello; et rursum est tempus, quo illud conscissum redintegres, et quasi consuas. Alii, hoc *tempus scindendi* de scissione regni *Israel*, per quam X. tribus, a REHABEAMO desciscentes, IEROBOAMVM Regem constituebant; et rursus tempus consuendi de omnis *Israelitae*, conuersi ad CHRISTVM, in unam Ecclesiam conspiratione, et regno, nunquam diffuendo, interpretantur. Non desunt etiam, qui allegorice, et tropologice, *tempus scindendi* de corpore Christi, in passione scisso, uel de cordibus, per poenitentiam, et resecationem uitiorum, scindendis, *tempus* contra *consuendi* de corpore CHRISTI, in resurrectione consuto, et de cordibus, per nouam uitae, uirtutumque, texturam consuendis, explicant, ut reliquas, quae in medium, super *Ecclesiastis* uerbis, afferri solent meditationes, nunc taceam. Quam turpiter uero hi omnes, a genuino SALOMONIS scopo, atque uero isto subiecto, quod sibi praefixum habet, aberrent, ipsa תפר et קרע, uocabula, facillime demonstrant. Verbum enim קרע, quod h. l. occurrit, non ad aliam, in *Sacro Codice*, fere adhiberi scissionem, quam ad eam, quae uel in *luctu*, uel audita *blasphemia*, uel alia etiam quacunque calamitate publica, ac priuata, ingruente peragebatur, id quidem supra, a me, satis iam euictum esse, existimo. Alterum autem uerbum, scilicet תפר, uti alias generatim, cuiusuis rei coniunctionem, et antea sciunctorum combinationem, significat, (ut *Gen. III. 7.*) ubi, de plexura foliorum, *Iob. XVI. 15.* ubi de Sacci coarctatione, uel constrictione, ad cutim, *Ezech. XXIV. 18.* ubi, de puluillorum con-

ſarcinatione, adhibetur; ita, hic locorum, ſimiliter, de ueſtis laceratae reparatione, ui praecedentis uerbi, קרע, uſurpatum eſſe, autumo. Senſus itaque horum uerborum, עת לקרוע ועת לתפור: ex hypotheſi mea, huc rediret: Tempus a DEO eſt definitum, quo ueſtes, pro more gentis *Iudaicae*, ſcindi, ob uaria fata triſtia, funeſtosque caſus, poſſunt; et dein aliud tempus, quo ob laetiferos ſucceſſus, et praeterita damna, eaedem iſtae reſarciri queunt. Prona haec eſt interpretatio, et ad probandum id, quod probari debebat, ſcilicet, quod ritus hic, gratus DEO, acceptusque, fuerit, ſatis idonea.

§. 140. Equidem non negamus, quod, ſi quis obiter tantum, et quaſi per tranſennam, ad iſta IOELIS uerba, quae in *Cap. II. com. 3.* ponit, attendat, eo, haud grauatim, abripi poſſit, ut exiſtimet, externam ritus huius cerimoniam, penitus a Propheta ibidem interdictam fuiſſe, quando ita ſuos alloquitur: *Dicit Dominus: Conuertimini ad me, ex toto corde ueſtro, et in ieiunio, et in fletu, ac planctu,* וקרעו לבבכם ואל־בגדיכם, *ita ut ſcindatis corda ueſtra, et non ueſtes ueſtras; ſic conuertimini ad Iehouam Deum ueſtrum.* Sed, cum, ex omnium Interpretum conſenſione, συνάφεια uerborum, manifeſto, doceat, quod *Enallage* Aduerbii negatiui, pro particula comparatiua, ad inſtar *Gen. XLV. 8. Exod. XVI. 8. Pſ. XXXIV. 11. Prou. VIII. 10. XVII. 12.* et hic locorum concipienda ſit, merito praeter GLASSIVM, in *Grammat. S. Lib. III. Tract. V. cap. 22. p. 729.* ad FRIEDLIBIVM, in *Theolog. Exeget. p. 813.* B. L. ablegamus, quando textus uerba ita exponit: h. e. *potius corda, quam ueſtes, non tantum ueſtes, ſed etiam corda. Particula negatiua pro comparatiua ponitur.* Tantum itaque abeſt, ut ritus huius externi uſum, reſipiſcentiae teſtandae ſatis aptum, *Propheta* ſuis interdicat, ut potius eundem quam maxime iplis commendet, addita tamen cautione, ne ad oſtentationem uanam, et ſpeciem externam, ſed cum interno cordis affectu, ac ſincera animi intentione, idem perageretur. Quum enim bene multi, tum quidem temporis, ad ueſtium ſciſſionem, tanquam meram quandam cerimoniam, attenderent, de uera autem, et interna, cordis contritione parum eſſent ſolliciti, hinc diuino mandato inſtru-

inſtructus *Propheta* non ueſtes, h. e. potius corda, quam ueſtes ſcindi oportere, inculcat.

§. 141. Quemadmodum in praecedenti Capite, hunc *lacerandi ueſtes*, ritum, *Hebraeis* maxime proprium, et ulitatum, ex *Sacris Literis*, et *Hebraeorum Ritualibus*, deriuaui: ita eundem ex uano imitandi ſtudio, ſenſim ſenſimque, aliis quoque gentibus fuiſſe receptum, tot probatae fidei teſtantur *Scriptores*, quot, uel obiter recenſere, temporis, et inſtituti ratio, uix permittit. Non equidem eſt negandum, multos, ac uarios, ritus ab aliis gentibus, ut *Ægyptiis*, *Phoenicibus*, et *Graecis*, inuentos, *Hebraeos* etiam, maxime poſt collapſum regnum Iſraeliticum, imitandos ſibi ſuſcepiſſe; complures tamen, *Ægyptios*, *Perſas*, *Phoenices*, *Indos*, aliosue, a gente *Hebraea* repetiiſſe, ex V. libris *Moſis*, ad oculum, poſſet facile demonſtrari, niſi acutiſſimi Philologi, SAM. BOCHARTVS, PETR. DAN. HVETIVS, in *Demonſtrat. Euang. Propoſ. IV. C. XI. p. 261. ſqq.* ut alios mittam, iamdudum in hoc argumentum, digne, et ex merito, inquiſiuiſſent. Hiſce uero inprimis rebus, (inſtituti, quod iam urgeo, bene memor,) ritum *ueſtes lacerandi*, annumero, utpote quem et *Ægyptios*, et *Perſas*, et *Graecos*, *et Romanos*, ab *Hebraeis* repetiiſſe, uel eam ob cauſſam, tuto aſſeri poſſe, arbitror, quoniam aperto conſtat, quod IACOBVS, *Geneſ. XXXVII. 34.* longe ante captiuitatem *Babylonicam*, ſub cuius temporibus, rituum *Hebraicorum*, cum aliis gentibus, commixtionem factam fuiſſe, adſtruitur, primus omnium ueſtes ſuas diſciderit. Recte itaque BOCHARTVS *cit. l.* iudicat, ſcribens: *Repetendus et ab Ebraeis mos ueſtium, in luctu, ſcindendarum, et pulueris capiti inſpergendi.*

§. 142. Ab ÆGYPTIIS merito exordior, eo quod reliquas gentes, uetuſtate, illi antecellunt, atque maximi *Hebraeorum* rituum aemulatores extiterunt. Iſtos enim *ueſtes lacerandi* ritum, ab *Hebraeis* peritum, maxime in Regum funere, tenuiſſe, teſtatur DIODORVS SICVLVS *Lib. I. Biblioth. Hiſtor. P. III. C. III. p. m. 65.* inquiens: Ὁπότε γὰρ ἐκλείποι τὶς τὸν βίον τῶν βασιλέων, πάντες οἱ κατὰ τὴν αἴγυπτον κοινὸν αἰηξῶντο

τὸ πένθος, καὶ τὰς μὲν ἐσθῆτας κατερρήττοντο, τὰ δ' ἱερὰ συνέκλειον, καὶ τὰς θυσίας ἔπεισχον, καὶ τὰς ἑορτὰς οὐκ ἦγον, ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα, καὶ δύο. h. e. *Nam poſt Regum cuiuspiam e uita exceſſum, omnes per Ægyptum, luctu communi ſuſcepto, lacerare ueſtes, ſacras aedes claudere, ſacrificia inhibere, nec feſta celebrare per LXXII. dies ſolebant.* Vide ibidem plura, et conf. HELIODORVM *L. VI. Æthiop. Hiſtor.*

§. 143. ÆGYPTIOS ſequuntur PERSAE, quos pariter, hoc, uel illo lugubri caſu dato, ritu, *ueſtes lacerandi*, fuiſſe uſos, multa *Scriptorum Hiſtoricorum* oſtendunt teſtimonia. Denuo inprimis ad DIODORVM SICVLVM prouocamus, quando *Lib. XVII. Biblioth. Hiſtor.* refert, multas, poſt Darium uictum, mulieres, τὰς ἐσθῆτας περιῤῥηττόσας, μετ' ὀδυμῶν, ἐκ τῶν σκηνῶν, *ueſtibus diſruptis, cum lamentationibus, ex tabernaculis* exceſſiſſe. Suo etiam haec calculo confirmat Q. CVRTIVS RVFVS in *Hiſt. Alexandri M. Lib. III. Cap. XI. n. 25. p. m. 96.* ſcribens: *Ingens circa eam, nobilium foeminarum turba, conſtiterat, laceratisque crinibus, abſciſſaque ueſte, priſtini decoris immemores, reginas, dominasque, ueris quondam, tunc alienis nominibus, inuocantes.* Idem *Lib. X. Cap. V. n. 19.* de matre DARII, audita ALEXANDRI morte, memoriae prodidit, inquiens: *Ad Darii quoque matrem celeriter perlata eſt, abſciſſa ergo ueſte, qua induta erat, lugubrem ſumſit; laceratisque crinibus, humi corpus abiecit.* Ad quem locum RADERVS, in notis, ſubiungit: *More gentis, ut infra ſparſim. Secutus idem* ALEXANDER MAGNVS *in Hephaeſtionis funere.* (Conf. AELIAN. *hiſt. uar. 7. 8.*) *Nam cum dolorem, nullo modo, ferre poſſet, extemplo equos omnes, et mulos, iuſſit tonderi, et urbium circumiacentium propugnacula deiici, euertique, ut Plutarchus docet* C. 124. *Omitto Hebraeorum, aliorumque populorum, ritus.* Simile moeroris, planctusque interni, documentum, uiros quoscunque, *Perſas* inter edidiſſe, teſtis eſt HERODOTVS, *Halicarnaſſenſis, in Thalia, Lib. III. p. 213. Edit. Steph.* ſequentia adnotans: Πέρσαι δὲ ὡς τὸν βασιλέα εἶδον, ἀναλάυσαντα, πάντες τάτε ἐσθῆτα ἐχόμενα εἶχον, τάυτα κατείρεικόν τε, καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο; h. e. *Perſae, ut Regem* (Cambyſen)

ſen) *lamentantem conſpexere, uniuerſi tum ueſtimenta reſciderunt, tum effuſo ploratu ſunt uſi.* Et *Lib. VIII.* in *Vrania*: ἡ μὲν δὴ πρώτη ἐς Σῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη, ὡς ἔχοι Ἀθήνας Ξέρξης, ἔτερψε, ὥστω δή τι Περσέων τὰς ὑπολειφθέντας, ὡς τὰς τε ὁδὰς μυρσίνησι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα, καὶ αὐτοὶ ἔσαν ἐν θυσίῃσι τε καὶ εὐπαθίῃσι. Quod pariter de uiris *Perſicis* teſtatur CVRTIVS *Lib. IV. C. X. n. 25. p. 208.* quando de Spadone, DARIO, nuntium mortis uxoris ſuae, afferente, haec pronuntiat: *E ſpadonibus, qui circa reginam erant, Tyriotes, inter trepidationem lugentium elapſus, per eam portam, quae, quia ab hoſte auerſa erat, leuius cuſtodiebatur, ad* DARII *caſtra peruenit: exceptusque a uigilibus, in tabernaculum regis perducitur; gemens, et ueſte lacerata.* Et *Lib. V. C. XII. n. 12. p. 330.* idem de Spadonibus, DARII, fortunam dolentibus aduerſam, aſſeuerat, ſcribens: *Poſt hanc uocem* (Regis) *Spado*, gemitu, *non modo tabernaculum, ſed etiam caſtra compleuit. Inrupere deinde alii, laceratisque ueſtibus, lugubri, et barbaro ululatu, regem deplorare coeperunt.* Conf. de *Perſis* BARN. BRISSONII *Lib. II. de Regno Perſarum p. 256.*

§. 144. In GRAECIAM poſtea hunc quoque *ueſtes lacerandi* ritum, penetraſſe, id quidem uaria, et clariſſima, Hiſtoricorum *Graecorum* monumenta adprime euincunt. PLVTARCHVS ſane *in M. Antonio pag. 951. Edit. Francof.* de CLEOPATRA refert, quod, ob ANTONIVM, ſemetipſum interfecturum, ſuas iſta ueſtes diſciderit. Concepta iſtius uerba ita ſe habent: δεξαμένη δὲ αὐτὸν ὅτως καὶ κατακλίνασα, περιερρήξατο τὰς πέπλους ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὰ ξεφὰ τυπτομένη, καὶ σπαράττουσα ταῖς χερσὶ, καὶ τῷ προσώπῳ τὸ αἷμα τῶν, ἀναματτομένη, δεσπότην ἐκάλει, καὶ ἄνδρα, καὶ αὐτοκράτορα; καὶ μικρῶ δεῖν ἐπιλέλης τῶν αὐτῆς κακῶν, h. e. *Vt eum hoc modo accepit, et depoſuit in lectum, pepla, eum lamentans, dilaceranit, pectusque ſuum percutiens, et lanians manibus, cruoremque facile abſtergens, dominum, uirum, imperatorem, appellauit, ac ſuorum pene malorum eſt, illius miſeratione, oblita.* Plura, eademque notatu digniſſima, hoc ſuper ritu, *Graecis* recepto, proſtant teſtimonia, apud MVSAEVM, *Poetam antiquiſſimum* δαιδαλέοιο ῥήξασα; HERODIANVM

Lib. I. Histor. τοιαῦτα τινὰ εἴπασι, καὶ ῥηξαμένη ἐσθῆτα: XENOPHONTEM παιδείας *Lib. III.* ὁ παῖς αὐτοῦ, ὡς ἤκουσε ταῦτα περιεσπάσατο τὴν τιάραν, καὶ τὰς πέπλους κατερρήξατο, αἱ δὲ γυναῖκες *etc.* h. e. *Puer istius, quum audiuit haec, distruxit tiaras, et peplos discidit, mulieres uero etc.* et *Lib. I.* ὡς οὖν ταῦτα ἤκουσεν ἡ γυνὴ περικατερρήξατό γε τὸν ἄνωθεν πέπλον, καὶ ἀναδίρατο, h. e. *quum igitur hoc audiuisset mulier, disrupit certe superius peplum, etc.* Atque ad hunc, qui in *Graecis* quoque altas egerat radices, ritum, sine dubio respexit CEBES *Thebanus*, quando in *Dialogo I.* qui πίναξ inscribitur, seu *aurea tabula*, luctum pingit nudum, eo quod consueuit iste, uestitum dilaniare.

§. 145. A GRAECIS denique ad ROMANOS, hunc *lacerandi uestes* ritum deriuatum esse, adeo, ut et hi lugubri, et tristiori, quondam fato, correpti, religiose istum obseruauerint, id sane non tantum Oratores, sed et *Poetae Latini* excellentissimi, in istis, quae posteritati consecrarunt, monumentis, suffragio suo, luculenter demonstrant. Caesares, inprimis *Romanos* in subita doloris caussa, suas lacerasse *uestes*, C. SVETONIVS, *in uitis* Caesarum XII. una cum aliis, *Romanae* Historiae Scriptoribus, asseuerat. De IVLIO CAESARE, distincte, idem laudatus SVETONIVS, *in uita eius Cap. 33.* refert, quod, traiecto *Rubicone* flumine, *pro concione fidem militum fleus, ac ueste, a pectore, discissa*, inuocauerit. De AVGVSTO narrat DIO CASSIVS, *ipsum uestes, audita clade* VARI, *et legionum, disrupisse;* atque de eodem, ex multorum Criticorum sententia, SVETONIVS *in uita* AVGVSTI, *Cap. LII.* cum perpetuam Dictaturam a populo sibi delatam recusaret, idem probat, scribens: *Dictaturam magnam ui offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore, deprecatus est.* At NERO CLAVDIVS CAESAR, defectione *Hispanorum* audita, uestes suas lacerauit, quando SVETONIVS, in *uita eius*, ita scribit: *Postquam deinde, etiam* GALBAM, *et Hispanias, desciuisse, coguouit, collapsus, animoque male fracto, diu, et sine uoce, et prope intermortuus, iacuit. Vtque resipuit, ueste discissa, capite conuerberato, actum de se pronunciauit.* Similiter MAXIMINVM

MINVM *Imperatorem*, percepta *Africae* defectione, *ueſtem ſcidiſſe*, in parietes irruiſſe, et gladium prae indignatione arripuiſſe, ex AVRELII VICTORIS *Epit.* et EVTROPIO, pluribus edocemur.

§. 146. Praeter Imperatores, alios quoque, cuiuscunque ſtatus, et uitae conditionis, *Romanos*, ſiue in *luctu* conſtitutos, ſiue *ira* etiam correptos, ritui huic indulſiſſe, DIO CASSIVS, *Lib. XLVIII.* manifeſto docet, quando iſtos Pompeium, et Triumuiros, tandem conueniſſe, enarrat, et tunc ſequentia ſtatim ſubiungit : *Vtriusque exercitus milites, audita pace ducum, inter ſe etiam ſalutaſſe, ſtatimque multas utrinque ueſtes dilaceraſſe, more lugentium, quod quisque audiuiſſet cognatorum, uel propinquorum, qui ex utraque parte interierunt.* C. CORNELIVS TACITVS eiusdem meminit ritus, quem *Mneſterus*, Pantomimus quidam, ut ad miſericordiam *Caeſarem* CLAVDIVM commoueret, tenuit, dum *Lib. XI. Annal. C. 36. p. m. 263.* inquit : *Solus Mneſter cunctationem attulit dilaniata ueſte, clamitans: aſpiceret uerberum notas, reminiſceretur uocis, qua ſe obnoxium, iuſſis Meſſalinae, dediſſet.* T. LIVIVS, mulieres *Sabinas* pariter, ad miſericordiam ciendam, eodem fuiſſe uſas ritu, declarat *Decad. I. Hiſtor. Lib. I. c. 13. pag. m. 16.* ibidem haec adnotans : *Tum Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus paſſis, ſciſſaque ueſte, uicto malis muliebri pauore, auſae, ſe inter tela uolantia inferre, ex transuerſo impetu facto, dirimere infeſtas acies, dirimere iras.* Sic SILIVS ITALICVS *Lib. XIII. Scipionem*, audita ſuorum morte, ritum iſtam celebraſſe affirmat, canens :

Huc triſtis lacrymas, et funera acerba ſuorum,
Fama tulit; duris quanquam non cedere ſuetus,
Pulſato lacerat uidentes pectore amictus.

Sic STATIVS *Epicedo* in *Glauciam Melioris:*

Tu modo fuſus humi, lucem auerſaris iniquam:
Nunc torpus pariter ueſtes, et pectora rumpis.

Idem in *Priſcillam*:

-- -- -- tunc flere, et ſcinderè ueſtes,
Et famulas laſſare greges, et uincere planctus.

Et *Theb. III. n. 125.*

-- -- -- ſanguineo diſciſſus amictu
Luctus.

Vbi, cum idolum, luctui hominum praeſidens, et lacera ueſte indutum, fixerint *Romani*, ad hunc in luctu, *lacerandi* ueſtes uſitatum ritum reſpici, recte iudicat CASP. BARTHIVS in *Animadu.* ad h. l. Spectant quoque huc CLAVDIANI, *Poetae* iſta, quae in Rufinum habet;

-- -- -- -- Liuorque ſecundis
Anxius, et ſciſſo moerens uelamine luctus.

Sic in claſſis incendio, *Romanos* laceraſſe ueſtes, VIRGILIVS docet *Lib. V. Æneid.* ſcribens:

Tum pius Æneas humeris abſcindere ueſtem,
Auxilioque uocare Deos, et tendere palmas.

Apud TERENTIVM *Act. IV. Eunuch. Sc. III. c. 3.* ob ſtupratam uirginem, *Eunuchus* ueſtem conſcidiſſe memoratur, his uerbis:

Py. *Quin etiam inſuper ſcelus, poſtquam ludificatus eſt uirginem,*
Veſtem omnem miſere diſcidit: tum ipſam capillo conſcidit.

PLAVTVS *Trucul. Act. I. Sc. I. u. 32.* huius ritus mentionem ſimiliter iniicit, clamans:

Aut aurum periit, aut conſciſſa pallula eſt.

Conſonant his ueteris *Poetae* ACCII iſta:

Diſcincta ueſtis, diſcinctus animus, ne nega.

Alia

Alia innumera *Auctorum Classicorum Romanorum*, hoc de ritu, testimonia, studiose iam nunc praetermittens, hoc tantum ex SENECA *Lib. I. de ira C. 16.* adhuc urgeo, quod et hic, *lacerandi uestes*, ritus, in *Romanorum* foris, postea fuerit receptus, ita quidem, ut lictor damnatorum semper uestes (maleficis enim ipsis permissum hoc non erat,) ante supplicium scindere debuerit. Verba istius sunt: *Quid opus est, inquit Hieronymus, cum uelis caedere aliquem, prius labia tua mordere? Quid si ille uidisset, desilientem do Tribunali Proconsulem, fasces lictori auferentem, et sua uestimenta scindentem; quia tardius aliena scindebantur.* Conf. LIVIVM. *Lib. VIII.* et VALER. MAX. *Lib. II. Cap. II.* De omnibus uero hisce, quas *Romani*, uel in luctu, uel in ira, lacerarunt, *uestibus*, adhuc est notandum, quod easdem, scissione facta, nec uiri, nec foeminae, illico deposuerint, sed saepius aliquandiu, durante luctu, *Hebraeorum* more, gestauerint. Probat id P. VIRGILIVS *Lib. XII. Æneid. Priami, Hectorem* deflentis, exemplo, dum ita canit:

Demittunt mentes: it scissa ueste Latinus,
Coniugis attonitus fatis, urbisque ruina.

In scissa uero ueste, mulieres quoque, quae mortuos lugebant, saepius diu, fuisse, ex JUVENALIS *Satyra X. n. 258. sqq.* colligitur. Verba eius sunt:

Incolumi Troïa Priamus ueniſſet ad umbras,
Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacrymas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet, sciſſaque Poliena palla;
Si foret extinctus, diuerso tempore, quo iam
Coeperat audaces Paris aedificare carinas.

§. 147. Apud alios postea populos, *Germanos, Gallos, Britannos*, et reliquos, eundem, *discindendi uestimenta*, maxime in luctu, obtinuisse morem, uix quisquam demonstrabit, eo quod, nec

nec ulla uola, nec ullum ueſtigium, eius ritus in Scriptoribus probatae fidei extet. Facile quippe fieri potuit, ut, poſtquam iam nominati populi, ſingulari diuini *Numinis* beneficio, ex horrendis gentilitatis tenebris emerſiſſent, ac CHRISTO nomen ſuum dediſſent, *Iudaici* coetus conſuetudines, ac ritus, cum plane nouis, et magis decentibus, ex Chriſtiana libertate, commutarent, atque adeo hunc pariter *lacerandi ueſtes* ritum, ipſis haud probatum, plane deſererent.

§. 148. Tantum autem abeſt, ut hodierni *Judaei*, diutina uſurpatione firmatam, et patriam hanc, *lacerandi ueſtes*, conſuetudinem, abruperint, ut potiùs eandem, ſumma cum pertinacia, ac praecipue in luctu parentum defunctorum, retinuerint, et adhuc dum retineant, id quod inprimis ex ipſorummet modernorum JVDAEORVM *Ritualibus*, JO. BVXTORFII *Synagog. Judaica*, et JO. LEVSDENII *Philol. Hebraeo-mixto*, *Cap. 48. n. 19. p. 458.* dilucide pateſcit. Plura non addo, ſed perſolutis *Numini* Sanctiſſimo, pro praeſtita coeleſti, et ope, et auxilio, gratiis, meae huic, ſuper קריעת הבגדים, ſiue LACERATIONE VESTIVM, inſtitutae commentationi colophonem impono, ſpe fretus certiſſima, fore, ut B. L. ſtricturas has Philologicas, benigna manu, ſuſcipiat, et errata, ſi forſan, oculis noſtris, quaedam adhuc ſe ſubduxerint, ipſemet haud grauatim, corrigat.

§. 149. ἀπ' ἄρτι, von nun an. Superuacaneum cenſemus, quod HEINSIVS N. T. pro ἀπ' ἄρτι, ſubſtituit ἄπαρτι, fürwahr, gewis, ita, ut SERVATORIS ſententia ſit, certe, ἀμὴν, profecto: Ich ſage für gewis, ihr werdet ſehen des Menſchen Sohn, qua opinione decepti non ſunt pauci, exiſtimantes ſermonem hic eſſe de Aduentu CHRISTI ad extremum Iudicium, cum tamen τὸ ἀπάρτι reſtringendum ſit ad tempus reſurrectionis et aſcenſionis CHRISTI in coelum. Significat igitur ἀπ' ἄρτι et ἄπαρτι, מעתה, ab illo tempore, von nun an, ἀπὸ τῦ νῦν, ut ipſe SPIRITVS S. *Luc.* XXII. 69. explicuit, et eodem ſenſu uſurpauit *Apoc.* XIV. Beati mortui ἀπ' ἄρτι, von nun an, uti LVTHERVS bene tranſtulit.

§. 150.

§. 150. Quia CHRISTVS filium se DEI nominabat, putabat Caiaphas cum Iudaeis, blasphemationis conuinci posse, et reum esse mortis. Qui enim in DEI unitatem, sanctitatem, ueritatem et summam potestatem blasphemiam euomuerant, mortis supplicio digni iudicabantur. Vid. SELDENI I.N. et G. L. II. C. XII.

§. 151. Ad u. 71. ἤρξατο ἀναθεματίζειν. καταναθεματίζειν plus est, quam ἀναθεματίζειν. Significatio enim per κατὰ augetur, ita ut Petrus horrendum in modum se deuouerit, et ἄναθεμα horribile commiserit. Existimant non pauci, ἀνάθημα et ἀνάθεμα a uerbo ἀνατιθέναι idem esse, ac apud profanos scriptores significare donarium, quod diis consecratum de templorum parietibus et columnis suspendebatur. Sed enim uero aliquando, immo plerumque, differunt, id quod docent inter alios, BVDAEVS, BEZA et BVCANVS. Ἀνάθημα res sacris usibus destinata, et ἄνάθεμα homines grauissimo exitio deuotos significat, quin in antiquitate ἀναθέματα κατ' ἐξοχὴν dicebantur. Sicut enim donaria in templo e columnis et parietibus suspendebantur, in testimonium publicum, ita facinorosa nefandorum nomina in perpetuum dedecus, ignominiam et detestationem publicam, locis publicis, quibus supplicio afficiebantur, affigi consueuerunt. Vid. JAC. LYDIVS l. c. et ANTON. BYN. ad h. l. Vox illa ἄναθεμα usurpatur *Rom. IX. 3. 1. Cor. XVI. 22. Gal. I. 8.* et κατανάθεμα *Apoc. XX. 3.*

§. 152. ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. HAMMONDVS in *Notis Anglicis ad N. T.* τὸ ἐπιβάλλειν de oculorum in CHRISTVM coniectione interpretatur, ut sensus sit: CVM CHRISTVS Petrum aspexisset *Luc. XXII. 61.* Petrum uicissim intuendo in CHRISTVM dolore et lacrymis praereptum esse, ἐπιβαλὼν τὰς ὀφθαλμὰς, *coniecit oculos in Christum, et fleuit.* Alii uolunt uertere, procedens fleuit, ἐπιβαλὼν τὰς πόδας, *pedes coniecit* i. e. pedes coniiciens, procedens, fleuit, unde JAC. LYDIVS l. c. p. 110. Procedens nempe Petrus magis, magisque, ut foras se proriperet, in fletum erupit. Ceteroquin citatus auctor et tempus Aoristum

ſtum exprimit, et τὸ ἐπιβαλὼν explicandum cenſet: *re penitus apud ſe expenſa, ubi rem altius ſecum reputaſſet, ubi mentem intendiſſet, animo in rem incubuiſſet.* Sed enim uero licet hae ſententiae, ſalua fidei analogia, tolerari poſſint, communi tamen ſententiae accedimus, qua ſtatuitur, ita uertendum eſſe: *Circumuoluens ſe ſcil. pallio, ſeu extremitatibus ueſtium*, pro more illius temporis: ἐπιβαλὼν τυτέστιν ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν h. e. ἐπιβαλὼν *idem eſt, quod operiens caput, iuxta* THEOPHYL. in hunc locum, idem, quod ἐγκαλυψάμενος, iuxta CASAVBONVM, et quod ἐπιβαλὼν τὴν ἐσθῆτα ἔκλαιε, warf ſein Kleid auf ſich, und weinete, iuxta BYNAEVM ad h. l. Veteres enim ſummum in moerorem coniecti uultum contegebant, ut Dauid lugens interitum filii ſui Abſal. *2. Sam. XIX. 4.* et futurus exul montem oliuarum cum ſociis ſuis aſcendens *2. Sam. XV. 30.* Vid. *Jer. XIV. 3. Ezech. XII. 56.* Gazophylacium, in quod nolebant deponere pecunias a Iuda reſtitutas, erat conclaue, ubi colligebantur theſauri templi, quod ita uocabatur. Solebant enim ueteres in hoc conclaue pecunias coniicere, ſacris publicis deputatas, nimirum in iugia ſacrificia, et ſuperaddita ſacrificia Sabbathica, et omnia ſacrificia publica eccleſiaſtica, nec non in libamina et ſal, in ligna, in panes facierum, in manipulum pentecoſtalem, in duos panes pentecoſtales, in hircum emiſſarium, in uaccam rufam, in renouationem templi et reliqua erogandas. MAIMON. *de Siclis Cap.* IV. §. *1.* Ea, quae ad Cap. XV. et XVI. potuiſſent adiici, uide apud Lucam et Johannem.

ANTI-

ANTIQVITATES BIBLICAE
EX
EVANGELIO
LVCAE
SELECTAE
A
SAMVELE FRID· BVCHERO
ANTIQVIT· PROF· PVBL
ET LYCEI VITEMB· RECTORE

Digitized by Google

§. 1.

Promiſimus Euangelio Lucae locum *Matth. XXVII. 9.* uexatiſſimum, praefaminis loco, praemittendum. Quia enim uerba, quae citauit Euangeliſta, non apud Ieremiam, ſed Zachariam *Cap. XI.* leguntur, Exegetae mirum in modum ſeſe detorquent. Verba textus ita fluunt u. 9. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος; Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ισραήλ. *Tunc impletum eſt, quod dictum per Jeremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, pretium aeſtimati, quem aeſtimatum emerunt a filiis Iſrael.* SYRVS uocem Ieremiae penitus omiſit, cum uertit: חדין אתמלי מרם דאתאמר ביד נביא דאמר *Tunc impletum eſt, quod dictum fuerat per Prophetam, qui dicit;* Quem ſequitur PERSA. Locus ille multo difficillimus, procul dubio, horum interpretum animos in diuerſum traxit, ut, nomen Ieremiae interponere, haeſitauerint. Sed enim ARABS, AETHIOPS, VVLGATVS, LVTHERVS, alii uocem hanc retinuerunt, nec male, cum in correctiſſimis antiquiſſimisque codicibus legatur, nec ipſius Θεοπνευστία uenire poſſit in dubium. Opiniones autem interpretum, qui uarias in ſententias eunt, ea, qua fieri potuerit, breuitate ſumus examinando perſpecturi. D. WALTHERVS diuerſas eruditorum ſententias *in Harmonia Biblica, p. 414. ſqq.* ex GERHARDI *Harmonia Paſſionis p. 360. ſqq.* in tres claſſes redegit. 1.) Nonnulli exiſtimant, uerba aliquando in textu S. Ieremiae extitiſſe, ſed Iudaeos, ex odio erga Chriſtianos, ſacrum codicem, eraſo hoc uaticinio, deprauaſſe, quam opinionem recenſet ex priſcis EVSEBIVS, *Libr. X. Demonſtr. Euangel. Cap. V.* At enim uero deprauatio SCRIPTVRAE, ex odio erga Chriſtianos a Iudaeis ſuſcepta, figmentum merum eſt R. ELIAE LEVITAE, Iudaei Germanienſis, LVDOVICI CAPPELLI et quorundam aliorum. Iudaei ad unum omnes, et ueteres et recentiores, integritatem, et ἀσφάλειαν

λειαν textus Hebraei adſerunt, quam et noſtrates ſolidius eunt defenſam. 2.) ERASMVS in Notis ad h. l. uarias Hieronymi repetit elabendi uias, quas inter et ſubſequens taxanda uenit: *Quoniam eodem Spiritu adflati ſcripſere Prophetae, non abſurde unicuipiam tribuebatur, quod ab alio dicitur, nec obliuionem fuiſſe, quod Matthaeo pro nomine Zachariae occurrerit nomen Jeremiae, ſed moderationem Diuini Spiritus. Ceterum*, adnectit uir doctiſſimus, *etiamſi fuiſſet in nomine duntaxat memoriae lapſus, non opinor, quenquam adeo moroſum eſſe oportere, ut ob eam cauſſam totius* SCRIPTVRAE S. *labaſceret auctoritas, praeſertim cum* AVGVSTINVS *Libr. III. de Conſenſu Euangel. Cap. VII tribuat audaci imperitiae, quod in nonnullis codicibus pro Jeremia ſcriptum inueniatur Zacharia.* ORIGENES, EVSEBIVS, BEZA, MVSCVLVS, AEGIDIVS HVNNIVS, alii itidem meminerunt, errorem ſcribis obrepere potuiſſe. At enim quis HIERONYMI coniecturae ſubſcriberet, ubi facilior his ex difficultatibus exeundi detur locus. Textum autem a deſcribentibus eſſe deprauatum, non facile dixerim. Diſſentientes utique exinde argumenta peterent SCRIPTVRAE deprauandae. Tutius ergo erit, ad ueriorem accedere ſententiam, maxime, ubi, SCRIPTVRAM nullibi eſſe corruptam, Philologi et Theologi, perquam eruditi, abunde norint.

§. 2. 3.) PISCATOR refugit ad Abbreuiaturas, ac ſi olim ſcripſerint ζου̃ et ιου̃, per compendium, cuius opinionis HVETIVS, *Demonſtr. Euangel. Prop. IX. c. 125.* mentionem facit, ubi tamen ſimul monet, ex compendio ſcriptionis pro ZACHARIAS ζίας, et pro IEREMIAS Ιεί̃ας, item pro I etiam ζ, propter figurae ſimilitudinem, ex errore deſcribentium eſſe poſitum. Verum eiusmodi ſcriptionis compendia ex antiquitate uix demonſtraueris, σφάλμα uero illud in omnes codices irrepſiſſe, nullam ueritatis ſimilitudinem oſtendit. Non deſtituitur periculo ſuo hypotheſis, qua S. CODICI σφάλματα adfinguntur, nec linguarum ac Philologiae periti, melius edocti, noſtra memoria, facile in hac opinione patrocinium quaerunt.

§. 3. 4.) In tertia claſſe aliquot adhuc opiniones recenſentur,

tur, quae maiorem ueritatis ſpeciem habent. Hieronymus in h. l. commemorat, Iudaeum quendam factionis Nazarenae librum ſibi apocryphum obtuliſſe, ſe uerba haec uerbotenus, adpoſito Ieremiae nomine, in illo legiſſe, unde admodum ueriſimile, MATTHAEVM hunc ad librum prouocaſſe, maxime cum PAVLVS Gentilium ſcripta etiam adlegauerit. Hanc opinionem ante HIERONYMVM ORIGENES et EVTHYMIVS, et poſt illum CLARIVS, ZEGERVS, DRVSIVS propoſuerunt. CHRYSOSTOMO horum cum primis opinio arridet, qui exiſtimant, IEREMIAM in concionibus ſuis, ad populum habitis, hoc uaticinium crebrius expoſuiſſe, tandem ZACHARIAM literis conſignaſſe, patres etiam, per oralem traditionem, uerba haec in tempora tranſtuliſſe MATTHAEI. Hanc in ſententiam erudite ſcribit GROTIVS: Pro certo haberi debet, multa apud Judaeos uatum ueterum oracula conſeruata fuiſſe non ſcripto, ſed memoria, quanquam poſtea, qui a parentibus acceperant, ea priuatim adnotarunt, unde factum eſt, ut ea oracula in libris, ab Eſdra digeſtis, non extarent. Ἐκπυρώσεως, *incendii*, uniuerſalis exſpectatio, etiam Graecis celebrata, non potuit non ab aliquo uaticinio ortum habuiſſe, quod quidem uaticinium ipſi Adamo adſcribere non ueretur JOSEPHVS. Tale eſt et Enochi illud: Ἰδοὺ ἦλθε κύριος ἐν μυρίασιν ἁγίαις αὐτοῦ; *Ecce uenit Dominus in ſanctis millibus ſuis*, et quae ſequuntur apud JVDAM *14. 15.* Tale illud: Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; *Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quae praeparauit Deus iis, qui diligunt illum*, quod inter Eliae dicta antiquitus celebrabatur. Talis et ille παλαιὸς λόγος ἀνδρῶν, *uetus hominum ſermo*, IOSEPHO memoratus: Ἔνθα τότε τὴν πόλιν ἁλώσεσθαι καὶ καταφλεγήσεσθαι τὰ ἅγια νόμῳ πολέμου, ὅσις ἂν κατασκῆψῃ, καὶ χεῖρες οἰκεῖαι προμιάνωσι τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος; *Tunc fore, ut urbs capiatur, et Templum belli lege incendatur, ubi ſeditio innaſerit, et indigenarum manus polluerit ſacratum DEO locum.* Et illud λόγιον oraculum apud eundem: Ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ἐπειδὰν τὸ ἱερὸν γένηται τετράγωνον. *Tunc fore, ut capiatur urbs et templum, ubi templum quadratam formam acceperit.*

Iam uero et illud ſciendum eſt, ueterum Prophetarum uerbis uti ſolitos Prophetas poſteriores. Ita EZECHIEL multa habet uerbotenus ex IEREMIA deſumpta, ut adparet collatis locis *Ierem. XXXI. 29. 30. Ezech. XVIII. 2. 3.* et alibi. Sic et in Apocalypſi IOHANNIS multas περικοπὰς, *ſectiones*, inuenire eſt ex EZECHIELE et DANIELE. Et illud, quod ex antiqua traditione, cuius ORIGENES meminit, et poſt eum HIERONYMVS, ut Eliae, citauimus, ab Elia mutuatus eſt ESAIAS *c. LXIV. 4.* In primis autem ZACHARIAS amat imitari locutiones IEREMIAE. Quis enim non uidet, quod apud eum eſt *I. 5.* ſumptum ex *Ierem.* XVIII. *11.* et XXXV. *15.* quod eſt apud eum *I. 6.* ex *Thren. Ierem. II. 17.* quod eſt *III. 8.* ex *Ieremiae* XXIII. *5.* atque alia eiusmodi. Quapropter dicere etiam ſolent Iudaei, Spiritum IEREMIAE fuiſſe in ZACHARIA, atque adeo IEREMIAM eundem eſſe et ZACHARIAM. Quare non uideo, quid obſtet, quo minus et dictum hoc, de triginta ſiclis ab Ieremia primitus uſurpatum, hominumque memoria conſeruatum, per Zachariam repeti, DEVS uoluerit, quod tamen hic a Matthaeo citetur primi auctoris nomine, quanquam in libris ab eo ſcriptis non exſtat. At HIERONYMVS oſtenſum ſibi ait a Nazarenae ſectae homine librum, in quo id exſtaret ſub IEREMIAE nomine, qui liber priuatam continuit adnotationem famae, antiquitus traditae, per ora Hebraeorum. Tales autem adnotationes, quia publica auctoritate factae non ſunt, merito uocantur ἀκανόνιστοι, extra regulam poſitae, neque tamen id obſtat, quo minus in eis multa contineantur et uera et uetera. Sic idem ZACHARIAS illud: *Increpet te Deus, o Satan!* Sumſit ex antiqua traditione, quae deinde perſcripta eſt in libro ἀποκρύφῳ, *abſcondito*, cui titulus Ἀνάληψις Μωσέως, aſſumptio Moſis. Quin et illud apud Epheſios: Ἔγειραι ὁ καθεύδων καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός; *Surge, qui dormis, et exſurge e mortuis, et illuminabit te Chriſtus*, Graeci notant deſumtum ἐκ τῶν Ἱερεμίου λεγομένων ἀποκρύφων, ex Ieremiae iis, quae abſcondita dicuntur. Sicut et illud: Οὔτε περιτομή τί ἐστιν, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις, neque circumciſio ualet aliquid,

liquid, neque praeputium, ſed noua creatura, antiquitus ſub Moſis nomine celebrabatur. Hactenus ille. Haec quidem ſententia idcirco omni laude maior uidetur, quod nihil de auctoritate detrahit SCRIPTVRAE.

§. 4. 5.) ERASMVS aliam adfert coniecturam, fingendo, Zachariam binominis fuiſſe, quae SEBASTIANO MVNSTERO et FRANCISCO IVNIO neutiquam diſplicuit. 6.) Alii cum SANCTIO et HEINSIO hanc eunt in ſententiam, ac ſi MATTHAEI uerba ex parte a IEREMIA, ex parte uero a ZACHARIA fuiſſent delata. Verum enim uero, licet MICHAEL WALTHERVS et complures alii huic fauere opinioni uideantur, multi tamen aliter ſentiunt, praeſertim cum loci *Ier.* XXXII. 7. *et Ier.* IX. 12. a ſcopo, quem intendit MATTHAEVS, adpareant perquam alieni.

§. 5. Si ergo dicendum, quod res eſt, LIGHTFOOTVS, quum alii textum magis inuoluant, quam explicent, *in Horis Talmudic. p. m. 488.* optime ueritatis heic uiam inueniſſe uidetur. IEREMIAE prophetia, reliquis olim uatum ſcriptis praemiſſa, primum in Prophetarum ſectione occupauit locum. Exinde ſciendum eſt, quod uocabulum IEREMIAE duplici ſenſu accipiatur, 1) εἰδικῶς, notione paullo ſtrictiore, ubi μετωνυμικῶς deſignat uaticinia, ab reliquis Prophetarum ſcriptis diſtincta, ita ut IEREMIAS ſeparetur ab ESAIA, EZECHIELE, cetèris. 2.) τυπικῶς, in ſenſu paullo generaliore, ubi Hebraea gens ſectionem alteram SECVNDAE BIBLIORVM PARTIS (אחרונים, Prophetarum poſteriorum,) quae complectebatur IEREMIAM, EZECHIELEM, ESAIAM ET DVODECIM, adpellauit רברי ירמיהו, uel נביא ירמיהו, PROPHETAM IEREMIAM, id quod ſequentibus argumentis comprobatum dabimus.

§. 6. 1.) *In Talmude Babyl. Baua Bathra, fol. 14. 1.* extat uetuſtiſſima traditio, quam LIGHTFOOTVS *ad h. l. p. m. 488.* ſub repetitionem reuocat, et ANTONIVS BYNAEVS ſic Ger-

Germanice tranſtulit : Dis iſt die Ordnung der Propheten: Das Buch Joſuä, der Richter, Samuelis, der Könige, Jeremias, Ezechiel, Eſaias und die Zwölffe. Weil Eſaias eher gelebet hat, als Jeremias und Ezechiel, müſte er rechtswegen zu erſt ſtehen. Weil aber das Buch der Könige ſich endiget mit dem Untergange, und Jeremias gantz von dem Untergange handelt, und der Anfang Ezechielis zwar von dem Untergange, das Ende aber von Vertröſtungen, und Eſaias gantz von Vertröſtungen handelt: So haben ſie den Untergang gefüget bey dem Untergange, und die Vertröſtungen bey denen Vertröſtungen. Vid. DAV. KIMCHII *Praefation. ad Ieremiam.*

§. 7. TARGVM in Canticum diuidit cum Hebraeorum Magiſtris omnem Scripturam in תורה, LEGEM, ſiue משה, Moſen, נביאים, PROPHETAS, et כתובים, SCRIPTVRAM κατ' ἐξοχήν, id eſt, HAGIOGRAPHA, ſiue Pſalmos. Quia enim in Hagiographis Pſalmi praemittebantur, tota haec Hagiographorum ſectio inde nomine Pſalmorum, der Pſalm, uenit. DASSOVIVS *in Antiquit. Hebr. MStis ad Luc.* XXIV. *27. et 44.* concinne : *Videtur haec diſtinctio eſſe antiquiſſima, quia eius mentio fit in Targum in Cantic. V. 10. ubi ſcribitur :* Occupatus eſt in XXIV libris, qui ſunt lex, uerba Prophetae et Hagiographa. *Per legem autem intelligebant Pentateuchum, per Prophetas priores uolumen Ioſuae, Iudicum, Samuelis, Regum; Per poſteriores Prophetas maiores et minores; Per Hagiographa Pſalmos, Prouerbia, Eccleſiaſten, Canticum, Threnas, librum Ruth, Eſther, Nehemiam, et Libros Chronicorum.* IEREMIAS AVTEM OLIM PRAEPONEBATVR IESAIAE, *uti legitur in Libr. Miſchn. de Leg. For. Cap.* I.

§. 8. CHRISTVS ipſe hunc ordinem retinuit, *Luc.* XXIV. 27. καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς ; *Et exorſus a* MOSE *et omnibus* PROPHETIS, *interpretabatur illis in* OMNIBVS SCRIPTVRIS ; Item v. 44. τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως καὶ προφήταις καὶ ψαλμοῖς ; *Quae ſcripta ſunt in* PROPHETIS, *et* PSALMIS.

§. 9.

§. 9. 2.) Hebraei iam olim integris libris, capitibus, addo, commatibus a prima uoce dederunt nomen, quam in rem ſcite diſſerit AVGVSTVS PFEIFFERVS *in Antiquit. Hebraic. Select. Cap.* XXIV. §. 3. *Nomina adipiſcuntur Paraſchae iſtae a prima uoce, uel priorum magis emphatica.* *Sic* PRIMA *dicitur* בראשית, SECVNDA נוח, TERTIA לך לך, *ceteras recenſet* FABRICIVS *p. 37. ſ. Id tantum notamus, nomina, quibus libri Pentateuchi exprimuntur, ſcil.* בראשית ואלה שמות ויקרא במדבר ואלה הדברים: πρώτως *et primario Paraſchas ſignificare*, qua de re conf. HOTTINGERVS *ad Hiſtor. Creat. Cap. 1. Quaeſt. 1.* SECVNDA *Bibliorum Hebraeorum* PARS *duabus abſoluebatur ſectionibus, quarum priorem uocabant* נביאים ראשנים, PROPHETAS PRIORES, *uel ab Exordio* ויהי יהושיע, IOSVAM; POSTERIOREM נביאים אחרונים, PROPHETAS POSTERIORES, uel a primis uocabulis דברי ירמיהו, VERBA, ſeu PROPHETAM IEREMIAM, die Worte, die Reden, oder den Propheten Jeremiam. Veteres enim libros ſuos complicatos adpellitabant λόγους, uti LVCAS *Act. I. 1.* Τὸν μὲν πρῶτον λόγον, *ſuperiore quidem uolumine.* Similem in modum EVSEBIVS inſcripſit Hiſtorias λόγῳ ἱστορίας πρώτῳ, *primus hiſtoriarum liber.* Cum igitur liber ESTHER et IVDICVM itidem inciperent a ויהי, et item ECCLESIASTES a דברי, inde factum, ut ראשונים, PROPHETAE PRIORES ויהי יהושיע, IOSVA, אחרונים, POSTERIORES autem PROPHETAE דברי ירמיהו; uerba, ſiue PROPHETA IEREMIAE nominarentur. Quod ſi ergo hanc Hebraeorum loquendi formulam cum uerbis MATTHAEI : *Tunc impletum eſt, quod dictum fuerat per Prophetam Ieremiam*, diligenter conferas, omnis, quae poterat in perluſtratione huius loci ſuboriri, difficultas exſpirabit. EVANGELISTA ſcilicet his uerbis oculos deflexit NON AD PROPHETIAM IEREMIAE, in qua nihil de praeſente uaticinio legebatur, SED AD ALTERAM SECVNDAE PARTIS HEBRAEI CODICIS SECTIONEM, quam a primis uocibus Prophetam Ieremiam nominare, uenit olim in conſuetudinem, quemadmodum SERVATOR ipſe Hagiographa, quae a Pſalmis auſpicarentur, eodem ex

capite, ſecundum morem loquendi ueterum, *Luc. XXIV. 44.* inſcripſit, ψαλμοῖς, quos u. 27. diſerte כתובים, hoc eſt, γραφὰς, ſalutauerat. Nam haec pars complectebatur quoque ZACHARIAM, apud quem uerba MATTHAEI Cap. XI. oculis tuis ſubiiciuntur. Quanquam autem hanc ſententiam nemini obtrudendam putamus, extra tamen omne dubium ponimus, eandem omnibus reliquis opinionibus praetipere palmam, cum nullo prorſus modo in SCRIPTVRAE canonem et auctoritatem uideatur eſſe grauis.

CAPVT I

§. 1.

Ad u. I. Praemittunt Euangelio ἐπιγραφὴν TRANSLATORES plurimi. Ita SYRVS: בשם מרן ואלהן ישוע משיחא חתמינן אונגליון קדישא סברתא דלוקוס מסברנא ומלל וכבר יונאית באלכסנדריא רבתא: *In Nomine Domini noſtri, et Dei noſtri, JEſu Chriſti, excudimus Euangelium ſacroſanctum, praeconium Lucae Euangeliſtae, quod locutus eſt, et annunciauit Graece in Alexandria magna.* Euangelium hoc Alexandriae ſcriptum eſſe, itidem PERSA adfirmat, cum ita praefatur: אכיל לוקא כה בזבאן יונאי קבטי דר אשקנדריה נבשת: *Euangelium Lucae, quod lingua Graeca Ægyptiaca Alexandriae ſcripſit.* ARABS addit, quod Lucas medicinae fuerit deditus: בשם אלאלה אלואחד אלאב ואלאבן ורוח אלקדש אכיל אלקדיש לוקא אחכים אחד אלשבעין כתב יונאניא באלהאם רוח אלקדש ברכאתה תשכלנא אמין: *In nomine DEI unius Patris, et Filii, et Spiritus S. Euangelium ſancti Lucae Medici, unius ex ſeptuaginta, quod ſcripſit Graece, inſpirante Spiritu S. Benedictiones eius complectantur nos, Amen!* Sed utrum Lucas Euangelium Alexandriae membranis demandauerit, et utrum aliquando animum ad artem adplicauerit medicam, uti ex Pauli ad Coloſſenſes uerbis et priſcorum monumentis, fide dignis, non male coniicit GROTIVS,

TIVS, heic non diſputabimus. Quum SYRVS et ARABS non tantum antea adlatam ἐπιγραφὴν praemiſerint, uerum quatuor etiam commata priora, initio capitis ab quinto commate ducto, de ſacrae SCRIPTVRAE inſcriptionibus breuiter erit diſceptandum. Graeca generalis inſcriptio ſequentem in modum ſonat: Τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον, quanquam uetuſtiſſimi codices legunt, ut et apud Marcum, per Genitiuum. Poterat quisquam, ueteres Hebraeorum imitari morem, qui ſic litera ל utuntur, ſuſpicari. Certe DRVSIVS ad *Matth. I.* huc uidetur oculos deflexiſſe, cum graphice ſcribit. κατὰ Matthaeum: *Id Hebraice diceretur* למתי, *quod idem cum illo* εὐαγγέλιον Ματθαίου, *Euangelium Matthaei. Nam* ל κατὰ, *ut* למינהו, κατὰ τὸ γένος αὐτοῦ, *ſecundum genus ſuum,* לצלמנו, κατὰ τὴν εἰκόνα ἡμετέραν. *Iam uero* לדוד *bene redditur Dauidis, ut cum legimus* מזמור לדוד, *Pſalmus Dauidis.* Sic תפלה לחבקוק, *precatio Habacuc,* למשה, *Moſis. Similiter* SYRVS *habet* דמתי, *id eſt, Matthaei,* דלוקוס, *Lucae, quae omnia docent, Euangelium* κατὰ Ματθαῖον, *et Euangelium Matthaei Synonyma eſſe.* Graecum ergo κατὰ nihil aliud, monente GROTIO, innuit, quam doctrinam a JESV CHRISTO et SPIRITV S. traditam, prout ea a Matthaeo per θεοπνευστίαν eſt perſcripta, quanquam, Medicinae ſtudium neceſſario ab Romanis ſeruorum adnumeratum eſſe operibus, quemadmodum ſentit GROTIVS, uix ex antiquitate poterit demonſtrari. De cetero de diuiſione S. CODICIS neruoſe differit CASAVBONVS: *Etſi non improbo librorum ſacrorum receptam hodie diuiſionem, tamen non dubito, quin longe commodior eſſet futura ueterum diſtinctio, ſi quis magnus Theologus ei reſtituendae operam impendiſſet. Veteres enim ſingulos libros in* τίτλους, *ſingulos* τίτλους *in ſua* κεφάλαια *ita diuidebant, ut lectorem ea diuiſio multum poſſet adiuuare. Non enim, opinor, ut hodie factum uidemus, plurimis in locis ea diuidebant, quae ſi quis diligentius animum aduertat, coniunctim potius legi deberent; ſed diuerſas potius quaeſtiones, et eiusdem quaeſtionis partes diuerſas ita diſtinguebant. Quod quantopere ſit exoptandum, nemo qui artificioſiſſimas praeſertim Pauli epiſtolas legerit diligenter, aliquando poteſt ignorare. Vocabant autem maiores partes* τίτλους, *minores* κεφάλαια, *contra quam hodie nos facimus. Quare etiam in numero* κεφαλαίων *magna diuerſitas. Nos hodie Matthaei Euange-*

lium diuidimus in Cap. XXVIII· illi in κεφάλαια CCCLV· τίτλους autem LXVIII· unde adparet, id fere κεφάλαιον fuisse illis, quod nobis hodie uersiculus. Numerus autem τῶν τίτλων καὶ κεφαλαίων in singulis Euangelistis obseruatum, ex his SVIDAE uerbis est intelligere. ὁ μὲν ματθαῖος ἔχει τίτλους ξή. κεφάλαια τνέ. ὁ δὲ μάρκος τίτλους μή. κεφάλαια λς (sed hic numerus est mendosus) ὁ δὲ λουκᾶς τίτλους πγ'. κεφαλαια τμή. ὁ δὲ ἰωάννης τίτλους ιή. κεφάλαια σλβ'. Nos recurrimus praemissas ad ἐπιγραφὰς, quaerendo, utrum sint θεόπνευστοι, nec ne, et de ornamentis librorum apud ueteres usu receptis, aliisque huc spectantibus argumentis commendamus aliquot CHRISTIANI GOTTL· SCHWARZII *Philos. Moral. Orator. et Poeseos P· P· in Academia Altorfina* dissertationes erudite contextas, et item de inscriptionibus IO· HERMANNI von Elswich Disputationem, cuius ἔλεγχος de Inscriptione Apocalypseos Ioanneae, quam ob plurimas caussas heic innectendam duximus.

§. 2. Multum interest libri alicuius et argumentum et auctorem cognoscere. Quodsi enim libri ignores argumentum, uix illum in tuos conuertere usus poteris. Auctor uero etsi nonnunquam tuto ignoretur, dici tamen non potest, quantum certa eius notitia ad meliorem ipsius libri intelligentiam et expositionem faciat. Pridem enim ab illis, qui rationem interpretandi praeiuerunt, monitum est, ut in explicandis libris ad studia maxime attendamus, quibus auctor quondam deditus fuit. Taceo, quod ipsismet libris ab auctore dignitas quaedam, eademque non exigua concilietur. Quae caussa est, quam ob rem libris, uoluminibusque, non paucis, uirorum non raro celebratissimorum praefixa sint nomina, cum tamen nihil in se contineant, istis, quae mentiuntur, nominibus dignum. Hinc qui libris sese scribendis accingunt, illi in more plerumque solent habere positum, ut mox, in fronte librorum, suum profiteantur nomen, et, de quo exponunt, argumentum significent. Inde sunt *tituli*, *inscriptiones*, aut, ut cum Graecis loquar, ἔλεγχοι, ἐπιγραφαὶ, nec non, quod ad EVSEBIVM obseruat HENRICVS VALESIVS, παραγραφαί. Quae tamen notiones nonnunquam de περιεχομένων, ἀναγνωσμάτων et ἀ-

ναγνώ-

ναγνώσεων usurpantur indicibus, quos ab initio singulorum librorum, cum literis, et notis arithmeticis, docente id IOH: CROIO, *Obseru. in N. T. c. V. p. 33. sqq.* adponere solebant. Quid? quod τίτλοι, siue *tituli*, aliquando idem sint, quod περικοπαὶ, siue *sectiones*, aut *lectiones*, in quas suos plerumque libros dispescebant ueteres. His addo aliam significationem Scriptoribus potissimum, quos nominant, Ecclesiasticis usitatam, qua *titulus* denotat *Ecclesiam*, in memoriam alicuius erectam, aut aedificatam. Hoc sensu in *Martyrologio Romano die XXVI. Iulii*, nomine sancti Pastoris *titulus* extare dicitur in *Viminali apud Sanctam Pudentiam.* Qui locus, a BARONIO in Notis illustratus, lucem accipit ex ipso *Martyrologio*, quod *ad d. XIX. Iunii*, ubi de Pudente, Timotheo, Pudentiana et Praxede agit, haec subiicit uerba: *Horum domus in Ecclesiam commutata, Pastoris titulus adpellatur.*

§. 3. Non heri demum. aut nudius tertius mos ita inscribendi libros obtinuit. Adhibitus ille pridem est uetustioribus, ab ea iam aetate, qua libros scribere coeperunt, si ipsi modo auctores scripta euulgarent, aut debitum in ordinem redigerent. Nam si illa, aliis obstetricantibus, in lucem prodirent, dubium esse non potest, quin etiam ab istis tituli adiecti sint. Quorsum refero Tractatus, siue Homilias Patrum Ecclesiae, uetustiorum, quas ex eorundem ore excipiebant, et promulgabant notarii, a celeritate, quam in scribendo ostentabant, ταχυγράφοι appellati. Inter Tractatus, ita ueteres sermones sacros nominabant, Gaudentii adhuc aliquis exstat, et legitur, qui notariorum in ipsa inscriptione mentionem facit. Ita enim Titulus habet, *Tractatus, quem, prima die ordinationis ipsius, quorundam ciuium notarii exceperunt.* Sed et longe ante Gaudentii tempora idem factum esse, historiae proloquuntur. Ita enim Origenes ταχυγράφοις permisit, suos excipere sermones, EVSEBIO teste *L. VI. c. XXVI.* Chrysostomi orationes, quae exstant, partim ab ipso editas, partim a notariis exceptas, auctor est SOCRATES, *Lib. VI. H. E. c. IV.* Atque inde haud dubie magnifici illi sunt tituli, in Tractatuum, aut Homiliarum Inscriptionibus, uiris et Patribus aliquan-

quando dati, quos in ſemet ipſos, abſque ſummo arrogantiae crimine, conferre haud potuiſſent. Et quis crederet, rem aliter ſe habere cum Homeri carminibus, quae, auctore, ſi hiſtoriae habenda eſt fides, Ariſtarcho, in unum uolumen collecta ſunt. De libris Ariſtotelis, qui μετὰ τὰ Φυσικὰ inſcribuntur, res clara eſt, et luculenta. Non enim illa inſcriptio auctorem habet ipſum Ariſtotelem, ſed Theophraſtum, aut, quae aliorum eſt ſententia, Andronicum.

§. 4. Res, ut ego arbitror, ſatis eſt nota, nec probatione opus habet. Adſcribam tamen quaedam ex Poetis, qui tot nobis conſeruarunt antiquitatis teſtimonia. OVIDIVS *Lib. I. Triſt. Eleg. I.*

Si quis erit, qui te, quod ſis meus, eſſe legendum
Non putet, e gremio reiiciatque ſuo.
Inſpice, dic, titulum: non ſum praeceptor amoris;
Quas meruit poenas, iam dedit illud opus.

Et de Ponto *Lib. I. Eleg. I.* ad Brutum, cui elegiam inſcripſerat.

Inuenies quamuis non ſit miſerabilis index
Non minus hoc illo triſte quod ante dedi.

In quibus ad libros alludit Triſtium, quorum inſcriptionem *miſerabilem* non immerito nominat *Indicem.* Ceterum ſciendum eſt, duos fuiſſe titulos. Vnus toti libro fuit praemiſſus, et nonnunquam ante apponebatur, quam ipſius libri elaborationem inciperet auctor. Cuius rei teſtimonium in OVIDIO reperiſſe, mihi uideor, qui *Lib. I.* de Remedio Amoris, Cupidinem, ſiue amoris DEVM, de libri conquerentem titulo inducit. Verba haec ſunt:

Legerat huius Amor titulum, nomenque libelli:
Bella mihi uideo, bella parantur, ait.

Alter membranulae imprimebatur in auerſa uoluminis parte, et nomen auctoris, et libri argumentum continens. Huc pertinent

tinent illa OVIDII *L. I. Triſt. Eleg. I.* cum de Bibliotheca, cui liber Triſtium inferendus erat, ita canit:

Cetera turba palam titulos oſtendit apertos,
Et ſua detecta nomina fronte gerit.

Loquitur de *titulis apertis*, et *detecta fronte.* Solebant namque ueteres libros indumento quodam induere, ut a ſqualore, et pulucre uindicarentur. Vnde OVIDIVS loco citato ita ſcribit:

Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe,
Infelix habitum temporis huius habe.
Nec Te purpureo uelent uaccinia ſucco:
Non eſt conueniens luctibus ille color.

Clarius TIBVLLVS

Lutea ſed niueum inuoluat membrana libellum.

Ceterum, uti libris ornandis generatim ſtudebant, ita nec eorum aliquid omittebant, quae ad tituli ſpeciatim ornatum facere poterant. Literae enim aureae plerumque erant, et ipſa membranula purpureo colore inficiebatur. Quod iterum confirmat OVIDIVS loco plus ſimplice uice laudato.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Cum quo conuenit Martialis *Lib. III. Epigr. II.*

Et cocco rubeat ſuperbus index.

§. 5. Idem imitati ſunt uetuſtiores Chriſtianiſmi Doctores, quos Patres uulgo appellamus. De Clemente Alexandrino EVSEBIVS *Lib. VI. H. E. c. XIII.* commemorat, octo ab eodem confectos eſſe σϱωματέων libros, οὓς ϰ᾽ τοιαύτης ἠξίωσε προγραφῆς. Τίτου Φλαυίου Κλήμεντος τῶν ϰατὰ τὴν ἀληθῆ Φιλοσοφίαν γνωστιϰῶν ὑπομνημάτων σϱωματεῖς. Idem *Lib. V. c. XX.* ordine recenſet inſcriptiones, quas ſuis praefixit libris Irenaeus. Has quidem non adeo plene enumerat, neque, an ſuum appoſuerit Irenaeus nomen, diſerte refert. Quod tamen factum eſſe

esse, coniicio ex grauissima illa adiuratione, quam libro περὶ ὀγδοάδος subiunxit. Nam qui tantam a descriptoribus librorum exigit curam, et sollicitudinem, illum nihil sane intermisisse, merito credimus, quod ceteroqui boni scriptoris solet esse officium. Interim non nego, multos etiam inter uetustiores ἀνονύμως sua edisse scripta, nisi forsan per temporum iniquitatem, aut incuriam hominum, nomina ista perierint. Testis hic iterum Eusebius L. V. H. E. c. XXVII. cuius uerba digna sunt, quae hic legantur. καὶ ἄλλων δὲ πλείστων, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας καταλέγειν ἡμῖν δυνατὸν, ἦλθον εἰς ἡμᾶς λόγοι. ὀρθοδόξων μὲν καὶ ἐκκλησιαστικῶν, ὡς γε δὴ ἡ ἑκάστου παραδείκνυσι τῆς θείας γραφῆς ἁρμονία· ἀδήλων δὲ ὅμως ἡμῖν, ὅτι μὴ τὴν προσηγορίαν ἐπάγεται τῶν συγγραψαμένων. Atque haec scripta deinceps intercidere, aut aliis falso adscripta sunt, quorum tractandi rationem, aut stylum, aliquo saltim modo prae se ferre uidebantur.

§. 6. Quid uero de Scriptoribus Sacris est dicendum, qui θεοπνεύστως sua consignarunt scripta? Num et illi, suis inscriptiones libris apposuisse, censendi sunt? Pridem iam illa mota est quaestio, et id quidem contrariis eruditiorum sententiis, in affirmantem aliis, aliis in negantem concedentibus sententiam. Nos, misso Foedere Vetustiore, de Nouo tantum dispicimus, et, quo res eo clarior euadat, obseruandum esse ducimus, inscriptiones, sacris libris appositas, non unius omnes esse generis. Quaedam ad ipsam quasi textus seriem pertinent, unde non immerito *textuales nominantur.* Aliae in *fronte totius uoluminis comparent, et ipsis textualibus, quas dicimus, praemittuntur.* Ad priores refero illas inscriptiones, a Paullo, Petro, Iacobo, et Iuda sub initium literarum more, institutoque ueterum confectas, qui in limine epistolarum, commemorato scribentis nomine, illorum pariter apponere solebant nomina, ad quos exaratae erant literae. Atque hos quidem titulos auctores habere ipsos uiros θεοπνεύστους, et αὐθεντίας appellandos esse nomine, nemo temere negauerit, nisi quis ipsius libri, cuius partem omnino constituunt, eandemque insigniorem, in dubium uocare uelit θεοπνευστίαν.

§. 7.

§. 7. Posterioris generis mihi illae sunt, quando in limine historiae, a Matthaeo, aliisque confectae, legitur Εὐαγγέλιον κατὰ τὸν Ματθαῖον, Μάρκον, Λουκᾶν, Ιωάννην. Quales in reliquis pariter libris reperiuntur. Has ad unum omnes sequiori demum aeuo appositas, nec ab ipsis Viris θεοπνεύστοις profectas esse, saluis secus sentientium iudiciis, existimo. Quam sententiam, si rationes deessent, auctoritatibus facile tueri possem uirorum sane, omnium consensu, κριτικοτάτων. In his numerandus merito est ERASMVS, qui tamen Ecclesiae sese submittere uoluit iudicio, inque eiusdem acquiescere decisionibus. *Profiteor*, inquit, *me de titulis quoque credere, quod credit uniuersalis Ecclesia, cuius autoritati facile sensum meum submitto, non hic tantum, sed in omnibus quoque ceteris, modo ne protinus Ecclesiae sit, quidquid quocunque modo in usum Christianorum irrepsit, aut cuiuis Episcopo placuit.* Leguntur haec uerba, in Declaratione ad Cens. Fac. Theol. Paris. a qua grauissime notatus, et multorum errorum insimulatus erat. Credo tamen ideo forsan ERASMVS Ecclesiae stare iudicio uoluit, ne Sorbonam nimis offenderet, et αἱρετικῶν insereretur catalogo. Interim post ERASMVM MALDONATVS, in cap. I. Matthaei titulorum ἀυθεντίαν inficiatur, cuius rationes a iudicio commendat RICH. SIMONIVS, qui ipse diserte profitetur, nullam plane, eandemque solidam, adesse rationem, ex qua indubitato innotescat, titulos ab illis esse adiectos, qui libros conscripserunt. Vid. Hist. Critic. N. T. cap. II. p. m. 14. His addo JO. MILLIVM, ad Inscriptionem Euangelii Matthaei, cuius sententia eo redit, *Inscriptiones, Euangeliis praefixas, non quidem adpositas fuisse ab ipsis Euangelistis, sed a Christianis primi, uel secundi seculi, quibus euidentissime constabat, Euangelia haec ab iis, quorum praeferunt nomina, fuisse conscripta.*

§. 8. Posset opera faciliori tota haec quaestio decidi, si αὐτόγραφα modo Virorum Sanctissimorum superessent. Non possum uero, quin uehementer mirer, quamobrem Pontificii huius rei adeo incurii sint, qui, talia αὐτόγραφα penes se seruari, iactitant. Forsan caussae suae metuunt, aut de ueritate illorum codicum non satis sunt persuasi. Pridem enim Viri, qui reliquis sunt cordatiores, suspectum habuere αὐτόγραφον S.

Marci, tanta, dicam ne religione, an ſuperſtitione, Venetiis aſſeruatum. Baronius ad annum Chr. 45. 41. id *traditione magis, quam antiquorum certo teſtimonio ferri*, contendit. RICH. SIMONIO in Hiſt. Crit. N. T. c. IV. nihil maiori dignum exſibilatione, quam haec Venetorum traditio, de Euangelio Marci, apud ſe aſſeruato, uidetur. Et MABILLONIO id inprimis ſuſpicionem mouit, quod codex, ſigillis munitus, memini ad euoluendum concedatur.

§. 9. Etſi uero cum rationibns, quamobrem MALDONATVS, SIMONIVS, et alii ex Romanenſibus de *ἀυθεντία* titulorum detrahunt, nihil mihi ſit negotii, adſunt tamen aliae, quae facile eandem mihi ſententiam perſuadent. Nemo negauerit, ſtandum nobis potiſſimum in hoc eſſe argumento teſtimoniis antiquorum, qui illis temporibus propriores fuere, et codices habuere uetuſtiſſimos, ex quibus res, me iudice, omnium optime conficitur. Quamuis enim titulos plerumque libris praefixerint auctores, tamen non raro, certis de cauſſis, illos omiſerunt. Vt adeo hic non quaeſtio, quam dicunt, iuris, ſed facti inſtituatur. Quaeſtio autem facti ex monimentis uult decidi, non rationibus, quippe quae tantum docent, quid fieri oportuerit, non autem, quid factum ſit. Audiamus nunc ueteres. IOANNES CHRYSOSTOMVS *Hom. I. in Ep. ad Rom.* Μωσῆς, inquit, *μὲν πέντε βιβλία γράψας ἐδαμοῦ τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ τέθεικεν, οὐδὲ, οἱ μετ' ἐκεῖνον, τὰ μετ' ἐκεῖνον συνθέντες· Ἀλλ' οὐδὲ Ματθαῖος, οὐδὲ Ἰωάννης, οὐ Μάρκος, οὐ Λουκᾶς. Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος πανταχοῦ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ προτίθησι.* Huic iungo ex *Sec. III.* DION. ALEXANDRINVM, qui ſpeciatim de Ioanne affirmat, quod de reliquis ſcribit CHRYSOSTOMVS. Dum enim rationes exponit, cur Ἀποκάλυψιν Ioanni tribuere auctori nequeat, inter reliquas et hanc affert, quod ab initio nomen auctor ſuum fuerit profeſſus, more, inſtitutoque, a Ioannis moribus plane alieno, qui nec in Euangelio, nec Epiſtolis nomen ſuum adſcripſerit. Verba eius apud EVSEBIVM, qui DIONYSII nobis fragmenta paſſim aſſeruauit, ſunt ſequentia *Lib. VII. H. E. cap. XXV.* Ὁ μὲν γὰρ Εὐαγγελιστὴς, *οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ παρεγγράφει· Οὐδὲ κηρύσσει ἑαυτὸν*

ἑαυτὸν, οὔτε διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, οὔτε διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Quae ideo obſeruari merentur, ſiquidem luculenter conſtat, iam iſtis temporibus in fronte Euangeliorum illas lectas fuiſſe inſcriptiones, quae hodieque ibi apparent. ORIGENES enim, cuius hic DIONYSIVS fuit diſcipulus, plus ſimplice uice Euangeliorum libros cum titulis uulgatioribus excitat. Ita *L. I.* contra CELSVM *p. 27.* dicit, CELSVM παραθέμενον πολλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου. Et *L. II. p. 57.* οὐκ ἄτοπον, inquit, ἡγοῦμαι παραθέσθαι τοῦ Ἰησοῦ τινα φωνὴν ἀπὸ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου. Quod ſi uero credidiſſet DIONYSIVS, iſtos titulos ab ipſismet auctoribus profectos eſſe, qui ſcribere, quaeſo te, potuiſſet, non ſolitum fuiſſe Ioannem nomen ſuum apponere libris.

§. 10. Confirmor magis in hac ſententia, cum uideam, aliud titulis pro lubitu inſertum, aliud in iisdem omiſſum eſſe. Vt ὕστερον πρότερον committam, prouoco ſaltem ad Actus Apoſtolorum, qui in quibusdam codicibus MSS. ſtatim Euangelio Lucae ſubiiciuntur, neque aliud eius nomen praefixum habent. Quod propterea factum eſſe credo, quod unum agnoſcebant auctorem, et ſecundum hiſtoriae, a Luca conſignatae, librum conſtituebant. Ipſe namque Lucas, ab initio Actuum profitetur, ſe πρῶτον feciſſe λόγον, per λόγον librum intelligens, in quo res Chriſti geſtas complexus erat. In quo ſignificatu λόγος non raro accipitur. Ita EVSEBIO paſſim συνόψεμα ſunt λόγοι, et συγγράμματα, teſtibus inſcriptionibus, quas ipſe, ut probatum dedit VALESIVS, ſingulis capitibus praefecit. Nec tantum in cuiusuis libri fronte haec leguntur: Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγος, pro quo SOCRATES, et SOZOMENVS τόμον dicunt, ſed et ſingulis libris haec imponitur clauſula, Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγου τέλος. Nec aliter Syrus, qui integram φράσιν, πρῶτον λόγον ἐποιησάμην, idque non inconcinne, ita tranſtulit: כתבא קדמיא כתבת: *Librum primum ſcripſi.* Et ipſoſmet Actus in titulo nominat כתבא דפרכסים, *librum πράξεως ſ. Actuum.* Alia pro

hac ſignificatione exempla collegit, doctiſſimus RAPHELIVS in *Annot. in N. T. ex Polyb. et Arrian.* collectis, quibus iterum orbem ſibi eruditiorem obſtrinxit. Cum uero illi actus ab ipſo poſtea Euangelio ſeparati ſint, et uel quatuor Euangeliorum uoluminibus, uel Epiſtolis Paullinis, aut, quod in quibusdam Codd. fieri uidemus, ipſimet Ἀποκαλύψει ſubiuncti, tum conſultum eſſe putarunt ueteres, Lucae iisdem praeſcribere nomen. Affert RICH. SIMONIVS in *H. C. N. T. cap. II. p. 20.* duas libri huius inſcriptiones *ex Codicibus MSS. Bibliothecae Regiae, in urbe Pariſienſi*, quarum una haec praefert uerba, Λουκᾶ Εὐαγγελιστοῦ πράξεις Ἀποστόλων, altera ita habet, πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Λουκᾶ Ἀποστόλου. Quibus addo uerſionem Syriacam, in qua titulus ita ſe habet, *Liber Rerum, hoc eſt, Hiſtoria Apoſtolorum beatorum, quam collegit Sanctus Lucas Euangeliſta.*

§. 11. Inſertum autem aliud eſt titulis, cum in fontibus ipſis, tum in uerſionibus. In fontibus nominibus Scriptorum propriis adiiciuntur non elogia modo, ſed et officia, et dignitates, quibus ſunt gauiſi. Ita dicuntur Sancti, Euangeliſtae etc. Quae tantum abeſt, ut a uiris ſanctis profecta ſint, ut illi etiam, quae uetuſtiorum fuit ſententia, ex ſumma modeſtia, animique demiſſione, nomina ſua reticuerint. Qua de re uideri poterit EVSEBIVS, *de Dem. Eu. L. III. p. 120.* Sed interpretibus haec nondum ſufficiebant, niſi praeter linguam, in qua praedicatum eſt εὐαγγέλιον, locum pariter illum commemorarent, in quo libri iſti, dictitante ad calamum Spiritu, conſcripti ſunt. Teſtor, quae reliquas uetuſtate facile ſuperat, Verſionem Syriacam. Haec in titulo Lucam Alexandriae, Ioannem Epheſi, utrumque Graece, Euangelium praedicaſſe, refert. De Ioanne quidem facile id concedo, quem poſt reditum ex inſula Pathmo, in quam relegatus a Domitiano erat, Antiochiae conſediſſe, et ad confundendos Cerinthianos, rogatu Praeſulum Aſiaticorum, Euangelium conſcripſiſſe, ex EVSEBIO, et HIERONYMO conſtat. At enim quod Lucas Alexandriae ſcripſerit, id gratis dicitur, donec idoneo quodam antiquitatis confirmetur teſtimonio. Fuit enim, quod nemo negat, comes

Paulli

Paulli indiuiduus, quem Alexandriae fuiſſe, aut diuiniora placita docuiſſe, nuſpiam legimus. Et quid obſtat, quo minus credamus, uno tempore, et uno in loco, εὐαγγέλιον, et Actus Apoſtolorum a Luca eſſe confectos. Quod inde probabilitatis, opinor, conſequitur ſpeciem, ſiquidem Actus, ut ſupra monuimus, ſecundum hiſtoriae, a Luca conſignatae, efficiunt librum. Actus autem Romae ſunt conſcripti, quod HIERONYMVS diſerte affirmat, in *Cat. S. E. c. VII.* Verſioni Syriacae iungo Arabicam. Nam quamuis ea ſequiori demum aeuo confecta ſit, tamen indicium praebet, quantum ſemper libertatis, infingendis ſacrorum librorum titulis, Eccleſiae ſibi ſumſerint doctores. Illa, quod in ſubſcriptionibus fecerat Syriaca, titulis, Matthaei iuxta et Marci Euangelio praefixis, inſeruit, primum Ebraice, alterum latine ſcripſiſſe. Hoc uetuſtioribus ad unum fere omnibus contrariatur, quibus ſemper creditum fuit, Marcum Graece ſcripſiſſe. Fatetur id cum MALDONATO RICHSIMONIVS, in *H. C. N. T. c. XI.* Illud uero Patrum, quos nominant, tueri auctoritatibus uolunt, qui cum magni alias fieri ſolent, mirum non eſt, quod inter eruditos inueniantur non pauci, qui Matthaeum Ebraice ſcripſiſſe, credunt, aut iudicium ſaltem ſuum diſpendunt. Quod ſi iterum dicendum, quod res eſt, uidetur mihi in Patres locum habere uulgatior illa παροιμία, oſcitante uno, oſcitat et alter. PAPIAS primus fuit, qui fabulam tradidit, cuius fidem reliqui ſecuti ſunt. Hunc uero EVSEBIVS uirum nominat σμικρὸν τὸν νοῦν, qui omnes ſibi paſſus eſt fabulas, quae eius erat credulitas, imponi. Mirum quidem eſt, potuiſſe Patres hominis, tam exiguo praediti iudicio, narrationem tanquam ueram, complecti. Sed enim familiaritas, quam cum Ioannne ille habuit, facile aliquam ipſi auctoritatem conciliauit. Qua etiam procul dubio effecit, ut Patribus, ceteroqui meritiſſimis, Chiliaſmum perſuaſerit. Nihil moror IAC. RHENFERDIVM, cui in *Exerc. Phil.* de Fictis Iudaeorum Haeres. *n. LXXII. haut ueroſimile uidetur, Chriſtum et Apoſtolos eius primam Eccleſiam ex Ebraeis, Ebraea tantum lingua utentibus, collectam, adeo negligere uoluiſſe, ut peregrino idiomate apud illos uti uoluerint.* Etenim Iudaei iſtis temporibus Graece periti erant. Cum Paullus *Act. XXII. 2.*

pro ſe dicere uellet, aures eidem praebebant, quem Graece locuturum eſſe, arbitrabantur Iudaei. Ioſephus ἀρχαιολογίαν Graece ſcripſit, quam tamen, ut ipſe fatetur *L. XX. c. ult.* in gentis ſuae gratiam confecit. Et uidetur mihi omnino DEVS, poſthabita lingua Ebraea, Graecam adhibuiſſe, ſapientiſſimo plane conſilio. Tollendus erat paries intergerinus, qui populum Iudaicum a gentibus, uera aeterni Numinis notitia deſtitutis, diſtinguebat. τὰ λόγια non uni amplius nationi, ſed omnibus, quotquot in terris degebant, erant concredenda. Hinc iſtiusmodi uti debuit lingua, quae omnibus gentibus et nationibus erat notior, et uſitatior.

§. 12. Haec ſunt, quibus inducor, ut credam, inſcriptiones non eſſe ab ipſis librorum auctoribus profectas. Sunt tamen, qui Euangelii titulum ab ipſis Apoſtolorum, deducunt temporibus. In his eſt LAVRENT. EDINGERVS, in Prolegom. General. ad quatuor Euang. libro non contemnendo. Affert pro ſua ſententia locum IVST. MARTYRIS, qui in Apol. pro Chriſtianis. οἱ γὰρ ἀπόστολοι, ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν ἃ καλεῖται εὐαγγέλια οὕτω παρέδοκαν. Facile largior, intelligi a IVSTINO hiſtoriarum ſacrarum libros, quos quatuor illi Viri, Matthaeus, Marcus, Lucas, et Iohannes conſignarunt. Hi enim κατ' ἐξοχὴν ſolebant εὐαγγέλια nominari. CLEMENS ALEXANDRINVS diſertam numeri quaternarii mentionem facit. Dum enim locum aliquem, ex Euangelio ſecundum Aegyptios, excitat, ſtatim haec ab illo ſubiiciuntur uerba L. III. Strom. p. 465. πρῶτον μὲν οὖν, τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέταρσιν Εὐαγγελίοις οὐκ ἔχομεν τὸ ῥητόν. EVSEBIVS L. III. c. XXV. τὴν ἁγίαν τῶν Εὐαγγελίων τετρακτὺν nominat. Cumque Tatianus ex his quatuor unum conflaſſet Εὐαγγέλιον, appellatum illud eſt διὰ τεσσάρων, teſte eodem L. IV. c. XXIX. Equidem Apoſtolorum appellatio in Marcum, et Lucam non competit, qui uiri modo Apoſtolici fuere. Quod nomen in Lucam confert TERTVLLIANVS adu. Marc. L. IV. 2. Aſt ſumit haud dubie IVSTINVS nomen Apoſtoli in ſenſu paululum laxiori. Qua ratione ab ATHANAS. ſi modo auctor eſt, in Synopſ. Scripturae S. uterque, Marcus iuxta ac Lucas, ἅγιος Ἀπόστολος nominatur. Aut, quod magis mihi placet,

cet, IVSTINVS ex uetuſtiorum loquitur ſententia, qui, Marcum ex Petri, Lucam autem ex Paulli ſermonibus, Euangelia ſua confeciſſe, arbitrabantur. Inde TERTVLLIAN· l. c. *Conſtituimus*, inquit, *imprimis, Euangelicum inſtrumentum Apoſtolos autores habere. Si et Apoſtolicos non tamen ſolos, ſed cum Apoſtolis, et poſt Apoſtolos.* Quid? quod non dubitarent Marci Euangelium Petro, Lucae Paullo tribuere. Teſtem iterum habeo TERTVLLIANVM, qui l. c. c. V. *Eadem autoritas Eccleſiarum Apoſtolicarum, ceteris quoque patrocinabitur Euangeliis, quae proinde per illas, et ſecundum illas habemus; Ioannis dico, et Matthaei: licet et Marcus quod edidit, Petri adfirmetur, cuius interpres Marcus. Nam et Lucae digeſtum Paulo adſcribere ſolent.* Quidquid interim eius rei ſit, tum quidem ex IVSTINI loco adſtrui inſcriptionum antiquitas poſſet, ſi modo ille affirmaret, Apoſtolos huius appellationis eſſe auctores. At de eo altum ſilentium. Non enim dicit, ἃ ἐπάλουν ſed, ἃ καλεῖται. Ergo ex hoc loco tantum conficitur, quod tum, cum IVSTINVS ſcriberet, hoc nominis uſitatum fuerit. Pridem hoc obſeruauit ALEXANDER MORVS, in Not. ad N· T· quarum iteratam editionem celeberrimo FABRICIO debemus.

§. 13. Maiorem huic ſententiae ſpeciem conciliare uidetur TERTVLLIANVS, quem male habet Marcionem, Euangelio, quod interpolarat, nullum praefixiſſe titulum. *Contra*, inquit, L. IV· 2. *Marcion, Euangelio ſcilicet ſuo nullum adſcribit autorem, quaſi non licuerit illi titulum quoque affingere, cui non nefas fuit, ipſum corpus euertere. Et poſſem hic iam gradum figere, non agnoſcendum contendens opus, quod non erigat frontem, quod nullam conſtantiam praeferat, nullam fidem repromittat de plenitudine tituli, et profeſſione debita autoris.* Quo teſtimonio utitur cum primis Auctor Cogitationum Nouarum, idemque ἀνώνυμος, de Primo et Secundo Adamo. §. CXXII· p. 88. quando nempe uult euincere, ipſos Euangeliſtas, et ſpeciatim Ioannem, plenos titulos ſuis praefixiſſe Euangeliis, et in hiſce titulis argumentum, de quo acturi eſſent, fuiſſe profeſſos. Atque hinc beneficio loci cuiusdam, a Celſo, aduerſus Chriſtianos allati, titulum reſtituere conatur. Celſi uerba apud ORIGENEM L. II· p. 79. ſunt ſequen-

ſequentia: Μετὰ ταῦτα χριστιανοῖς ἐγκαλεῖ, ὡς σοφιζομένοις ἐν τῷ λέγειν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἶναι αὐτολόγον. Καὶ διεταίνε κρατύνειν τὸ ἔγκλημα· ἐπεὶ λόγον ἐπαγγελλόμενοι υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀποδείκνυμεν οὐ λόγον καθαρὸν ϗ ἅγιον, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἀτεμώτατον ἀπαχθέντα ϗ ἀποτυμπανισθέντα. Hic pro αὐτολόγῳ ſubſtituit αὐτοῦ λόγον, et cum nullus dubitat, quin ob oculos Celſus habuerit Euangelium Joannis, titulum iuxta eius tenorem ita informat, Τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον περὶ τοῦ υἱοῦ, ἢ λόγου τοῦ Θεοῦ, *Euangelium ſecundum Ioannem de Filio, ſeu* λόγῳ *DEI.* Aut ſic, περὶ τοῦ υἱοῦ, ὅς ἐστὶν αὐτοῦ λόγος, *de Filio DEI, qui eſt eius* λόγος. Quae ne gratis dixiſſe uideatur, uerba, quae titulum mox excipiunt, ita transfert: *In principio erat* λόγος, *et ille* λόγος *erat apud illum DEVM, et DEVS erat ille* λόγος.

§. 14. Hem criticum, cuius, quod doleo, critica adeo eſt obtuſa, ut nihil ſupra. Vnde probauerit, ex Ioannis haec Celſum petiiſſe Euangelio? Quid ſi petiiſſet ex ſermonibus, libriſque Chriſtianorum, in quibus non raro hoc Filius DEI nomine affectus legitur. Nec deerant, qui Filium αὐτολόγον dicerent. Teſtor ſaltem ORIGENEM, cui hunc loquendi modum uſitatum fuiſſe, ne ipſe quidem Anonymus inficiatur. Neque dubito uulgatiorem hanc lectionem ueram dicere, et genuinam. Etenim inducit hic, quod ex Origene patet, Judaeum Celſus loquentem, qui ipſe profitebatur, ὡς εἴ γε ὁ λόγος ἐστὶν ὑμῖν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ϗ ὑμεῖς ἐπαινοῦμεν. En Judaeus Chriſtianis adſtipulatur, ſicubi λόγον, ſiue Verbum, Filium DEI nominarent. Qui ergo Chriſtianos poterat dicere σοφιζομένους ἐν τῷ λέγειν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι αὐτοῦ (ut Anonymus emendat) λόγον. Id erat, quod conciliare Judaeus haud poterat, eſſe Filium, et ſimul etiam αὐτολόγον, cum haec ipſi uox proceſſionem ab alio negare uideretur. Inde igitur σοφίσμασι opus eſſe Chriſtianis, homo, quisquis fuit, arbitrabatur. Sed demus, hauſiſſe Celſum illam Chriſtianorum ſententiam ex Joanne, unde fidem facturus nobis eſt, ad titulum ſigilla-

gillatim illum reſpectaſſe. Quaſi Joannes non in ipſo Euangelio, et quidem non longe ab initio, λόγον nominet μονογενῆ παρὰ πατρός. Ita com. 14. ſemetipſum cum reliquis τοῦ λόγου, qui caro factus eſt, gloriam uidiſſe affirmat, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. Et com. 18. DEVM nemini uiſum eſſe, commemorat, praeterquam filio, ὁ μονογενὴς, inquit, υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. Id uero dilutum eſt, quod articulum praepoſitiuum, quem nominant, in ſubſidium uocitet? Anne ignorat, τὰ ἄρθρα ſaepenumero πλεονάζειν, καὶ περισσὰ τιθέναι? Quod TERTVLLIANVM concernit, ille nuſpiam diſerte profitetur, Euangeliſtas titulorum eſſe auctores. Neque id ex uerbis, quae adduximus, ulla adſtrui ratione poteſt. Diſputat ille aduerſus Marcionem, qui uel nouum aliquod Euangelium ſuppoſuerat, uel interpolatum ſaltim, pro nouo, uenditabat. Hinc merito ab eodem exigit, ut titulum praeſcribat libro, eiusdemque auctorem prodat. Ex hoc enim poſſe facile colligi, quid de eius habendum ſit γνησιότητι. Quod ſi enim alterius cuiusdam, quam unius ex quatuor Euangeliſtis, praeſcriptum haberet nomen, tum id indicium facere, idemque luculentum, eſſe illud totum, quantum, quantum, ſuppoſititium. Non enim plures quatuor dari Viros, qui hiſtorias, resque geſtas Chriſti θεοπνεύστως literis, teſte Eccleſia, complexi ſint. Quod ſi uero uni ex Euangeliſtis tribueret, tum fraudem mox patere, ſi modo cum reliquis codicibus, et exemplis contenderetur. Ita, opinor, Tertullianus argumentari uoluit, quod unusquisque facile deprehenſurus eſt, qui accuratiori ſtudio in eius mentem, aut ſententiam inquiſiuerit.

§. 15. Ex his, quae generatim hactenus adducta ſunt, facile nunc, ut ego arbitror, innoteſcit, quid de αὐθεντία inſcriptionis ἀποκαλύψεως Ioanneae habendum ſit. Sunt de eadem tres potiſſimum eruditorum ſententiae. Quidam Ioanni ipſi adſcribunt, alii Eccleſiae, eiusque Doctoribus tribuunt, aliis tandem res in ambiguo eſſe uidetur. Vltima *placet* ABRAAMO CALOVIO, qui diſerte profitetur, in *Iſag. p. 9. in*

ambiguo esse, an titulus ille, in quo Ioannes Θεολόγος dicitur, *sit ab ipso profectus auctore, nec ne.* Non obscure tamen CALOVIVS alteram complexus est in *Bibl. Illustr. ad h. l. p. 1709.* dum scribit: *Theologi nomen non Ioannes sibi sumsit, sed qui inscriptionem libri fecit.* Eadem post alios pariter arridet HENR. HAMMONDO ad *h. l.* nec non RICH. SIMONIO in *H. C. N. T. c. XIX. p. 226.* Pro prima sententia omnes illi propugnare uidentur, qui nomen Θεολόγου, quod nusquam in ullo scripturae loco, praeterquam in inscriptione ἀποκαλύψεως reperitur, ἔγγραφον dicunt. Neque, ut uidetur, aliter sentit GERHARDVS, in *Annot. ad h. l.*

§. 16. At enim, ingenue fateor, nullam uideo, eandemque praegnantem rationem, quamobrem eidem subscribam. DIONYSIVS quidem ALEXANDRINVS ap. EVSEB. *L. VII. H. E. c. XXV.* uidetur illi non parum fauere, qui mauult Ioanni, Marco, cuius in Actibus fit mentio, quam Apostolo, librum adscribere, quod auctor mox in limine nomen adscribat. Ὁ δὲ, inquit, ἀποκάλυψιν γράψας, εὐθύς τε ἑαυτὸν ἐν ἀρχῇ προτάσσει. Docet uero ipsa αὐτοψία, non loqui illum, de titulo, sed de libri ipsius exordio, quod mox subiungit. Neque etiam aliquid efficit pronomen, quo utitur, relatiuum, quando Ἀποκάλυψιν ita incipit: Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ἃ. τ. ε. *Non enim, quod falso* sibi persuadent, τὸ αὐτῷ ad Ioannem pertinet, sed ad ipsum Ἰησοῦν Χριστὸν, cui illae a Deo factae sunt reuelationes, non quidem secundum diuinam, sed humanam naturam. Hanc bifariam possumus considerare, uel in se, uel ratione ὑποστάσεως τοῦ λόγου, in quam euecta est, quorum illum considerandi modum Theologorum scholae, *esse naturale*, hunc, *esse suppositale* appellitant. Priori modo Christo data est ἀποκάλυψις, quatenus nunc, quod uix negari poterit, in naturam humanam, ita consideratam, cadit Theologia κατ' ὄψιν. Posteriori modo illam a patre accepisse censendus est, quando unctus est oleo laetitiae prae consortibus, factaque ἀυχημάτων communicatione omnes possidet thesauros τῆς σο-

σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως. Quod ſi uero maxime ad Ioannem referre uelis, quod et feciſſe uidetur DIONYSIVS ALEXANDRINVS, qui, omiſſo nomine Θεοῦ, locum ita explicat: Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ne ſic quidem opus eſſe puto, ut tituli hic ullus habeatur reſpectus. Notum namque eſt, oſtenditque, non uno exemplo, GLASSIVS, in *Philolog. S. L. III. Tr. II. Can. XI.* relatiuum aliquando reſpectare ad conſequens, ſeu ad id, quod in textu ſequitur. Neſcio interim, cur uocem θεοῦ omiſerit DIONYSIVS, quam Syrus interpres, nec non codices tam unanimi conſenſu habent, et agnoſcunt, MILLIVS, cuius ceteroquin, in colligendis uariantibus lectionibus, induſtria nonnunquam nimia eſt, hic nullam in codicibus, quos conſuluit, uariationem deprehenderit.

§. 17. Contra, grauiores omnino adſunt rationes, quamobrem alii potius, quam quidem Ioanni, hanc inſcriptionem tribuamus. Etenim non uideo, quomodo cum eius conciliari αὐθεντία poſſint tot uariae, quas paſſim perpeſſa eſt, mutationes. Quod ſi ea Ioannem haberet auctorem, nullus dubito, quin manus aeque ab inſcriptione, ac ipſo libro mutando, abſtinuiſſent ueteres. De uariationibus autem non eſt, quod pluribus exponam, quae ubiuis fere obuiae ſunt. MILLIVS affert codicem, Actus iuxta et Ἀποκάλυψιν contineutem, qui ex Muſaeo PETAVII ad Chriſtianam Succorum Reginam peruenit, et ab hac Bibliothecae Vaticanae illatus eſt, qui ita legit, Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου καὶ εὐαγγελιστοῦ. Longior eſt inſcriptio, quam Biblia Complutenſia habent, et in ſua editione retinuit ARIAS MONTANVS, Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου, καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. Non diſquiram nunc, an per humilitatem, quam prae ſe ferebant diuiniores hi Viri, talia in ſe conferre elogia Ioannes potuiſſet. Id ſaltim dico, ſapere ea aetatem omnino ſequiorem. Quod uel ex EVSEBIO euinco, in *H. E. L. III. p. 120.* qui dum Apoſtolos, et in his Ioannem, ab omni arrogantiae uitio immunes pronunciat, inter alia affert, quod, nominibus ſilentio praetermiſſis, ex libris, quos confe-

cere, nec famam, nec gloriam, captarint. Speciatim de Ioanne haec habet, ἐν μὲν γὰρ ἐπιστολαῖς αὐτοῦ οὐδὲ μνήμην τῆς οἰκείας προσηγορίας ποιεῖται, ἡ πρεσβύτερον ἑαυτὸν ὀνομάζει· Οὐδαμοῦ δὲ Ἀπόστολον οὐδὲ Εὐαγγελιστήν. Nonne ex his indicium licet ſumere, idemque clariſſimum, inſcriptionem tantis elogiis plenam, νοθεύειν? Neque eſt, quod aliquis exiſtimet, EVSEBIVM forſan Ἀποκάλυψιν non habuiſſe pro uero, et genuino Ioannis ſcripto. Quod dubium me aliquando torſit. Nam ſi uel maxime res ita ſe haberet, tamen non poterat EVSEBIO, qui tot ueterum euoluerat monimenta, eſſe obſcurum, eandem, unanimi fere omnium conſenſu, Ioanni tribui auctori. Audiamus TERTVLLIANVM, qui L. IV. aduerſus Marc. c. V. diſerte ſcribit: *Habemus et Ioannis alumnas Eccleſias. Nam etſi Apocalypſin eius Marcion reſpuit: Ordo tamen epiſcoporum ad originem recenſus, in Ioannem ſtabit autorem.* Hinc omnino e re erat, Lectores monuiſſe, quibus ex Ἀποκαλύψει occaſio enaſci poterat, de ueritate aſſertionis dubitandi. At enim habuiſſe EVSEBIVM Ἀποκάλυψιν pro genuino Ioannis libro, id clarum fit, luculentumque, ex *L. III. H. E. c. XXV.* ubi, facta librorum N. T. recenſione, Ἀποκάλυψιν ὁμολογουμένοις annumerat.

§. 18. His ſubiungo Verſiones, quae non modo quaedam omittunt, in inſcriptione Graeca occurrentia, ſed et alia addunt, in quibus aliquando inſignes παραχρονισμοὶ committuntur. Ad primam claſſem interpres pertinet VVLGATVS, qui librum ita inſcripſit, *Apocalypſis Beati Ioannis Apoſtoli*, cum quo conſentit Verſio Arabica, iuxta VVLGATAM, quae plerorumque eſt opinio, expreſſa. Addit tamen nomen etiam *Euangeliſtae*, et titulum ita plenius informat: *Viſio Ioannis Apoſtoli et Euangeliſtae.* Ad poſtremam refero SYRVM, qui ſimul et locum commemorat, ubi Ioanni Apocalypſis obtigit, et Imperatorem, a quo miſſus eſt in exilium. Forſan imitari uoluit morem illum ueterum, quibus in uſu erant ὁλόγραφοι ἐπισημειώσεις, ſiue indices iſtiusmodi, qui argumentum non modo, ſed et tempus, iuxta et locum ſcripti, editique libri, ſignificabant. Adſcribam ipſam inſcriptionem, uti a SYRO in

fronte

fronte libri exhibetur : גליא רחוא על יוחנן אונגליסטא מן אלהא בבטאמון גזרתא דאשתרי לה מן נארון קיסר: i. e. *Reuelatio, quae facta eſt Ioanni Euangeliſtae a DEO in Pathmo inſula, in quam proſcriptus erat a Nerone Caeſare.* Videntur etiam Pathmi meminiſſe aliorum Codd. inſcriptiones, quae quidem hodieque uix amplius ſuperſunt. Quod colligo ex teſtimonio THEODOSII ALEXANDRINI, in Commentario ad DIONYSIVM THRACEM, huc dum inedito, et inter codices, quibus patriam HOLSTENIVS donauit, aſſeruato. Excerpſit locum Celeberrimus FABRICIVS, in *Cod. Apoc. N. T. p. 954.* et ita ſe habet : *καὶ ἑτέρα ἀποκάλυψις, ἡ λεγομένη τοῦ θεολόγου, οὐ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, μὴ γένοιτο, αὕτη γὰρ ἀληθεςάτη ἐςὶν, ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλότριον.* Quis interim non facile uidet, quantopere hallucinetur SYRVS, dum illam proſcriptionem ſub Nerone factam dicit, quam ueteres ad unum fere omnes, ſi ab EPIPHANIO receſſeris, ſub Domitiano contigiſſe, rectius perhibent. Ita poſt EVSEBIVM *L. III. H. E. c. XVIII.* HIERONYMVM in *Cat. S. E. cap. IX.* SVLPICIVS SEVERVS *L. II.* nec non PRIMASIVS in *Prooem. Com.* in Apoc. Addo Martyrologium Romanum, quod ad d. VI. Maii affirmat, Ioannem ab Epheſo Domitiani iuſſu uinctum, Romam perductum, et, Senatu iudicante, ante portam Latinam in olei feruentis dolium miſſum. At illam in feruens oleum immiſſionem, quam temere in dubium uocat Spanhemius, mox excepit relegatio. Quod nos docet Tertullianus, de Praeſcript. Haeret. cap. XXXVI. cuius haec ſunt uerba. *Si talia adiaces, habet Romam, unde nobis quoque autoritas praeſto eſt. Ita quam felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt, ubi Petrus paſſioni Dominicae adaequatur. Vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: Vbi Apoſtolus Ioannes poſtea quam in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.* Non poſſum ergo ſatis demirari, Hentenium, poſthabitis tot ueterum teſtimoniis, hanc in inſulam relegationem Neroni uindicare potuiſſe. In quem non immerito inſurgit STEPHANVS LE MOYNE, in Not. ad Var. Sacr. p. 1019. ſeqq. etſi Verſionem Syriacam ab errore liberare uelit impacto. Putat enim

Syriacam Verſionem per Neronem intellexiſſe Domitianum, qui *alter Nero* appellatus eſt. Quae ne fruſtra affirmaſſe uideatur, affert quaedam teſtimonia IVVENALIS, AVSONII, TERTVLLIANI, ex quibus patet, Domitianum Neronis uenisse nomine, quibus addit Auctorem Arabem uitae Ioannis, cui ille, a quo liberatus eſt Ioannes, nominatur נירון אלצעיר, *Nero paruus*, in quo tamen hallucinatum illum eſſe, contendit, ſiquidem Ioannes ſub Nerua demum in libertatem ſit reſtitutus. Ingenioſa eſt, fateor, haec ſententia, ſed uereor, ita ſolida ſit, ut non aliquam patiatur dubitationem. Etenim in iſtiusmodi inſcriptionibus uocum quam maxime amare proprietatem ſolemus, ſi quando circumſtantias attingimus hiſtoricas, quae nudam faciem, uultumque poſtulant. Teſtimonia, quae afferuntur, nondum euincunt, Domitianum, absque temperamento, nominatum eſſe Neronem. Vtrique enim et Iuuenali, et Auſonio, *Nero* nominatur *Caluus*. Tertulliani uero lectio, qua *portio Neronis* dicitur, minime erat ſugillanda, quam EVSEBIVS, ſcriptor grauis, optimisque inſtructus codicibus adſtruit. Quod ſi ita κρίσιν exercere uelimus, quis tandem κρίσεως, emendationum, et exculpationum erit finis. Accedit et alios ex Africanis, qui Tertulliani libros, manu, diurna nocturnaque, ſolebant terere, eiusdemque φράσεις, et loquendi modos complecti, Domitianum dixerint *Neronis partem*, ſiue *portionem*. Petilianus, Donatiſta, apud AVGVSTINVM: *Relinquam Neronem, qui primus perſecutus eſt Chriſtianos; Domitianum ſimiliter, Neronis maximam partem*. Quem locum ad illuſtrandum TERTVLLIANVM pridem, neque id immerito, adduxit RIGALTIVS. Neque tandem uideo, qui *Neronis parui* denominatio in Domitianum competat, quem crudelitate Neroni haud inferiorem, ſed parem hiſtoriae dicunt. Sufficiat uel ſolum adduxiſſe LACTANTIVM, qui in egregio, de Mortibus Perſecut. Libro c. III. de Domitiano, *poſt hunc*, NERONEM, inquit, *interiectis aliquot annis, alter non minor tyrannus*, DOMITIANVM intelligit, *ortus eſt*. Quodſi interim Arabs per Neronem paruum, Domitianum intellexerit, non caret eius narratio probabilitatis ſpecie, Ioannem ab ipſo Domitiano libertati eſſe reſtitutum. *Nam ipſe Domitianus*, quae ſunt Tertulliani, in Apol. c. V. uerbra, *facile coeptum*

ptum repreſſit, reſtitutis etiam, quos relegauerat. Scio uero, EVSEBIVM, in Chronicis ad Neruae, HIERONYMVM, in Cat. S. E. c. IX. ad Pertinacis, hanc Ioannis, reſtitutionem reiicere tempora, niſi mendum agnoſcere in Hieronymo cum Victorio, et aliis uelimus.

§. 19. *Non leuiter tandem inſcriptionis* αὐθεντία inde labefactatur, quod uideam, ex Patribus, primi, ſecundi, addo, et tertii ſeculi, neminem plane Ioannem θεολόγον dixiſſe, etiam tum quando eius ἀποκαλύψεως meminerunt. OWENVS quidem in θεολογ. c. I. p. m. 5. ORIGENEM primum id feciſſe, ſcribit. At enim ſcripſiſſe mihi hoc uidetur GROTII ſaltem, innixus auctoritate, ſiquidem nullo ſuae fidem aſſertioni teſtimonio conciliauit. Obtinuit haec appellatio, ſeculo demum IV. et, niſi me omnia fallant, primus, uel ſaltem inter primos, EVSEBIVS fuit, cui, de Praep. Euang. L. XI. 18. Ἑβραίων nominatur θεολόγος, propterea quod luculentius de λόγου diuinitate, quam θεολογίαν nominant, reliquis exponit. Ita namque EVSEBIVS L. III. H. E. c. XXIV. εἰκότως δ' οὖν τὴν μὲν τῆς σαρκὸς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίαν, ἅ τε Ματθαίῳ καὶ Λουκᾶ προγεγράφεισαν, ἀποσιωπῆσαι τὸν Ἰωάννην. Τῆς δὲ θεολογίας ἀπάρξασθαι, ὡς ἂν αὐτῷ πρὸς τοῦ θείου πνεύματος ὅια κρείττονι παραπεφυλαγμένης. Et L. I. c. II. Euangelium μυστικὰς τῶν γραφῶν θεολογίας appellitat. Non tamen ita ſoli Ioanni iſtud nomen tribuit EVSEBIVS, ut non idem quoque in alios ſubinde conferret. Nam L. VII. 9. de D. E. MOSES ὁ θαυμάσιος θεολόγος, et L. XI. 19. Paullus Ἑβραῖος dicitur θεολόγος. Quid? quod ſi fabulae habenda eſt fides, etiam poſt obitum Marcus Euangeliſta, in Inſula Augia Diuite, ubi eius requieſcere creditur corpus, hoc ſe aliquando appellauit nomine. Cum enim non nemo de rei ueritate dubitaret, apparuit ipſi Marcus, et, interrogatus, quis eſſet, indignabundus reſpondit, Ἐγὼ εἰμὶ Μάρκος θεολόγος. Quam relationem, ab Anonymo confectam, et in Bibliotheca Reipubl. Ratisbonenſis inuentam, ELIAS EHINGERVS cum IO. GEORG. DORSCHAEO communicauit, qui eandem, appendicis loco, ſubiunxit Sceletomaniae Pontificiae. Quis uero non facile uidet, ipſam φράσιν hominem ſapere Graecarum literarum imperitiſſi-

tissimum. Neque ullibi in tota antiquitate Marcum κατ' ἐξοχὴν ita denominatum esse legimus. Forsan fabulae conditor legerat, Ἀποκάλυψιν, cuius auctor in inscriptione dictus est, θεολόγος, a quibusdam inter uetustiores, et nominatim DIONYSIO ALEXANDRINO, tributam esse Ioanni, Marco, Paulli et Barnabae in profectionibus, religionis propagandae caussa institutis, comiti fidelissimo. Hunc igitur cum Marco Euangelista, a quo tamen omnino diuersus est, confudit. Mittamus fabulam, a DORSCHAEO iam dum satis profligatam. Post haec tempora magis illa magisque inualuit denominatio, cepitque, quod ex ATHANASII, GREG· NAZIANZENI, EPIPHANII, aliorumque scriptis patet, Ioannes κατ' ἐξοχὴν passim nominari Theologus. Sed apud Latinos, sequiori demum aeuo, ea frequentari cepit, quippe qui *Apostolum* modo illum nominabant, si quando ex Apocalypsi quaedam excitarent. Testor saltem TERTVLLIANVM, qui aduersus MARCIONEM, *L· III· 14. Nam et Apostolus Ioannes in Apocalypsi, ensem describit ex ore DEI prodeuntem, bis acutum, praeacutum.* Nec aliter Interpreti VVLGATO, quod supra uidimus, appellatur.

§. 20. Etsi uero Inscriptio non agnoscat auctorem ipsummet Ioannem, quod IO· pariter OVENVS l. c. fatetur, Negari tamen nequit, omnia in illa comprehendi, quae ad bonam inscriptionem requiruntur. Argumentum sistit in uoce Ἀποκαλύψεως, nulli scriptorum, praeterquam sacris, usitata. Quod suo iam tempore obseruauit HIERONYMVS, cuius haec *T· IX· Opp. f. 95.* uerba sunt : *Verbum quoque ipsum ἀποκαλύψεως, id est reuelationis proprie scripturarum est, et a nullo sapientum seculi apud Graecos, usurpatum.* Descendit ἀπὸ τοῦ ἀποκαλύψαι, et obscurorum manifestationem denotat. Nam POLLVCI *VI· 207.* συνώνυμα sunt, διακαλύψαι, ἐκκαλύψαι, ἀποκαλύψαι, et δηλῶσαι, ἐκφῆναι etc. Nec poterat commodiori dictione libri huius exprimi argumentum, quippe qui, praeter alia abstrusiora, futura enarrat Ecclesiae fata, nemini citra diuinam manifestationem nota, quicquid dixerint, PETITVS, aliique, qui animae δύναμιν inesse contendunt futura praedicendi. Graecam hanc uocem Latinus retinet. Arabs uero ex

ex editione Londinenſi transfert, per חזון, ſiue *Viſionem*, imitatus haud dubie ſtylum Veteris Teſtamenti, iuxta quem reuelatio, Vatibus facta diuinioribus, חזון et ראה nominatur. In quibus explicandis uocibus dum Iacobus uerſatur GVSSETIVS, in *Com. L. E.* plus mihi ingenii, quam ſoliditatis, quod non raro facit, oſtentaſſe uidetur. Interpretes ſane LXX. utrumque uocabulum ὅρασιν interpretati ſunt. Vid. *2. Paral. XXVI. 4. Eſ. I. 1.* In editione tamen, quam curauit ERPENIVS, nomen Ἀποκαλύψεως retinetur, et Viſionis notio, quam ſolam Londinenſis habet, ἐπεξηγήσεως gratia, adiicitur.

§. 21. Praeter argumentum exhibet etiam nomen Auctoris, quem Ioannem nominat. Ioannes is nullus eſt alius, quam CHRISTI diſcipulus, cui et Euangelium, et tres Epiſtolas debemus. Fuere quidem, non nego, iam inter uetuſtiores, de uero Ἀποκαλύψεως auctore, nonnullae controuerſiae, quibus etiam LVTHERVS quondam, ὁ μαχαίρης, commotus eſt, ut de libri θεοπνευσίᾳ aliquantulum dubitaret. Quod uero nec ipſi, nec Lutheranis debet eſſe fraudi, ut αἱρετικοῖς annumerentur, ceu nuper quidam in Anglia, ζηλώσαντες οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, fecerunt. Non enim ideo LVTHERVS, quod in more ſolent habere poſitum ἄνθρωποι αἱρετικοὶ, de libri γνησιότητι detraxit, quaſi ſibi, ſuaeque doctrinae, ab eodem metueret, ſed quia tum temporis κρίτικὴ ad illam nondum peruenerat ἀκμὴν, ad quam hodie aſcendit. Vnde nobis, qui multis praeteruecti ſumus difficultatibus, multa, in hoc quidem ſtudiorum genere, licet uidere, quae maiores noſtros fugiebant. Plura ad hanc pertinentia controuerſiam, poſt multos alios, legi poſſunt, in uaſtae lectionis, doctrinaeque Prolegomenis, quae IO. MILLIVS N. T. praemiſit, ubi ſpeciatim DIONYSII ALEXANDRINI argumentandi rationes ſub cenſuram et examen uocat.

§. 22. Auctorem, puta Ioannem, inſcriptio porro, commendationis gratia, nominat θεολόγον. De cauſſis huius appellationis non conuenit inter omnes. RICHARDVS SIMONIVS *H. C. N. T. c. XIX. p. 226.* arbitratur, auctores inſcriptionis

ptionis uoluisse saltem hoc nomine significare Ioannem Euangelistam, quem PATRES GRAECI Theologum appellarint κατ' ἐξοχήν, ut ita eundem ab aliis distinguerent Euangelistis. Forsan ab hac sententia non alienus fuit ex nostratibus HERWARTVS, qui in *Introd. ad Lect. Bibl. p. 90.* Ioannem Theologi appellatum esse nomine, scribit, ad differentiam Ioannis Baptistae. Communior sententia, ideo Ioanni id nominis datum esse, existimat, siquidem reliquis Euangelistis copiosius, luculentiusque, de diuinitate Liberatoris testatus est. Hanc, ne Theologos commemorem, complectuntur IO. CLVVERVS, in *Diluculo Apocalyptico T. I. c. II. p. 4.* KROMAYERVS ad *h. l.* SVICERVS in *Thesauro*, STEPHANVS LE MOYNE, in *Not. ad V. S. p. 1015*, OWENVS in Θεολ. *c. l. p. m. 5.* HAMMONDVS *in Not.* ad hunc locum, qui tamen styli addit sublimitatem, multique alii, a IO. GEORG. DORSCHAEO, in *Not. XLVI. ad Append. Scelotom.* laudati, qui ipse huic pariter sententiae adstipulatur. Recentissime uero nouam proposuit ZACH. GRAPIVS, ὁ μακαρίτης, in *Comp. Theol. p. 4.* qui denominationis rationem a uisionibus petit Maiestatis DEI, inter choros Angelorum praesentis, a quibus ex *Ezech. I.* prima Theologiae Iudaicae antiquissimae pars uocatur מעשה מרכבה, *opus quadrigae.* Ergo, nisi me omnia fallant, datum est Ioanni hoc nomen ad imitationem Iudaeorum, et, quam illi habebant, Theologiae diuisionem.

§. 23. Sunt momenta quaedam ante praestruenda, quam ad ipsius quaestionis, sententiarumque discussionem descendamus. *Primum* est, denominationis ratio omnium optime in ipso libro inuestigatur, et ex eodem petitur. Cum enim Ecclesiae Doctores, neque in Epistolarum, neque Εὐαγγελίου inscriptione Theologum eum nominarint, sed saltem in fronte Ἀποκαλύψεως, non caret, opinor, probabilitatis specie, ad ipsam Ἀποκάλυψιν potissimum illos respectum habuisse. Quid? quod ipsam inde Ἀποκάλυψιν nominarint Θεολογικήν. Testes sunt uersiculi ἀνωνύμου cuiusdam, exhibiti a STEPHANO LE MOYNE, in *Not. ad V. S. p. 1015.*

Θεολο-

Θεολογικὴ δ' Ἀποκάλυψις πάλιν
Σφράγις πέφυκε τῆς δε τῆς βίβλου πάσης.

Alterum eſt, duae quaeſtiones probe hic ſunt diſtinguendae. Quaeri enim poteſt, absque omni temperamento, eccur Ioannes nominetur Theologus? et cum temperamento, eccur ſpeciatim in inſcriptione Ἀποκαλύψεως ita appelletur. *Tertium* eſt, gentes, ſuperſtitioni deditae, primi nominis ſunt auctores. Ab his uetuſtiores accepere Eccleſiae Doctores, qui non raro, docente id CASAVBONO, in *Exercit.* aduerſus BARONIVM *XVI. 43.* uocabula quaedam a Paganorum ſacris, et ritibus, ad res diuiniores transtulerunt.

§. 24. Ex his igitur, quae diſputata hactenus ſunt, non difficile erit iudicatu, quid de ſententiis, ante enumeratis, habendum ſit. Nulla namque ſcopum attingit, aut dicit, quam ob rem Ioannes, in inſcriptione ſpeciatim Ἀποκαλύψεως Θεολόγου conſecutus ſit nomen. GRAPII, non nego, ſententia, illum ſuo modo ferit, ſi modo probari poſſet, diuiſionem Theologiae apud Iudaeos tantam habere aetatem, aut Patribus, qui rerum Iudaicarum ignariſſimi fuere, notam fuiſſe, aut perſpectam. Vtrumque, quod nemo non uidet, probatione quam maxime indiget. MAIMONIDES, qui eandem plus ſimplice uice enarrat, recentioris eſt aeui, neque exploratum ſatis habemus, an omnia, quae de rebus Iudaicis refert, ab ultima iam apud Iudaeos origine reuera obtinuerint. Interim certum eſt, Doctores multa a gentibus, uero DEI cultu deſtitutis, petiiſſe, et ad Sacra Chriſtianorum accommodaſſe. Quod religioni Chriſtianae fraudi fuit, certe non exiguae. Inde tot apud Pontificios ritus, qui theatralem quidem ſanctitatem ſapiunt, ſed ueram, Deoque placentem, ſufflaminant. Hoc usque adeo uerum eſt, ut neque id inficientur quidam inter ipſosmet Pontificios. Diſerte CASALIVS, de *Vet. Sacr. Chriſtianorum Ritibus c. LX.* ſcribit: *Licuiſſe Eccleſiae, quae apud Ethnicos impie ſuperſtitioſo cultu agebantur, ſacro ritu expiata ad pietatem Chriſtianam transferre.*

§. 25. Etsi uero non negem, distinctionis gratia, hoc Ioanni nomen dari, tamen specialiores afferendae sunt rationes, quam ob rem, hoc speciatim nomine illum a reliquis distinguere Doctores uoluerint. Alioqui nomen, quod uel ex circumcisione, uel ex officiis gerebat, sufficere omnino potuisset. Primum enim facile illum distinguebat a reliquis tribus Euangelistis, inter quos nemo Ioannis insignitus fuit nomine. Alterum discernebat a Ioanne Baptista, qui nusquam Apostolus, aut Euangelista denominatus est.

§. 26. Communior sententia tum meretur calculum, si in inscriptione Εὐαγγελίου Theologus diceretur. Hoc enim Εὐαγγέλιον ideo conscripsit, ut ex professo, dataque opera, Cerinthum et Ebionem, diuinitatem CHRISTI inficiantes, oppugnaret. Quod suo IRENAEVS, HIERONYMVS, alii, confirmant calculo. Et quamuis non pauca pro diuinitate CHRISTI testimonia, etiam in Apocalypsi, prostent, ea tamen non satis esse uidentur, ut κατ' ἐξοχὴν θεολόγος appelletur, siquidem talia etiam reperiuntur in Epistolis, nec non reliquorum Amanuensium, eorundemque diuiniorum, scriptis. Quod si dixeris, nomen θεολόγου, quod Εὐαγγελίου scriptione consecutus erat, ideo saltem inscriptioni Ἀποκαλύψεως a Doctoribus esse insertum, ut iudicarent, eundem esse Ἀποκαλύψεως, qui Εὐαγγελίου, auctorem, tum quidem mirari subit, cur nunquam istud nomen inscriptionibus Epistolarum adiecerint, inprimis, cum duae posteriores, teste EVSEBIO *L. III. H. E. c. XXV.* fuerint quondam ἐν ἀντιλεγομένοις.

§. 27. Quod si nostram profiteri liceat sententiam, non nego, Ioannem θεολόγον posse nominari ob diuinitatem Christi, quam passim, et sigillatim in Euangelio adstruit. Nemo enim adeo rerum rudis est sacrarum, qui ignoret, uocem θεολογίας, praeter alias significationes, illam Patribus denotare doctrinam, quae de diuina τοῦ λόγου natura exponit. Prostant eam in rem infinita fere exempla, a VALESIO, PETAVIO, et, qui PETAVIVM descripsisse uidetur, SVICERO collecta, ut pluribus nunc cumulandis supersedere facile possimus.

mus. Dixi uero notanter, *praeter alias significationes.* Solebant enim Patres uocem Θεολογίας laxius pariter accipere, et cum omnem generatim, de DEO, rebusque diuinis, doctrinam, tum uero speciatim eam, quae de Trinitatis μυστηρίῳ agit, ita denominare. Et huius quidem significationis exemplum quinque Orationes GREG. NAZIANZENI nobis praebent, durauitque illa Sec. adhuc XII. in quo PET. ABELARDVS Introductionis in Theologiam libros III. confecit, αἱρέσεως nimirum quantum suspectos. Illius autem significationis, ex EVSEBIO dare possum, qui de P. E. XI. 18. affirmat, Mosen μετὰ τὴν πρώτην θεολογίαν, ad quam refert, τὴν περὶ θεοῦ γνῶσιν, τήν τε περὶ ὅλων διακόσμησιν, progredi porro ἐπὶ τὸ δεύτερον δόγμα φυσικὸν ὁμοῦ καὶ φιλόσοφον, quod de natura hominis agit. Ergo ex Eusebii sententia doctrina de DEO, eiusque operibus, nec non homine, a DEO condito, θεολογία est, et dicitur. Et uidentur ueteres, hunc, in proponenda diuiniori doctrina, obseruasse ordinem, ut, diuinis consideratis, ea pariter, quae ad hominem pertinent, persequerentur. Testificantur id Loci Theologici, a LEONTIO CYPRIO confecti, quorum hanc nobis ex TVRRIANO sistit faciem PAVLLVS COLOMESIVS, *in Paralip. de Script. Eccles. Opp. iunctim edit. p. 703.* Absoluuntur duobus uoluminibus, altero τῶν θείων, altero τῶν ἀνθρωπίνων. Nondum illi lucem uiderunt. Vnde COLOMESIVS, qui Locos istos Romae MSS. in Bibliotheca Fratrum Loioliticorum exstare, fama, sermonibusque perceperat, uehementer optauit, *exoriatur aliquis, qui eos cum blattis ac tineis forte luctantes prodire foras iubeat.* Atque in hac tractandi Theologiam ratione studium pariter conspicitur imitandi Philosophos, qui Philosophiam non modo finiebant γνῶσιν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, sed haud dubie etiam, in ipsa Philosophiae explicatione, τὰ θεῖα τοῖς ἀνθρωπίνοις praemittebant. Nolo tamen huc referre Pythagoricos et Italicos, quod nonnulli faciunt HORNIVM L. *III.* H. P. c. *VII.* p. 157. Pythagoras enim, si quando aliquos Philosophia Esoterica imbueret, initium faciebat a Mathematicis, his subiungebat Philosophiam Naturalem, quam Physicam dicimus, et tum demum Theologiam persequebatur, siue, ut cum Iamblicho loquar, ἐπιστήμην περὶ νοητῶν καὶ θείων. Neque aliter forsan ARI-

STOTELES, qui, teſte CLEMENTE ALEXANDRINO, *L. I. Stromat. p. 534.* τὸ εἶδος θεολογικὸν, ἡ ἐποπτείαν, μετὰ τὰ Φυσικὰ nominauit. Quo nomine libri hodie exſtant, in quibus θεολογίαν potiſſimum perſequitur Ariſtoteles. Hos uero ab ordine tractandi denominationis rationem accepiſſe, dubio caret omni, totusque in eo eſt P. JO. NVNNESIVS, *in Peripat. Philoſoph. Inſtit. IV. 20. ſqq.* ut probet, τὰ μετὰ τὰ Φυσικὰ, praeceptiones, ex mente Ariſtotelis tradi, explicarique debere.

§. 28. Sed enim cum nullus dubitem, quin hic potiſſimum locorum ad ipſam haberi ἀποκάλυψιν reſpectus debeat, ex illa rectius denominationis petitur ratio, adhibitis, illuſtrationis gratia, iſtis reliquis, ob quas Graeci hos, iſtosue uiros Theologorum inſignire uoluerint nomine. Inuenio autem θεολόγους appellatos eſſe Graecis, *Poetas, Sacerdotes, Philoſophos*, Epoptas. Quibus omnibus hoc dabatur nomen, ob ἔκστασιν et θεοπνοὴν, ob donum προφητείας, aut praedicendi futura, ob facultatem, qua prae aliis gaudebant, intuendi in myſteria, quae rudi plebeculae occultabantur, tandem ob explicationem, et expoſitionem myſteriorum. Atque ita, cum Theologum ex Graecorum mente nomino, nomino Virum θεόπνευστον, προφήτην, ſacrorum et myſteriorum, ad quae propius conſpicienda admittebatur, interpretem. Solebant uero hi θεολόγοι, ſi quando de rebus ſcriberent ſublimioribus, omnia αἰνιγματικῶς, aut συμβολικῶς literis conſignare, ne mox ab uno quoque intelligerentur, et ita ſenſim paulatimque praeceptiones uileſcerent. Adiicienda ſunt in rei confirmationem antiquitatis teſtimonia. Poetas dictos eſſe Theologos, praeter LACTANTIVM, AVGVSTINVM, aliosque, CLEMENS ALEXANDRINVS teſtificatur, qui, ſi quid ex Poeta excitat, illum dicit θεολογεῖν. Quo loquendi modo de HOMERO utitur, in *Protrept. p. 10.* EPIMENIDEM, Cretenſium Poetam, θεολόγον nominat DIODORVS SICVLVS. Idem uero Paullo Tit. I. 12. προφήτης dicitur. Edebat enim non raro uaticinia, quae quidem ARISTOTELES de rebus magis praeteritis fuiſſe ſcribit, quam futuris, notatus ea propter a BORREMANSIO, *in Dialogo, de Poet. et Proph. p. 71. ſqq.* Neque ullum mihi eſt dubium, quin eodem

Mr. Wesley's paper, addressed "To the Rev. Mr. Whitefield," is dated "Bristol, Sept. 3, 1770," and begins as follows:

"Reverend and dear Sir,—I have been thinking, Is it not our bounden duty to make one more attempt to prevent this unprofitable war? Let us not hurt one another. Let us not weaken each other's hands. Why should we be at variance about the manner of declaring the glad tidings of salvation? Suppose the Calvinistic manner be the best, (which I do not allow,) yet is it not enough to preach it in private societies, and to defend it in controversial writings? Why should we use it in the midst of a congregation, where it will be sure to occasion disputes? Why should we not preach the truth as it is in Jesus, and let that truth take its own way to the hearts of the hearers? Why should we not strive to speak in the most inoffensive manner, and to avoid all needless offence? Why should we not labor to be as clear as possible, and to use the most mild and winning words? Why should we not endeavor to be instant in season, out of season, to be always ready to preach, and to preach all the truth, and nothing but the truth? Lastly, why should we not be willing to spend and be spent in the work of God, and to lay down our lives for the brethren?"

Mr. Whitefield's answer is dated "Boston, New England, Oct. 24, 1770," and begins as follows:

"Reverend and dear Sir,—I thank you for your kind letter. I am glad you have been thinking whether it is not your bounden duty to make one more attempt to prevent this unprofitable war. Let us not hurt one another. Let us not weaken each other's hands. Why should we be at variance about the manner of declaring the glad tidings of salvation? Suppose the Arminian manner be the best, (which I do not allow,) yet is it not enough to preach it in private societies, and to defend it in controversial writings? Why should we use it in the midst of a congregation, where it will be sure to occasion disputes? Why should we not preach the truth as it is in Jesus, and let that truth take its own way to the hearts of the hearers? Why should we not strive to speak in the most inoffensive manner, and to avoid all needless offence? Why should we not labor to be as clear as possible, and to use the most mild and winning words? Why should we not endeavor to be instant in season, out of season, to be always ready to preach, and to preach all the truth, and nothing but the truth? Lastly, why should we not be willing to spend and be spent in the work of God, and to lay down our lives for the brethren?"

θεολογικὴν, quarum poſtremam diſerte ἐποπτείαν nominat. Quid ergo obſtat, quo minus Epoptae Theologi appellentur.

§. 29. Quae hactenus de ſignificatione Theologorum dicta ſunt, ea ſane, reiectis modo impuritatibus, omnium rectiſſime in Ioannem, propter Ἀποκάλυψιν, conueniunt. Eſt ille προφήτης, et de futuris Eccleſiae fatis uaticinatur. Eſt Epopta, admiſſus namque eſt ad uiſionem ſummorum myſteriorum, quae coram uidit et percepit. Totus liber ſcatet myſteriis, et αἰνιγματικῶς eſt conſcriptus. Et μυςηρίων quidem nomine, in ipſa Apocalypſi, quas Ioannes habuit, uiſiones inſigniuntur. uid. c. I. 20. Αἰνιγματικὴν uero ſcribendi rationem ipſius libri inſpectio docet, cumque Nepos aliquando ἔλεγχον Ἀλληγοριςῶν ederet, in quo grauiter perſtringebat doctores, librum ἀλληγορικῶς interpretantes, aduerſarium ille habuit DIONYSIVM ALEXANDRINVM, uirum grauem, et Chiliaſticis, quibus Nepos indulgebat, opinionibus, commentisque infenſiſſimum. Hinc ſenſus ſaepenumero latet abſconditus. Neque aliquis credo, repertus eſt, qui, ſenſum ſeſe ἀποκαλύψεως in omnibus affecutum eſſe, dixiſſet. IOSEPHVS quidem SCALIGER, quod Scaligeriana confirmant, p. 26. gloriatus quondam eſt, *ſe nihil ignorare eorum, quae in Apocalypſi continentur.* Sed pertinent haec ad δοκησισοφίας ſpecimina, quae SCALIGER non pauca edidit. Rectius DIONYSIVS ALEXANDRINVS *L. VII. 23.* μείζονα δὲ τῆς ἐμαυτοῦ φρονήσεως τὴν ὑπόληψιν τὴν περὶ αὐτοῦ λαμβάνων, κεκρυμμένην εἶναί τινα, καὶ θαυμασιοτέραν τὴν καθ' ἕκαςον ἐνδοχὴν ὑπολαμβάνω. Καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίημι, ἀλλ' ὑπονοῶ γε γοῦν τινα βαθύτερον ἐγκεῖσθαι τοῖς ῥήμασιν. Οὐκ ἰδίῳ τούτου μετρῶν καὶ κρίνων λογισμῷ, πίςει δὲ πλέον νέμων, ὑψηλότερα ἢ ὑπ' ἐμαυτοῦ καταληφθῆναι νενόμικα. Inde igitur Ioanni nomen ΘΕΟΛΟΓΟΥ. Ex quibus ſingulis perfacile iudicabis, quo numero reliquae inſcriptiones ſint habendae, et quo duplicem ἐπιγραφὴν Lucae praemiſſam retuleris. Nimirum illae, quas pag. 802. ſq. dedimus, utique a nudis hominibus ſunt adiectae, haec uero, quae commat. 1. 2. 3. 4. tanquam *textualis* praemittitur, omnino θεόπνευςος eſt, et rectius introitus, quam ἔλεγχος dici meretur.

§. 30.

§. 30. Ἐπεχείρησαν, *adgreſſi ſunt in manus ſumendo.* STEPHANVS: *Adgreſſi ſunt componere narrationem de rebus, apud nos teſtatis, et quarum plena fides facta eſt.* CAMERO: Ἐπεχείρησαν: *Et hoc etiam κατ' ἐξουθενισμὸν dictum eſt. Certe aliud eſt* γράψαι παρηκολουθηκότα πάντα ἄνωθεν ἀκριβῶς, *aliud uero* ἐπιχειρεῖν ἀνατάξασθαι διήγησιν. CASAVBONVS melius: Interpretes putant de Pſeudapoſtolis loqui Euangeliſtam, propter uerbum ἐπεχείρησαν, quaſi innuat Lucas, hos quidem ἐπιχειρῆσαι, ſed non τελειῶσαι, ut THEOPHYLACTVS interpretatur. Et ſane ἐπιχειρεῖν, ſi propriam ſignificationem ſpectes, nihil aliud eſt, quam *adgredi* et *incipere aliquid.* Verum ſi neceſſario ex eo conſequitur, hos, quod ſuſceperant, et inſtituerant, non perfeciſſe, quia ἐπιχειρῆσαι tantum dicuntur, quid dicemus de ſimili eiusdem Lucae loco initio Actorum, ubi ſcripſiſſe ſe ait περὶ ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν? Fortaſſe igitur ſunt iſta ſimplicius accipienda, pro ἀνετάξαντο, et ἐπόησαν. Nam et apud Latinos ſcriptores ſaepe *incipere*, FACERE, et INSTITVERE FACERE nihil aliud ſignificat, quam *facere*, ut ſummus quidam uir recte obſeruauit. LVCRETIVS *Libr. V.*

Vt noſtra quicquam cauſſa facere adgrediantur.

i. ὥστε ἐπιχειρεῖν αὐτοὺς τὶ ποιεῖν ἡμῶν χάριν, quod nihil aliud eſt, quam facere, uel gerere. Hoc ſi doctis uiris probetur, erit haec ſententia, ut exemplo aliorum impulſum ſe dicat Lucas ad hanc ſcriptionem, non quod fidem illorum haberet ſuſpectam, ſed ut rem totam paullo altius repeteret, et ſimul efficeret, ut pluribus teſtibus huius ſanctiſſimae hiſtoriae fides fulciretur. Sane de Pſeudapoſtolis ſi locutus fuiſſet Iudas, neſcio, an tam leniter eos perſtrinxiſſet. Praeterea cum dicat Lucas, haec ſe ſcribere ex relatione eorum, qui fuerint ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, haud ſcio, quam ſit probabile, ſcripſiſſe eum ante Matthaeum, aut Marcum, Matthaeum praeſertim, qui fuit unus illorum τῶν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοπτῶν. GROTIVS itidem belle: Ἐπιχειρεῖν. *Bene notauit uir eruditiſſimus, uocem eſſe mediam, neque ex ea colligi poſſe, non praeſtitum ab illis Scriptoribus, quod adgreſſi erant. Nam et PLATO, ISOCRATES, aliique* ἐπιχειρεῖν, *adgredi ſaepe de ſtudio etiam felice uſurpant.* PRICAEVS quoque, perfecta potius, quam meditata deſignari opera ea uoce iſto loco,

credit, quod et 2. *Maccab. VII. 19.* et *Actor. XIX. 13.* cum effectu ponitur, et illud *Actor. XXIV. 6.* ἐπείρασεν, id est ἐπεχείρησε βεβηλῶσαι, *ex Act. XXI. 28.* eo modo exponendum. DIODORVS SICVLVS et de Historicis (de Historia autem et heic agitur) *Libr. I.* loquens: τὰς κοινὰς πράξεις ἀναγράφειν ἐπεχείρησαν, *communes actiones conscribere, sunt adgressi.*

§. 31. Ἐπιχειρεῖν itidem uocabulum est ex arte athletica delatum, unde ἐπιχειρηματικὸς, iuuenis solers in hostibus adgrediendis, qualis instituta Athletarum exacte nouit, XENOPHONTI etiam ἐγχειρητικὸς dictus, qui ἐπιχείρια praemia deportat, quemadmodum legitur apud PLATONEM et POLLVCEM. Ἐπιχειρεῖν denique sonat aciem instruere, et ueluti manu militem νομίμως, iuxta militiae leges, rite dispositum, in hostes ducere, sicut et oratoribus designat rationes et argumenta recte disponere, iusto ordine disposita solide explicare, et auditores attentos ueluti manu ad ueritatem obiectorum deducere, seu in manum tradere. LAERTIVS *in Polemone:* Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ καθίζων ἔλεγε πρὸς τὰς θέσεις, Φασὶ, περιπατῶν δὲ ἐπεχείρει; Nec uero sedens differebat de quaestionibus propositis, ut ferunt, sed deambulans argumenta explicabat; Vnde Graeci neteres argumenta, praesertim syllogistica et methodo mathematica instructa, ac κατ' ἀπόδειξιν, adpellitabant ἐπιχειρήματα.

§. 32. Eandem fere emphasin uerbum ἀνατάξαθαι habet inuolutam, quod VERSIO INTERLINEARIS transfert *reordinare*, et ERASMVS uertit digerere, siue contexere, id est, in ordinem disponere, quod ceteri carptim, aut non iuxta perpetuam rerum gestarum seriem. Est autem uox militaris, quae sumitur de acie et collocatione militum, quapropter milites adpellantur τεταγμένοι et ἀνατεταγμένοι, et item cohors τάγμα. Ceterum SYRVS cum PERSA et AETHIOPE uerbum ἐπιχειρεῖν explicare uidetur de conatu, quando sic transtulit: מטל דסגיאא צבו דנכתבן *Quoniam plurimi uoluerunt scribere narrationes*, quo et ARABS fertur respexisse, cum ἐπιχειρεῖν reddit per ואמנו, *meditati sunt, machinati sunt scriptionem histo-*

hiſtoriarum, niſi legas cum aliis ראמנא, *coniecerunt in membranam*, literis demandarunt.

§. 33. πεπληροφορημένων a uerbo πληροφορέω, *plenam facio fidem*, unde πληροφορία, *certa fides*, quae fit argumentis, aut re exhibita, et πληροφόρημα, *certificatio*. *ERASMVS*: πληροφόρημα *uocant, quod nos uulgo dicimus certificationem.* Et πληροφορεῖσθαι dicitur, *cui certe fit rei fides, ut iam nihil addubitet.* Hinc uoce compoſita, quod adducantur, *quae ad plenam rei comprobationem requiri ſolent.* Proinde in epiſtola *PAVLLI ad Romanos IV. 21.* πληροφορηθεὶς interpres uertit *pleniſſime ſciens.* Et rurſum in eadem *Cap. XIV. 5. Vnusquisque in ſuo ſenſu abundet.* Graece eſt πληροφορείσθω, hoc eſt, *unicuique ſua mens ſatisfaciat, et in eo conquieſcat.* ORIGENIS interpres uertit ad hunc modum: *Quae in nobis manifeſtiſſime ſint oſtenſae*, et ſubiicit idem, πεπληροφορημένων, quod uno uerbo Latinus ſummo non explicat. Certa enim fide et ratione cognouerat. In eandem ſententiam interpretatur THEOPHYLACTVS Graecus interpres recentior, ſed haudquaquam malus, mea ſententia. Ait enim πεπληροφορημένων δὲ εἶπε πραγμάτων· οὐ γὰρ κατὰ ψιλὴν παράδοσίν εἰσι τὰ τοῦ χριστοῦ, ἀλλ' ἐν ἀληθεῖ καὶ βεβαίᾳ πίστει, καὶ μετὰ πάσης πληροφορίας· Πῶς δὲ εἰσὶ πεπληροφορημένα ταῦτα; Εἰπὲ, ὦ Λουκᾶ. καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, *Res autem geſtas dixit* πεπληροφορημένας. *Non enim geſta Chriſti ſimpliciter, uulgarique more tradita ſunt, ſed uera, firmaque fide, cum omni certitudine conſtant. Sed age, dic, Luca, iſtarum rerum certitudinem? Sicuti tradiderunt nobis ab initio, qui ipſi ab initio ſpectatores ac miniſtri fuerunt eorum, quae narrant.* De uocabulo πληροφορεῖσθαι et πληροφορίας uid. GVIL. BVDAEI *Lexit. p. m. 1106.* SYRVS eleganter admodum: *De quibus nos certi ſumus*, et PERSA: *Quae nos firmiter credimus, et profitemur.*

§. 34. Ad u. 2. 31. 35. Luc. II. 21. MESSIAS in ipſa circumciſione tulit nomen JESV, more ueterum, qui pueris die octauo nomen indere ſolebant, cum circumciderentur. Vocem λόγου u. 2. recte interpretes de CHRISTO accipiunt. Cum uero hoc de nominibus CHRISTI argumentum ſit diſcuſſione

digniſſimum, ex inſtituto in nomina SERVATORIS inquiremus, initium ab humana natura facturi. Praemittimus argumenta M. CHRISTIANI BENEDICTI MICHAELIS, et ea quae de Nominibus CHRISTI ex Antiquitate maxime Iudaica diſputat, et alia commemoratione digna ſubiungemus. Ex muliere naſci Meſſiam oportuit propter DEI promiſſiones: Praedixerat quippe inde a mundi primordiis, fore, ut *SEMEN MVLIERIS* caput antiqui draconis conterat, *Gen. III. 15.* quem locum Chaldaica *Ionathae* paraphraſis ad *MESSIAE* tempora diſerte reuocat, ut uel hinc uerosimile euadat, Meſſiam ſub nomine *Seminis muliebris* latere. Hinc *LXX. INTERPRETES* pronomen הוא uertunt *αὐτός*. Atque hoc Semen procul dubio eſt, cuius deſiderio (ſi Rabbinos audire lubet) flagrauit Eua, quippe quam ferunt, ubi Sethum edidiſſet, ad *MESSIAM*, ſub nomine זרע אחר, ſeu *Seminis alius*, oculos prophetice conuertiſſe *Geneſ. IV. 25.* Etenim ſic ſcribunt in *Breſchith Rabbah* f. 27. b. ר' תנחומא בשם ר' שמואל אמר נסתכלת אותו זרע שהוא בא ממקום אחר ואי זה זה מלך המשיח: *R. TANCHVMA, allegata R. Samuelis auctoritate, dixit:* Eua *reſpexit illud Semen, quod aliunde uenturum eſt; quodnam uero eſt illud Semen? eſt Rex Meſſias.* Ibidem gloſſa auctoris *Mattnoth Kehunnah* habet: והוא מלך המשיח שבא מזרע מואב האסורים לבוא בקהל ובן משמע במרש רות פ"ח ובילקוט ריש דברי חימים ובמס' עבודת הקרש פ"ד ומה שבקשתי בתבתי: *Hic eſt Rex Meſſias, qui uenturus eſt ex ſemine Moabitarum*, (conf. Ruth. IV. 17. ſeqq.) *quibus alioqui non licet uenire in eccleſiam* Domini, *atque ſic dicunt expreſſe in Medraſch Ruth, Sect. VIII. et in Ialkut ad initium Paralipomenon* f. 159. c. *et in Tractatu Abhodath Hakkodeſch Sect. XIV. Neque quidquam aliud ego ſcribo, quam quod quaeſiui et inueni.* In *Medraſch Ruth* f. 50. a ita legitur: ר' הונא אומר כתיב כי שת לי אלהים זרע אחר זרע הבא ממקום אחר ואי זה זה מלך המשיח: *R. Hona ait: Scriptum eſt:* Quoniam repoſuit mihi DEVS ſemen aliud; *id eſt, Semen ex loco alio uenturum. Quis-*

nam

nam uero eſt illud Semen? *Eſt Rex Meſſias.* Quae ut facilius intelligantur, notandum, אחר, uel אחרים a Rabbinis ita aliquando capi, ut ſignificet *gentes*, ſeu *gentiles*, quatenus Iſraeli opponuntur. Quando igitur, Meſſiam ex *alio* loco uenturum eſſe, pronunciant, perinde eſt, ac ſi dicerent, eum ex gentilibus, ſeu ex Moabitarum gente, origenes ex parte ducturum, inſigni praeludio, fore, ut non Iudaeorum ſolum, uerum et gentium Meſſias ſit. conf. *Matth. I. 5.* Quanquam ſi extra hanc Rabbinorum explicationem de nomine *Seminis alius* ſtatuendum foret, dici potuiſſet, id ita *Chriſto* tributum, ut ipſius praeſtantiam prae reliquis hominibus cum ſingulari, quam habuit, naſcendi conditione deſignet.

§. 35. Eadem ratione commentantur in *Breſchith Rabbah f. 57. c.* et in *Medraſch Ruth f. 49. d.* ad illud *Gen.* XIX. *32.* ונחיה מאבינו זרע *Et uiuum ſeruemus ex patre noſtro ſemen:* ונחיה מאבינו בן אין כתיב כאן אלא ונחיה מאבונו זרע אותו זוע שחוא בא ממקום אחר ואי זה זה מלך המשיח: *Non ſcribitur hic*, inquit *R. Tanchuma*, *ut uiuum ſeruemus ex patre noſtro* Filium, *ſed* Semen; *uidelicet illud Semen, quod uenit ex loco alio, quisnam uero eſt* illud Semen? *Rex Meſſias.* (Hanc exegeſin Iudaicam ipſi neque adprobamus ſimpliciter, neque reiicimus; quanquam ſciamus, ex Chriſtianis quoque eſſe, qui illam ſequantur. Potuit enim eſſe error, qualis Euae accidit *Gen. IV. 1.*) In quae uerba auctor *Mattnoth Kehunnah* in *Gen. 57. c.* ita commentatur: זה מלך המשיח שבא מפסול משפחה ממואב: *Hic eſt Rex Meſſias, qui uenit ex profano* loco, *ex ancilla, ex Moabitica.* Ceterum cum ex his quidem abunde pateat, unum Meſſiam Iudaeis κατ' ἐξοχὴν nomine *SEMINIS* uenire; hinc et euidentius aliquanto putamus conſtare, quo pacto fieri potuerit, ut ſanctus Paulus ex *Gen. XXII. 18.* tam confidenter ex numero ſingulari *Seminis* contra Iudaeos argumentetur, quando *Gal.* III. *16.* ſic ait: οὐ λέγει καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός. καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι χριστός. Videlicet ſupponendum eſt, (1) זרע *Semen* non ubique *collectiuum*, ſed aliquando *indiuiduale*

nomen esse, coll. *Gen.* XXI· *13.* *1. Sam.* I *11.* *Ruth.* IV· *12.* quomodo Rabbini solent etiam de posteris pluraliter dicere זרעיות, notante COCCEIO in *Lex.* et in ipso codice Hebr. *1. Sam.* VIII· *15.* legitur Plur. וזרעיכם (2) MESSIAM peculiariter hoc nomine apud ueteres insignitum fuisse; (3) allegatae promissionis naturam non aliter ferre, quam ut de CHRISTO, uno semine, intelligatur, quippe ad quem illa diserte restringitur *Ps.* LXXII· *17.* coll. *Es.* LXV· *16.* et *Ier.* IV· *2.* et *benedicere sibi in aliquo* est, benedictionem sibi in aliquo, qui benedictionis caussa et principium est, adplicare et uindicare. Equidem *Gen.* XII· *3. c.* XIIX· *18.* de Abrahamo dicitur ונברכו בך וגו׳; sed quod hic dicitur בך, id c. XXVIII· 14. per ו *explicatiuum* declaratur בזרעך. Moris enim est apud prophetas, ut quae ad posteros, aut unum posterorum pertinent, patri tribuunt, coll. *Gen.* XLIX· passim.

§. 36. Quandoquidem igitur MESSIAS aeque, ac ceteri infantes, natus ex muliere, humanamque indeptus est naturam; ideo nec ipse nos compellare *fratres Ps.* XXII· *23.* (coll. *Ialkut P.* II· *f. 56. c. d.* ubi totus hic Psalmus de MESSIA exponitur) nec *Frater* noster a nobis compellari dedignatur. De posteriori, quod nostri nunc instituti est, non desunt apud Iudaeos bona uestigia. Nam illud *Cant.* VIII· *1. Quis dabit te ut FRATREM mihi*! pulchre in *Targum* conuertitur: ובהדיא זמנא אתגלי מלכא משיחא לכנשתא דישראל ויימרון ליה בני ישראל אתא תהא עמנא לאח ונסק לירושלם ונהי ינקין עמך טעמי אורייתא וגו׳: *Eo tempore reuelabitur Rex Messias Ecclesiae Israelis; ac dicent ei filii Israelis: Veni, esto nobiscum ceu Frater, et adscendamus Hierosolymam, ut sugamus tecum sensus legis, quemadmodum infans sugit ubera matris suae.* Porro, uti cautum erat diuinis legibus, ut si quis Israelita, paupertate pressus, extranei seruitio se mancipasset, אחד מאחיו יגאלנו, *unus e* Fratribus *ipsius* ipsum assereret, *Leu.* XXV· *48.* ita hoc ipsum R· BECHAI in *Comm. ad Leg. f. 149. d.* haud infeliciter ad CHRISTVM, tanquam illius assertoris antitypum, adcom-

adcommodat: ואמר אחד מאחיו יגאלנו והוא משיח בן דוד שהוא משבט יהודה מיוחד שמכל השבטים ועוד יכלול אחד מאחיו כלומר שיהיה הגואל בו כשאר האחים וגו' ברמיזן משה שהיה הגואל הראשון שבמצרים: *Dicit* textus: *Vnus* (q. ſingularis aliquis) *e fratribus ipſius aſſeret ipſum. Is eſt Meſſias, filius Dauidis, qui orietur ex tribu Iuda, omnium tribuum maxime ſingulari. Porro hunc ſenſum continet* loquutio: *Vnus e fratribus ipſius, quod hic ipſe aſſertor homo futurus ſit ad inſtar reliquorum fratrum etc. ſecundum exemplar Moſis, qui fuit aſſertor primus in Ægypto.* Quod adeo nobis Chriſtianis non diſplicet, ut potius ingenti nobis gaudio atque ſolatio ſit, coll. *Hebr.* II· *11.* Andabatarum igitur more pugnat memoratus Rabbi, quando ex hac adpellatione ita contra nos ratiocinatur: והזכיר לשון זה כנגד אמונת המלכות הרביעית ודעתם כי הלשון הזה מקטעת רגליהן הרשיעית: *Vtitur autem DEVS hac adpellatione contra fidem et opinionem Monarchiae quartae,* ſeu Chriſtianorum: *Nam haec loquutio praecidit pedes impiorum.* Nam, utut MESSIAM noſtrum (ſicut debemus) uerum Deum eſſe, credamus, quod Iudaeus ſugillare uidetur; tamen eundem firmiter ſtatuimus, hominem eſſe natum ex ſemine Dauidis *Rom.* I· *3.* adeoque Fratrem noſtrum ac conſanguineum. Ceterum cum R· BECHAI etiam *Baal Hatturim* in *Bibl.* BVXTORFF· hunc locum de MESSIA interpretatur. Nam ſequens u. *49.* בן דדו kabbaliſtice (ut ſolet) exponit: בן דדו חסר ויו אותיות בן דוד *Nomen* בן דדו, inquit, *defectiue et ſine fulcro Vau ſcribitur, unde per tranſpoſitionem conſonantium efficitur* בן דוד, *Meſſias, Dauidis filius.*

§. 37. His uero quam proximum eſt illud, quod MESSIAS *Pſ.* LXXX· *18.* Hebraice בן אדם, et *Dan.* VII· *13.* itidem Chaldaice בר אנש, *FILIVS HOMINIS*, nuncupatur, quod nomen ita CHRISTO competit, ut in N· Teſtamenti libris etiam κατ' ἐξοχὴν eidem frequentiſſime tribuatur. De *Pſ.* LXXX· *18.* aliqua Rabbinorum teſtimonia iam ſuperiori diſſert

§. 19.

§. 19. allegauimus, plura olim allegaturi, quando occaſio erit MESSIAE nomen בנימין explicandi. Sed ad alterum locum *Dan.* XII. illuſtrandum iuuat nunc, quae ex Hebraeorum ſcriptis animaduertimus, breuiter conferre. Recte enim R. ABEN IECHIJA (allegante Vener. ESDRA EDZARDO in *Conſenſu Antiquit. Iudaicae p. 10.*) notat: והנה ענני השמים היה בו כבן אדם וער הישיש הגיע ולפניו הקריבוהו ואליו ינתן הממשלה והכבוד והמלכות וכל העמים ואומות ולשונות אליו יעברו וממשלתו ממשלת עולם אשר לא תסור כראשונים ומלכותו לא תחק והוא משיח צדקנו אשר יגיע לפניו׳: *Et Ecce in nubibus coeli erat inſtar FILII HOMINIS, qui usque ad Antiquum peruenit, ante ipſum adductus. Ei igitur dabatur dominium, et gloria, et regnum, omnesque populi, nationes ac linguae ei ſeruiebant, dominium eius eſt aeternum, quod non deſinet ſicut priora, neque deſtruetur ipſius regnum. Hic igitur, qui ante Iehouam adductus fuit, eſt MESSIAS iuſtitiae noſtrae.* Sic R. SALOMO in *Comm. ad h. l.* כבר אנש אתי הוא מלך המשיח: *Filius hominis ueniens eſt Rex Meſſias.* Et A. ESDRA *in Comm.* ויאמר רבי ישועה כי זה כבר אנש הוא המשיח ונכון רבר: *R. Ieſchuah ait, hunc, qui inſtar Filii hominis uenire deſcribitur, eſſe Meſſiam, quae ſententia mihi placet.* Idem R. SAADIAS HAGGAON h. l. וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתי והו משיח צדקנו: *Is, qui cum nubibus coeli tanquam Filius hominis uenire dicitur,* inquit, *eſt Meſſias iuſtitia noſtra.* R. BECHAI *in Comm. ad leg. f. 179. c.* ſcribit: אמר על מלך המשיח וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתי הוה׳: *De Rege Meſſia dicit* ſcriptura: *Et ecce cum nubibus coeli ſimilis Filio hominis ueniebat etc.* Ita ex hoc ipſo dicto aſſeritur MESSIAE ſummum terrarum orbis imperium, in *Bemidbar Rabbah f. 253. c.* Conf. etiam BVXT. *Lexic. Talmud. col. 223.* Denique SCHOLIASTES in *Medraſch Tillim f. 4. b.* de *Meſſia* hunc locum allegans, addit: מסופרים שם בספר דניאל גדולות רבות למשיח בן דוד: *Narrantur illic in libro Danielis illuſtria multa de Meſſia filio Dauidis.* Et ſic idem *f. 19. d.*

§. 38.

§. 38. His teſtimoniis, quantumuis abunde ſufficiant, alia tamen adiungi poſſent, ſi opus forent: et dabimus omnino plura, quando nomen ענני ex *Zach.* IX. *9.* bono cum DEO explicabimus. Interim hoc loco obiter obſeruamus, Rabbinos in *Ialkut Schimeoni P.* II. *f. 85. b.* ex allato Danielis dicto anſam arripuiſſe, figendi pro ſua licentia nouum MESSIAE nomen ſymbolicum ענני, *Anani*, (quod eſſet *Nubinagus*, *nubes ſcandens*) alludentes ad proprium illud uiri nomen, *1. Par.* III. *24.* aiunt enim: מי הוא ענני זה משיח שנ׳ הזה חוית בחזוי עם ליליא וארו עם ענני שמיא וגו׳: *Quis eſt ille Anani* (q. d. qui a ſcandendis nubibus nomen habet)? *Is eſt* MESSIAS, *de quo ſcriptum eſt: Et ecce cum nubibus coelorum ueniebat inſtar Filii hominis etc.* Ita in *Targ. Paralipomenon* (quod Cl. BECKIVS ex MS. Erff. edidit Auguſtae Vindel. anno 1680.) ad *1. Par.* III. *24.* ענני הוא מלכא משיחא דעתיד לאתגלאה׳: *Et ANANI, is eſt Rex MESSIAS, qui eſt reuelandus.* Ibidemque Cl. BECKIVS citat *Comment. Tanchuma Edit. Veron. p. 13. b.* ומהו ענני זה משיח שנ׳ חזי הוית בחזו לילויא וגו׳: *Quisnam uero ille Anani? is eſt Meſſias, quia dictum eſt Dan.* VII. *13. Vidi in uiſione etc.* Conf. etiam RAYM. MARTINI *Pug. Fid. P.* III. *diſt. 3. c. 9. §. 6.* Item RASCHI *in Comm. ad Paralip.* qui ſic habet: ענני שבעה והוא מלך המשיח וכתיב בדניאל וארו עם ענני שמיא׳: Ceterum Cl. BECKIVS l. c. ex hoc ipſo loco contra Iudaeos diſputat, MESSIAM ex ipſorummet principiis iam ueniſſe.

§. 39. Venio nunc ad illa nomina, quae ex uegetabilium ordine translata, humanam Chriſti naturam, ſuauiſſimo ſymbolo pollulantis creſcentisque plantae, ſignificant. Nimirum ut *Germen* ſuis amabile eſt initiis propter teneritudinem, in diesque ad maiorem exſurgit ſtaturam, donec temporis decurſu, iuſtis auctum progreſſibus, ſuis ſe fructibus commendet; ita CHRISTVS, qua homo, legitur *Luc.* II. *52.* ſapientia et ſtatura, et gratia apud DEVM ac homines profeciſſe: quid mirum igitur, ſi noſter nobis MESSIAS in ſcripturis paſſim repraeſentatur, ſub dulciſſima uel *Germinis*, uel *Surculi*, uel *Ra-*

mi, uel denique *Fructus terreſtris* imagine ? Videamus modo *Zach.* VI. *12.* ubi uox צמח, *Germen*, inſtar proprii nominis ſeſe habet. הנה איש צמח שמו ומתחתיו יצמח *Ecce*, inquit DEVS, *Vir exſtiturus eſt, cuius nomen erit* צמח, *GERMEN, isque de ſubter ſe germinabit.* Recte D. KIMCHI *in Comm. ad h. l.* ויקרא צמח כי מעלתו תהיה כמו צמח האדמה שיגדל מעט מעט כן מעלתו תעלה מעט מעט עד שתגדל מאד: *Germen*, inquit, *uocatur, quoniam celſitudo eius ſe habebit inſtar germinis alicuius terreſtris, quod paullatim ſuccreſcit: ita enim celſitudo eius adſurget paullatim, donec in ſublime creuerit:* uerum hoc uitioſe, quod cum R. SALOMONE et A. ESDRA, non CHRISTI, ſed *Zorobabelis* illud nomen eſſe, contendit, contra auctoritatem *Chaldaicae paraphraſeos*, quae expreſſe habet: הא גברא משיחא שמיה *Ecce Vir, cuius nomen erit MESSIAS*, et contra ſententiam ueterum in *Echah Rabbathi f. 68. b.* ubi R. IOSVA B. LEVI propoſitae quaeſtioni, מה שמו של מלך המשיח *quodnam nomen eſt Regi Meſſiae?* ſic reſpondet: צמח שמו שנ' הנה איש צמח שמו ומתחתיו וצמח: *Germen eſt nomen ipſius, ſicut dicitur: Ecce Vir, cuius nomen eſt Germen, is de ſubter ſe germinabit.* Item in *Bemidbar Rabbah f. 271. d.* איש צמח שמו וגו' זה משיח ואומר והקימתי לדוד צמח וגו': *Vir, cuius nomen Germen, eſt Meſſias, de quo et Ier.* XXIII. *5. dicitur: Suſcitabo Dauidi Germen etc.* Vnde iure ſuo ABENDANA in *Spicilegio* ad *Michl. Iophi*, miſſa *Kimchiana* ſententia, ait: והנכון מה שפירש בו התרגום כי על מלך המשיח נאמר: *Conueni-entius eſt, de Rege Meſſia hoc dici, ſicut expoſitum in Paraphraſe Chaldaica.* ABARBANEL uero ad h. l. adſerit equidem, hoc uaticinium tendere ad utrumque, et *Zorobabelem*, et *Meſſiam;* uerum ita, ut nomen צמח *Zorababelis* ſit, ſubſequens uero comma ומתחתיו וצמח cum u. *13. Meſſiae* uindicentur, quo pacto ueteres, una cum uera expoſitione, itidem deſeruntur. Ceterum LXX. INTERPRETES non modo Nomen צמח reddunt ἀνατολήν, ſed etiam uerbum יצמח ἀνατελεῖ, ſub generaliori *prodeundi*, aut *enaſcendi* ſignificatu: ſicut iidem *Pſ.* LXXII. *7.*

et

et *Geneſ.* II. *5. c.* XIX. *25.* hoc uerbo in eo ſignificatu utuntur. Quocum componi meretur *Hebr.* VII. *14.* ἐξ ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν. Incaute igitur, TARN. ad *Zach.* III. *9.* Graeci, inquit, Hebraeam uocem צמח male uerterunt ἀνατολήν, confundentes eam cum צרח, uel מזרח.

§. 40. Idem nomen reperitur *Zach.* III. *8. Ecce adducturus ſum ſeruum meum* צמח, *GERMEN*, quod Chaldaeus (ut decet) de CHRISTO interpretatur הא אנא מיתי ית עבדי משיחא ויתגלא: *Ecce adducturus ſum ſeruum meum MESSIAM, ut manifeſtetur.* D. KIMCHI uero in Comm. notat: ויש מפרשים כי צמח זה המלך המשיח אמר אף על פי שזאת הישועה אני מביא לכם עוד אביא לכם ישועה גדולה בזמן שאביא את עבדי צמח ועוד דרשו בו כי המשיח מנחם שמו ומנחם בגימט צמח: *Sunt, qui putant, Germen eſſe Meſſiam. Dicit ergo: Etſi hanc uobis ſalutem adlaturus ſim, tamen adhuc maiorem adlaturus ſum, quando adducam ſeruum meum Germen. Qua in re porro luſerunt, cum dixerunt, Meſſiam dici* מנחם *conſolatorem, quod ſecundum Gematriam idem ſit ac* צמח, *Germen.* Quam expoſitionem (etſi fateri neceſſe habuerit, eam eſſe מפרשים רבים, *plurimorum* apud Iudaeos *interpretum*) tamen ſugillat A ESDRA ad h. l. Si quid Kabbaliſticis luſibus fidendum, *etiam ego*, inquit, *effingo* contrariam *iſtiusmodi explicationem*, uidelicet *concedendo* equidem, צמח *Gematrice efficere idem, quod* מנחם, *ſed intelligendo* (neſcio quem) *Menachemum filium Ammielis.* Verum aequior hic eſt ABARBANEL in *Comm.* qui, mirari ſe, ait, cur A. ESDRA iſtam explicationem repudiauerit ob praetextum adeo leuem: ſatis enim ipſi conſtare potuiſſe, eos, qui צמח, *Germen*, de Meſſia interpretantur, neutiquam luſu *Gematrico* fundari, ſed hac ratione, quod Meſſias, cuius nomen uolunt eſſe צמח, *ſit ramus ex trunco Iſai.* Ipſe uero ABARBANEL ſententiam ſuam, quae et noſtra eſt, ita exprimit: את עבדי צמח והוא מלך המשיח שימלך על ישראל וקראו צמח לפי שהיה חוטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרח ויצמח: *Quem Deus uocat ſer-*

ſeruum ſuum Germen, eſt Rex Meſſias, qui ſuper Iſraelem regnabit. Vocat autem ipſum nomine Germinis, quia eſt ramus ex trunco Iſai, et ſurculus, e radicibus ipſius efflореſcens et progerminans.

§. 41. Similiter Meſſias etiam, nomine צמח צריק, *GERMINIS IVSTI* gaudet: והקימתי לדוד צמח צריק *Et ſuſcitabo Dauidi Germen iuſtum Ier.* XXIII. 5. Id cum aliis agnoſcit ABARBANEL in *Comm ad h. l.* qui et elegantem rationem adpoſitionis *Iuſti* uiſus eſt inueniſſe, quando ſic παραφράζει לא יהיה צמח רשע כמו יהויקים ובנו וצדקיהו אלא צמח צריק: *Non erit germen improbum, ſicut* eo tempore erant *Ioiakim cum filio ſuo, et Tſedekias, ſed germen iuſtum.* Verum ut hanc rationem non excludamus, tamen ſicut *Eſ.* LIII. 11. de MESSIA exſtat, ברעתו יצריק צדיק עבדי לרבים *per cognitionem ſui Iuſtus* (etiam ſignificatione tranſitiua *Iuſtificans*) *ſeruus meus iuſtitiam impertietur multis*; ita nos quidem exiſtimamus, *Iuſtum Germen* uocari etiam in reſpectu ad u. 6. ubi Meſſiae nomen dicitur futurum יהוה צדקנו, *Iehouah iuſtitia noſtra.* Nam quod hoc quoque comma de *Meſſia* ſit, id ſuperiore diſſert. §. VI. copioſe probatum dedimus, adhibitis compluribus Hebraeorum teſtimoniis, quae et praeſenti loco adcommodari poſſunt ac debent. Iam igitur, praetermiſſis, quae illic relegi poſſunt, tantummodo ad id attendimus, quod illuſtrando nomini צמח ex KIMCHII Commentario ſuppetit. Dicit enim: צמח צריק זהו המשיח וקראו צמח שיהיה צאתו בעולם כצאת צמח השדה שהוא רבבה כן בהיות צריק יהיו עמו צריקים רוב העולם כמו שאמר יפרח בימין צריק ואמר והוכיח לעמים רבים: *Germen iuſtum eſt Meſſias, quem uocat Germen, quia ortus eius in hoc mundo erit uelut ortus germinum campeſtrium, quae multis conferta ſunt myriadibus; ita quod ipſe iuſtus erit, habebit etiam ſecum iuſtos quam plurimos in mundo, ſicut ſcriptum exſtat: In diebus ipſius efflореſcet iuſtus, et alibi: Ius dicet populis multis.*

§. 42.

§. 42. Quemadmodum uero *Ier. XXIII. 5. MESSIAS* adpellatus fuit *Germen iuſtum*, ita *c. XXXIII. 15.* צמח צדקה, *GERMEN IVSTITIAE*, ab ipſa iuſtitia, quam frugiferae arboris inſtar feret, cognominatur. Nam Deus ipſe, uelut hoc nomen explicaret, ibidem continuo ſubiungit: ועשה משפט וצדקה בארץ: *Et faciet ius atque iuſtitiam in terra. ABARBANEL*, qui hunc locum de *Rege Meſſia* exponit, id itidem recte animaduertit. Atque ut porro conſtet, CHRISTVM eſſe huius uaticinii obiectum; en *Chaldaicam* paraphraſin, quae habet משיח רצדקא, *Meſſiam iuſtitiae!* en quoque *D. KIMCHI* teſtimonium, זהו מלך המשיח, *hic eſt Rex Meſſias!*

§. 43. Pariter *Eſa. IV. 2.* Hoc ambiguum, utrum humanae naturae ſit, an (quod *COCCEIO*, *FLACIO*, et *GVSSETIO* placet) diuinae: Sed (1) quod in KIMCHIO laudat SAL. b. MELECH לתיותו מפלש המעט אחר הרוב, id nobis imitandum hic quoque eſt; quo poſito attendenda ſunt adiuncta α) ומתחתיו יצמח *Zach. VI. 12.* β) אצמיח צמח *Ier. 33.* γ) איש *Zach. 6.* (2) Genitiuus regiminis non ſemper praeciſe naturam alicuius rei, ſed relationem quamcunque denotat, ut, איש שרח יבן קשת בני חעיר חשש לחבה איש אל חים: Neque obeſt (1) quod ὁ. *Ier. 23. Zach. III. 8. c. VI. 12.* צמח uertunt ἀνατολήν, unde *Luc. I. 78.* uideatur deſumtum ἡ ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. Nam α) ὁ. utuntur et nomine ἀνατολὴ et uerbo ἀνατέλλειν in generaliori *Enaſcendi* ſignificatu. β) Lucas deſcribit ἀνατολὴν ἐξ ὕψους, at *Zach. IV. 12.* uero ὑποκατωθεν αὐτῦ. Potius ergo reſpicitur ad *Mal. IV. 2.* Fieri uero potuit, ut etiam ὁ. reſpexerint ad Syriacam notionem Radicis, עמח enim ſignif. apud Syros *ſplenduit*, *adparuit*, et N. צמחא (quo Verſio Syr. utitur *Ier. 23.*) eſt *ſplendor*. *CASTELLVS* in *Lex. Heptagl. ait:* Cum *LXX.* antiquiores omnes; Hoc coeleſtis, primo ſignificatu, (ſc. *Germen*) terreſtris CHRISTI generatio indicatur. Conf. Interpr. *Syr. ad Ebr. I. 3.* ubi τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης uertit Syr. צמחא דשובחה HIERONYMVS ad *Zach. VI. 12.* Oriens, inquit, quod Hebraice dicitur צמח -- id eſt, ἀνατολὴ, uel ἀναφύη, ſiue βλάστημα - i. e. germen; quia ex ſe repente ſuccreſcet, et ex radice ſua in ſimi-

litudine germinis pullulabit. Hoc *Germen* adpellatur צמח יהוה, *GERMEN IEHOVAE*, uelut quod DEVS PATER humano generi ex trunco et radicibus Iiai prodire iuſſit. Vbi nihil moramur Iudaeorum diſſentiones, quorum aliqui de *Hizkia* Rege, alii de *Zorobabele*, alii de copioſo *frugum* naturalium *prouentu*, illud *Germen* interpretantur. Sufficit nobis, eſſe ex ipſis Hebraeis, qui meliora docent. Nimirum CHALDAICVS PARAPHRASTES צמח יהוה uertit משיחא דיי *Meſſiam Iehouae:* et D KIMCHI ad h. l. notat: פירוש צמח יהוה משיח בן דוד כמו שנאמר והקימתי לדוד צמח צדיק: *Germen Iehouae explicandum eſt de Meſſia filio Dauidis, de quo et alibi dicitur: Et ſuſcitabo Dauidi Germen iuſtum.* Quin ſi KIMCHIVM audimus, etiam ſequens פרי הארץ, *FRVCTVS TERRAE*, eſt *Meſſiae* nomen. Ita enim habet: ופרי הארץ הוא אומר גם כן על משיח *Etiam Fructus terrae dicitur itidem de Meſſia.* Neque inelegans ſuo modo nexus eſt, quem inter utramque hanc appellationem facit: מתחילה יהיה כמו הצמח היפה שישמח הארם בראייתו וכשיגיע לחיות פרי יהנו עוד ממנו וישמחו בו יותר בן מלך המשיח מתחלה ישמחו ואחר כן כשיעשה מעשה וינצח מלחמת גוג ומגוג וישם הארץ שלוה ושקטה שכל העולם ייראו ממנו: *Ab initio erit inſtar germinis pulchri, de cuius aſpectu quis gaudet; cumque eo pertigerit, ut ſit fructus, magis etiam fruuntur eo, ac delectantur. Ita Rex Meſſias talis erit, ut ab initio gaudeant de ipſo: Poſtea uero, quam res geſſerit praeclare, victoriam de Gog et Magog bello reportans, terrae tranquillitate ac ſecuritate procurata uniuerſus mundus reuerebitur ipſum.* Itaque etſi צמח tenuia CHRISTI principia ſignificet, tamen ut germini iam inſita uis ferendorum fructuum eſt, ita et illud nomen ſimul augmenta atque progreſſus Chriſti connotat: Neque enim manebit perpetuo צמח, *Germen*, ſed צדיק כתמר יפרח *Pſ. XCII. 13.* in quem locum *Medraſch Tillim* f. 49. a. ſic habet: מה התמרה הזאת נאה כמראי וכל פירותיה מתוקין וטובין

וטובין כך בן דוד נאה במראהו וכל מעשיו מתוקין וטובין לפני הקדוש ב״ה: *Qualis eſt palma haec? Pulchra eſt adſpectu, et uniuerſi fructus eius ſunt dulces ac boni. Ita etiam* (Meſſias) *Filius Dauidis pulcher erit adſpectu, et omnia opera ipſius dulcia atque bona erunt coram Deo ſancto et benedicto.* Ceterum idem uſus, qui Nominis צמח eſt, etiam uerbi eſſe ex adlatis hucusque animaduerſus eſt, quibus unum adiungimus *Pſ. CXXXII. 17.* ubi cum DEVS MESSIAE aduentum promittit, eo ipſo uerbo utitur: אצמיח קרן לדוד *Faciam cornu GERMINARE Dauidi.* Quod quale ſit, haud male explicat D. KIMCHI in *Comm.* et *Michl. Iophi* ad h. l. אמר זה הפסוק על משיח העתיד ולפיכך אמר אצמיח כלומר אף על פי שיבש זה כמה אצמיחנו וכן נאמר עליו והקימתי לדוד צמח צדיק ונאמר עליו בימים ההם ובעת ההיא אצמיח לדוד צמח צדקה: *Dixit hunc uerſiculum de futuro Meſſia; propterea utitur uerbo* אצמיח, germinare faciam, *quaſi* diceret: Quamuis exaruerit his multis (ſupple שנים *annis* ex eiusdem KIMCHII Comm. ad Eſa. II. 1.) *tamen denuo germinare ipſum faciam. Et ſic alibi dicitur de ipſo: Suſcitabo Dauidi Germen iuſtum, item: In diebus illis et in tempore illo germinare faciam Dauidi Germen iuſtitiae.*

§. 44. Huius generis eſt, quando Meſſias Eſa. *II. 1.* חטר מגזע ישי, *Ramus de trunco Iſai*, et נצר משרשיו, *Surculus e radicibus eius*, exſtiturus audit. Quae adpellatio ſupponit omnino, futurum fuiſſe, ut Dauidica familia, olim florentiſſima, ſubſequuturis temporibus Babylonicae captiuitatis attenuaretur, et inſtar arboris reſecaretur; ſed eo ipſo tamen multo fit ſuauior, uelut in hunc modum Deus diceret: Etſi de regiã Dauidis proſapia omnes rami concidendi ſint, neque ſuperfuturum quidquam praeter truncum; tamen ex hoc trunco, imo ex radicibus יצמח חוטר וענף מיוחד ישובו יושבי בצלו שחוא מלך המשיח: *Enaſcetur uirga, ſeu ramus quidam ſingularis, ſub*

ſub cuius umbra denuo habitabunt Iſraelitae, *ſcil. Rex Meſſias*, ut ait ABARBANEL in Comm. ad h. l. Id. a D. KIMCHIO itidem obſeruatum, cum in *Comment. ſuo* ſic ſcribit: ואמר מגזע משרשיו לפי שהעץ הנכרת יחליף ויוציא יונקות מגזעו ומשרשיו. *Dicitur* ex trunco, ex radicibus eius, *quia arbor, quantumuis truncata fuerit, tamen ex ſtirpe et radicibus ſuis nouos ſubmittere poteſt ſtolones. Quae quidem ſunt* ἀλληγορήμενα, ita tamen ut facile animaduertantur, ad CHRISTI natiuitatem pertinere. Itaque bene IONATHAS conuertit: *Exſurget Rex de filiis Iſai*, ומשיחא, *et Meſſias ex nepotibus eius progerminabit.* Succinit. *R. SALOMO in Comm. h. l.* שמא אבר סברם לא אבר סוף שיבא מלך המשיח ויגאלם: *Potuiſſent ſuſpicari Iſraelitae, forte periiſſe ſpem ſuam; attamen non peribit ſemper, quia ueniet Rex Meſſias, et redimet eos.* Et in *Medraſch Tillim* f. 38. d. משפטיך למלך תן מלך זה חמשיח שנ' ויצא חוטר: *Iudicia tua da Regi. Hic eſt Rex Meſſias, de quo dicitur: Et exibit Virga* etc. Plurimas aliorum Rabbinorum auctoritates addere poſſemus, niſi commodius ad alium locum reſeruarentur. Interim haud fuerit ingratum, ex *Bemidbar Rabbah* f. 253. cognoſcere, Meſſiam ueteribus בעל שש ברכות, *poſſeſſorem ſex benedictionum*, ex hoc dicto fuiſſe nuncupatum, utpote, qui u. 2. habiturus eſſe dicatur ſpiritum (1) *ſapientiae*, (2) *intelligentiae*, (3) *conſilii*, (4) *fortitudinis*, (5) *cognitionis et* (6) *timoris Domini.* Ita in *Ialkuth* P. II. f. 17. d. *Numquid* (inquiunt) *Ruth forte conſueuit accipere* (cf. Ruth. *III.* 15.) *ſex modios? Nimirum hic typus fuit, ſignificans*, שעתידין לצאת ממנה ששה בנים שמתברכין בשש ברכות ואלו הן דוד ומשיח דניאל חנניה מישאל ועזריה משכח ורתיב ביה ויצא חוטר מגזע ישי וגו' וכתיב ונחה עליו וגו': *Sex filios ex ipſa oriundos fore, ſextupla benedictione donatos, uidelicet Dauidem, Meſſiam, Danielem, Ananiam, Miſaelem et Azariam, Meſſiam: quia ſcriptum de eo eſt: Et exibit uirga ex trunco Iſai, et paullo poſt: Ac requieſcet ſuper ipſo etc.*

§. 45.

§. 45. Porro Esa. XI. 10. MESSIAS cognominatur שרש ישי, *Radix Isai.* Quod nomen D. KIMCHI interpretatur, ut sit idem, ac חיצא משרש ישי, *Prodiens ex radice Isai*, coll. u. 1. et Paraphraste *Chaldaico*, qui uertit בר בריה דישי, *filius filii Dauidis.* Et hoc pacto conferri posset *Esa. LIII. 2.* ubi שרש itidem uidetur non tam ipsam *radicem*, quam *stolonem ex radice nascentem* significare. At uero ABARBANEL: והנה קרא למלך המשיח שרש ישי עם היות שקראו למעלה חוטר ונצר לפי שלמעלה ביאר משפחתי ויחיסו וכוליה אמנם כאן יערו שאריך וימים על ממלכתו הוא ובניו בקרב ישראל ובערך הבנים אשר יצאו ממנו ויעמדו במקומו ותחת אבותיו יהיו בניו קראו שוש ישי: *Ecce*, inquit, *quem u. 1. dixerat* Ramum *et* Surculum, *eum nunc uocat* Radicem Isai, *propterea quod supra explicauit genus et familiam Regis Messiae, nunc uero, ubi ipsi atque posteris ipsius diuturnitatem imperii inter Israelitas promittit, uocat eum ipsam* radicem Isai, *uidelicet in respectu ad successores filios ipsius, ab ipso gignendos*, (bene, modo ne carnalem generationem intelligeret!) *quippe qui loco Patrum suorum habiturus est Filios* Ps. LXV. 17. Ceteri de *Messia* quidem fere interpretantur, de significatu uocis nihil addunt. Quid? si ambo et D. KIMCHI et ABARBANEL recte dixerint? Ipse enim Christus *Apoc. XXII. 16.* in hunc modum uidetur explicasse, ut *Radix Isai* et *principium* et *principiatum* denotet. Ita enim de se pronunciat: Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβίδ, hoc est, ut COCCEIVS in *Lex. Hebr.* sub שרש explicat, et caussa et filius Dauidis.

§. 46. Tandem *Ez. XVII. 22.* uocatur *tener ramus de summitate cedri decerptus*, quem sumturum se ait Deus, et plantaturum in monte celso Israelis, ut ferat frondes atque fructus, et excrescat in cedrum magnificam, sub cuius ramis habitent omnes alites. Vbi R. SALOMO recte subiectum exprimit את מלך המשיח, esse *Regem Messiam*, et D. KIMCHI, qui ad Zoro-

babelem hoc uaticinium impertinenter torquet, fatetur: ויש מפרשים זאת הפרשה על חמשיח וכן נראה שהוא רעת יונתן: Ita autem IONATHAN: *Accipiam* aliquem *de* (regia familia) *regno domus Dauidis, quae ſimilis eſt cedro altae, et ſtabiliam ipſum, de filiis filiorum ipſius teuerum ramum, et creſcere faciam, et ſtabiliam eum* etc. et paullo poſt uerba והיה לארז אדיר ſic παραφράζει: *Et fiet in Regem potentem, et nitentur ſuper eo omnes iuſti, et omnes manſueti in umbra regni ipſius habitabunt.* ABARBANEL uero in Comm. h. l. recte: *Durum uidetur, hanc pericopam accipere de Zorobabele tempore ſecundi Templi, quia Zorobabel Hieroſolymis nunquam regnauit* etc. *propterea colligo, eſſe interpretandam potius pericopam:* לעתיד לבא על מלך המשיח נמהרה יגלה *Dicit igitur*, Eum laturum eſſe frondes, facturumque fructus, et futurum in cedrum magnificam, quia ipſe regnabit eminentiſſime, et ipſi erit obſequium populorum *(Gen. XLIX. 10.)*

§. 47. Quando u. 2. formula occurrit ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, *miniſtri fuerunt VERBI*, tum per λόγου, absque omni dubitandi ratione, λόγου ὑποστατικοῦ puto intelligendum, qua notione itidem Johannes CHRISTVM *Cap. I.* ſalutauit, ut θεότητα ipſius et diuinam ὑπόστασιν ſignificatam daret. MESSIAS enim antiquiſſimis iam temporibus hac elegantiſſima ſignificatione uenit. Probamus adſertum hoc 1. ex Targumim, ſeu uerſionibus ac paraphraſibus Chaldaeorum, quae ſubinde, cum Syro et Arabe, uocibus, מימרא, שכינה, משיח fuerunt uſae, quemadmodum uir perquam eruditus D. JO. HENRICVS MICHAELIS in peculiari Diſſertatione ſubſequentes collegit locos. Cum enim hoc ex praeſente de diuinitate CHRISTI argumento Chriſtiani multos, eosdemque certiſſimos, capiant fructus, utique in rem noſtram erit, ſi rationes altius petitas plenius, explicatiusue tradamus, quibus in medium rite adlatis, de משיח, שכינה et λόγῳ etiam pro inſtituti ratione dicemus. In aditu ad hanc tractationem ſuppono, notionem uocis מֵימְרָא grammaticam, tanquam omnibus, Hebraeae et Chaldaicae linguarum uel mediocriter peritis, notiſſimam; Scilicet Hebraeo-

Hebraeorum אֲמַר, dixit, Chaldaeis eſſe אֵמַר, et hinc deriuari uoces מַאֲמָר, מְאַמַּר, מֵימָר et מֵימְרָא; et hanc ultimam uocem, hic maxime attendendam, poni in Chaldaeorum ſic dicto ſtatu emphatico, ex abſoluto מֵימַר, ſeu, ut Chaldaica ſacri codicis monumenta hanc uocem *Dan. IV. 14. Eſrae VI. 9.* exhibent, מְאַמַּר; et hanc nominis ſubſtantiui formam conuenire cum infinitiuo coniugationis Peal uerbi אֲמַר, qui aliquando hoc modo לְמֵימְרָא legitur. Accepit haec ipſa uox a radice ſua ſignificationem λόγου, hoc eſt, *uerbi, ſermonis, cogitationis*, quo denotamus ideas animo noſtro obuerſantes, ſiue illas in mente retineamus, ſiue oris beneficio per loquelam proferamus. Apud Targumiſtas uero hanc uocem naturam reciproci induere, ſuo loco conceſſum uideas, ſed ſalua theſi noſtra. Et haec ipſa forma מֵימְרָא eſt, quae plerisque in locis plane aliam, quam huius uocis communis fert notio, explicationem poſtulat. Et hanc admittere tenemur, niſi ſplendorem ſolis meridiani negare, et paraphraſtas, omnesque, qui inter Iudaeos et Chriſtianos ipſorum translationem ſecuti ſunt, in explicandis hiſce locis abſurditatis arguere uelimus. Hoc uero uel hanc ob cauſſam iniquum foret, quia ipſe Spiritus Sanctus in Hebraeo Veteris Teſtamenti codice huius rei fundamentum poſuit, et Saluator noſter, eiusque apoſtoli, ex diuino afflatu, uoce λόγου in Noui Teſtamenti libris eodem ſenſu uſi ſunt, quo uocem מימרא apud Chaldaeos uſitatam fuiſſe, oſtendemus. Delignant nempe Apoſtoli hac uoce ὑπόστασιν aliquam diuinam, ab ὑποστάσει Patris quidem diſtinctam, at eiusdem tamen eſſentiae et dignitatis cum eadem.

§. 48. Voces uero λόγου et מימרא, quae alias *uerbum* denotant, caſu accepiſſe modo dictam ſignificationem, hoc eſt, quod, ut credam, a me impetrare non poſſum. Certe ſignificatum ab ipſis Iudaeis fuiſſe myſterium illud, quod habemus in perſona Meſſiae, uel ex eo colligas, quod ſcripta Moſis et Prophetarum pro doctrinae ac fidei ſuae fundamento habuerunt,

runt, ideoque ex iisdem mysterium istud, etsi obscurius, uere tamen, procul dubio agnouerunt, quemadmodum deinceps demonstrabimus. Mosis uero ac Prophetarum pandectas, inter alia etiam hoc mysterium de Messia, quod sit certa diuinitatis ὑπόστασις, praeter multa alia nomina, etiam *Verbi* nomine notata, continere, ut probem, non est instituti, nec campi, praesentis, utpote philologici. Quare quid Theologi aduersus recentiores Iudaeos, nec non aduersus Socinianos, abunde probatum dederunt, hic tanquam datum supponimus Nec huic hypothesi, qua, uocem מימרא de Messia usurpatam fuisse, adserimus, obstat analogiae obscuritas. Nam tanta est diuinae essentiae sublimitas, tantaque profunditas et amplitudo, ut nulla uoce a nobis adaequate exprimi possit. Interea tamen uerbis de DEO opus est. Quare sufficit, iis nobis perfectiones DEI aliquo modo adumbrari, in analogia ista, quae humanis rebus, unde uerba ista desumta sunt, cum diuinis intercedit, studiose et simul cautissime tamen, euoluenda. Et hanc ipsam euolutionem, partim praestitam, partim tentatam, uideas, cum a ueteribus passim, praecipue JVSTINO MARTYRE, CLEMENTE ALEXANDRINO, GREGORIO NAZIANZENO, aliis, tum recentioribus, ut JOANNE REVCHLINO in elegantissimo de *Verbo Mirifico* libello, inprimis Libri I. Cap. *VI. et IX.* MARTINO CHEMNITIO in *Harmonia Euangelistarum* ad Ioh. C. I. u. 1. SALOMONE GLASSIO in *Onomatologia* MESSIAE *prophetica*, PHILIPPO MORNAEO in tractatu de *Veritate Religionis Christianae*, Cap. V. p. m. 66. SPENERO in opere suo von der Ewigen Gottheit Christi, *Cap. II. §. 155.* et alibi passim, et uenerando parente in *Exegesi Epistolarum Ioannis* ad comma 1. *Cap. I. §. XI. p. 26.* qui post aliquot comparationis membra, eiusdem defectus per quatuor momenta demonstrat.

§. 49. Significationem, uoci מימרא §. *II.* et *III.* adtributam, quam plurimis in locis paraphrasium Chaldaicarum inuenimus adhibitam. Ea enim dantur effata de מימרא, quae apertissime testantur, hoc nomen de DEO dici, de qua uero diuinitatis persona, e singulorum, in quibus occurrit istud, locorum

rum ſtructura et contextu facile colligitur: Scilicet illud de Filio DEI adhiberi, quandoquidem מימרא non ſolum dicitur *hominem creaſſe, eique eſſe auxilio, praeſidioque diuino*, quod non niſi DEO conuenit; ſed hominibus quoque *apparuiſſe*, et *Iſraelitas ex Aegypto duxiſſe*, quod, Filio DEI proprium eſſe, nouimus. Vt alia nunc in anteceſſum non commemorem, unde e locis de מימרא, uti de MESSIAE uera diuinitate, ſic etiam de eiusdem diſtincta a Patre perſonalitate, ut ita loquar, liquido conſtare poſſit. Quis uero Chriſtianorum non gaudeat, MESSIAM hic latere, uel potius patere, et Iudaeis dogma de pluralitate, et in ſpecie de Trinitate ὑποστάσεων in eſſentia diuina, in primis uero de ipſa MESSIAE diuinitate, circa ea tempora cognitum fuiſſe atque perſpectum? ſed prodeant nunc loca.

§. 50. In primo ſtatim Geneſeos capite u. 27. occurrit mentio τῆ מימרא in paraphraſi Hieroſolymitana, ſeu potius eius fragmento. Aſſeritur enim ibidem ipſi *creatio hominis*, his uerbis: וברא מימרא דיי ית אדם, *et creauit VERBVM DOMINI hominem.* Hebr. ויברא את־האדם, *et creauit DEVS hominem.* Immo in Onkeloſi translatione Capitis XXIII. Deuteronomii u. 27. tribuitur ipſi creatio huius uniuerſi: *Habitaculum DEI, qui fuit ab antiquis temporibus, et per uerbum eius* (ובמימריה אתעביד עלמא) *factus eſt mundus.* Vltima uero huius commatis uerba Hebraice ואמר חשמר, *et dicet perde*, reddidit Jonathan et Targum Hieroſolymitanum: *Et dicet in VERBO ſuo*, ſiue *ad VERBVM ſuum ad perdendum illos.* Idem affirmat Targum Hieroſolymitanum *Gen.* XXI. *u. 33.* quod Targum ad comm. 42. *Cap. XII. Exodi* ſequentia tradit. *Nox obſeruanda et praeparata pro liberatione a facie Domini, ad educendum Iſraelitas, liberatos e terra Aegypti. Quoniam quatuor noctes ſcriptae ſunt in libro memoriarum. Nox prior, cum apparuit VERBVM Domini ſuper mundo* (כד אתגלי מימרא דיי על עלמא למברא יתה) *ad creandum illum, fuit mundus uacuus et inanis, et tenebrae expanſae ſuper facie abyſſi, et VERBVM Domini lucebat et illuſtrabat, et uocabat illam no-*

lem primam. Coeli creationem per hoc VERBVM peractam esse, affirmat Targum Hierosolymitanum, Num. c. XXIII. 6. *Quemadmodum est coelum, quod expandit VERBVM Domini, in domum Schechinae suae.* Nec praetereundum hic censeo locum, Deut. C. VIII. 3. ex translatione Onkelosi et Jonathanis: *Propterea ut notum faceret tibi, quod non ex pane solo uiuat filius hominis, sed ex omni, quod creatum est a VERBO Domini, uita filii hominis.* Disertis in hisce locis uerbis ea pandunt Targumistae, quae, praeeunte Dauide in Psalmo XXXIII. u. 6. ברבר יהוה שמים נעשו, *Per VERBVM Domini coeli sunt facti*, ex primo Geneseos Capite, eiusque phrasi, ויאמר אלהים, didicerant; eoque ipso plane consonant cum Johanne, C. I. u. 3. aiente: *Πάντα δι' αὐτοῦ (λόγου) ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν.*

§. 51. Tribuunt quoque paraphraftae Chaldaei VERBO huic *sermonem*, quae phrasis saepe sensum promissionis, comminationis, aut mandati, habet, et cuius multa nobis Pentateuchus exhibet loca. In Geneseos Capite III. eiusque paraphrasi Hierosolymitana ad comma nonum; *Et uocauit Dominus Adamum, et dixit ipsi: Vbi es?* haec leges. *Et uocauit VERBVM Domini Dei Adamum, et dixit ad ipsum. Ecce mundus, quem creaui, reuelatus est coram me; et quomodo putas, quod non sit reuelatus coram me locus, in cuius medio tu es? an haec est lex, quam praecepi tibi?* Eadem paraphrasis ad comma 22. haec habet: *Et dixit VERBVM Domini Dei: Ecce Adam, quem creaui, unigenitus est in mundo, quemadmodum ego unigenitus sum in coelis excelsis*, et reliqua, quibus in locis non VERBO huic solum sermo, sed et mundi et Adami creatio asseritur. Prius ex quam plurimis adhuc locis confirmari potest, ut Gen. C. VI. 3. Jonathan. uersu 6. Onkelos. C. VIII. u. 21. Onk. et Jon. C. XVI. 13. Jon. et Hier. C. XX. u. 6. Jonath. C. XXVIII. 31. Jon. XXX. 22. Jon. et Hierosolymitanum Targum. Exodi Capite II. Jonathanis uersio ad comma 23. post alia et haec habet: *Et dixit Deus per VERBVM suum ad eripiendum illos ex seruitute.* Cuiusmodi phrases recurrunt Cap. III. u. 14. Hieros. 17. Jonath. C. XX. u. 1. Hieros. *Et locutum est VERBVM Domi-*

Domini omnem laudem horum uerborum (דבריא) item C. XXXIII. 9. Jonathan. Leuitici Cap. I. u. 1. Jonathan et Targ. Hieroſolymitanum: *Et propterea aduocauit VERBVM Domini Moſen, et locutum eſt VERBVM Domini cum ipſo ex tentorio conuentus, dicendo* et Jonathan paullo ante: *Vsque ad tempus, quo VERBVM mecum loquebatur.* Ad quem locum obſeruo, ter quidem in illo mentionem τῦ λόγυ fieri, at non eadem, ſed diuerſis uocibus. Primum occurrit uox דבורא in Hieroſ. דברא, tum uox alias uſitata מימרא. Facile autem ex ipſa contextus ſtructura apparet, hic uocem דבורא et דברא loco uocis מימרא poni. Affirmat idem IOANNES BVXTORFFIVS in *Lexico* ſuo *Chaldaico* p. 497. ad uocem דבור, his uerbis דבור *Verbum, oratio, ſermo, articulatus proprie, qui ex ore loquentis diſerte prodit, quod a* דבר, *quod generalius eſt, et omnem rem comprehendit, diſtinguitur. In Targum tamen latius uſurpatur:* מן קדם דבורא *a ſermocinatione*, Ezech. I. 24. 25. קל דבורא הוה שמע, *Vocem SERMONIS audiebat.* Exodi XXXIII. 11. in Targ. Jonath. לא אתנשי דבורך, *non obliuiſcar Sermonis* tui. Pſal. CXIX. 16. Gen. XXVIII. 19. in Targ. Hieroſ. דחוה דבוריה מתחמרא למללא עמוי: *Quia fuit VERBVM eius* (*Dei ſcil.*) *deſiderans loqui cum eo.* In *Targum Jonath. eſt abſolute* דבורא ὁ λόγος *deſiderabat loqui cum eo. Lucem accipiunt uerba illa ex Bereſchit Rabba* ſect. 68. *ad uerba* כי בא השמש *Vide illic. Locus Targumi eſt notatu et obſeruatu dignus, quare dicat Verbum cupiebat loqui cum Abraham, id quod in Bereſ. Rab. dicitur, Deum uoluiſſe loqui cum eo.* Numerorum C. XII. u. 6. Jonath. *Et dixit Deus: Audite quaeſo uerba mea,* (פתגמי) *cum loquor. Num fuerunt ulli prophetae, qui ſurrexerunt a diebus ſeculi, quibuscum ſermo habitus eſt, quemadmodum habitus eſt cum Moſe? apud quos VERBVM Domini in uiſionibus reuelatum eſt, in ſomniis locutus ſum cum ipſis.* Vid. etiam C. XXII. u. 19. Jon. C. XXV. 4. Hieroſ. Deut. C. I. u. 1. Hier. C. III. u. 2. Hier. Obſeruabis autem, ſatis diligenter ab auctoribus τῶν παραφράσεων diſtingui מימרא, λόγον ὑποστατικόν, a פתגמא, προφορικῶ, immo uo-

uocem Hebraicam דבר a Targumiſtis non מימרא, ſed מתגמא reddi. Quod et alii iam notarunt.

§. 52. Pronum inde eſt colligere, quare Judaei, dum ſermonem huic VERBO aeterno adſcripſerunt, etiam ſaepe de eo dixerint, quod *uoce utatur*. Quae loca et iſta magna ex parte complectatur, ubi dicitur VERBVM hoc *praecipere*, quod itidem actio eſt proprietatem perſonalem indicans. Videmus hoc non paucis in locis, quorum quaedam recenſebo. Geneſeos III 8. Onkelos et Jonathan *Et audiuerunt uocem VERBI Domini Dei* (Hebr. וישמעו את קול יהוה) et commate 10. itidem utraque paraphraſis: *Et dixit Adamus: Vocem VERBI tui audiui in horto* בגן ויסר את קלך שמעתי Confer. Exodi C. XVIII. 5. Hieroſ. Deut. C. IV. 33. Onk. et Jonath. *Num audiuit populus uocem VERBI Dei?* et u. 36. utraque paraphraſis: *Ex coelo audire fecit te uocem VERBI ſui, ut erudiret te.* C. XXVI. 14. Onkelos *ſuſcepi VERBVM Domini Dei mei.* Vbi ne quis putet, hanc Chaldaicam loquendi formulam קבלת למימר אדוי, quae loco Hebraicae, (שמעתי בקליו אלהי) *obediui uoci Domini Dei mei*, poſita eſt, ita huic aequipollere, ut uox מימרא reſpondeat uoci קל, atque ita per praeceptum ſit reddenda. Conferamus quaeſo Jonathanis ad hoc comma uerſionem; *Obediui uoci VERBI Domini;* qui uocem diſerte a VERBO, cuius illa eſt, diſtinguit. Deut. C. V. u. 21. 22. 23. Onk. et Jon. *Et dixiſtis: Ecce oſtendit nobis Deus gloriam ſuam et magnitudinem ſuam, et uocem VERBI eius* (ויתקל מימריה Hebr. ואתקלו) *audiuimus ex igne: Hodie uiuimus, quod loquitur Deus cum homine, et uiuit. Iam uero, quare moriamur, quia conſumet nos ignis hic magnus, ſi ſaepius audiuerimus uocem VERBI Dei, moriemur nos. Quoniam quid eſt omnis caro ut audiat uocem VERBI Dei uiuentis, qui loquitur ex medio ignis, ſicut nos? et uiuat* Cap. XV. 5.

§. 53. Cum duabus antecedentibus proprietatibus τῆ λόγῳ arctiſſime haec cohaeret, quod ſecundum uoluntatis actum non

non *decreuerit* ſolum, ſed et *praeceperit*. Id quod ex quibusdam locis oſtendam, in quibus auctores τῶν παραφράσεων VERBO huic etiam actum *praecipiendi* adſcripſerunt. Patebit id iam ex antecedentibus paragraphis, ubi non pauca huc trahenda occurrent: Sed et alia etiam ſuperſunt loca κατὰ ῥητὸν affirmantia, VERBVM hoc decreuiſſe et praecepiſſe. Coniungam hic ea, quae hoc ſequenti phraſi adſtruunt, על פם מימרא דיי. Num. C. III. u. 16. Jon. *Et numerauit illos Moſes ad praeceptum VERBI Domini*, qui loquendi modus in ſequentibus ſaepius recurrit, u. 39. 51. C. IV. 37. 41. 45. 49. C. IX. 18. 20. 23. C. X. 13. Capite IX. uero, commate 8. Hieroſolymitanum Targum haec Hebraica עמדו ואשמעה מה־יצוה יי לכם. *Subſiſtite, ut audiam, quid praecipiat Dominus uobis*, ita reddidit: קומו ושמוע מה־די פקיד מימרא דיי לכון: *Surgite, et audite id, quod praecepit* VERBVM *Domini uobis*. Commate autem nono, ubi haec Hebraica leguntur: ושמרו בני ישראל את משמרת יי Onk. et Jon. haec ita exhibent: ונטרין בני ישראל ית מטרת מימרא: *Et cuſtodiuerunt filii Iſraal cuſtodiam* VERBI *Domini*, item commate 23. Onk. *Ad* VERBVM *Domini* (*Ion. ad os*, ſiue *mandatum* VERBI *Domini*) *manſerunt, et ad* VERBVM *Domini* (*Ion. et ad os* VERBI *Domini*) *profecti ſunt: Cuſtodiam* VERBI *Domini cuſtodiuerunt.* (Jon. et Onk.) *ſecundum* VERBVM *Domini* (Jon. *ſecundum os* VERBI *Domini*) *per manum Moſis.* Num XXXVI. 2. Onk. צוה ביי *praeceptum eſt a Domino*, Onk. *praeceptum eſt a* VERBO *Domini.* Num. C. XXII. 18. ab Onk. et Jon. פי יי per גזירת מימרא דיי *Decretum* VERBI *Domini* explicatur. Exodi XIX. 7. Hieroſolymitanum Targum: *Omnia uerba, quae praeceperat illi* VERBVM *Domini.* Leuitici Cap. XXIV. u. 12. Onk. *Ligauerunt eum in domo cuſtodiae, donec expoſitum fuit per decretum* VERBI *Domini.*

§. 54. Phraſin quoque Hebraicam, בשם יי Chaldaei transtulerunt ut plurimum, בשום מימרא דיי, ut Geneſeos IV. Jonathan comma 26. ita tranſtulit: *Diſperſit illos, qui in diebus illis coeperunt errare, et fecerunt ſibi idola, cognominantes idola ſua, nomine*

mine VERBI *Dei.* Sequenti C. V. u. 2. eadem uerſio haec exhibet: *Et benedixit illis Deus in nomine* VERBI *ſui*, ubi Hebraeus fons tantum dicit: *Et benedixit illis.* Cap. XVIII. u 5. Jonathan poſt uerba: *Et recreate uos*, inſerit, *et laudate* VERBVM *Domini.* Cap. XXI. 23. Jon. et Hier. u. 33. Jonathan: *Et plantauit paradiſum in Beer Scheba Churphan*, (iuxta puteum ſeptem agnarum) *et praeparauit in eo cibum et potum pro tranſeuntibus et redeuntibus, et praedicauit illis ibi: Confitemini, et credite in nomen* VERBI *Dei Domini ſeculi.* Auctor paraphraſeos Hieroſolymitanae longius adhuc a textu ſacro recedit. Cum hic enim haec tantum modo referat: *Et plantauit arboretum in Beerſchaba, et inuocauit ibi nomen Dei Domini aeterni*; ille plura de inſtituto Abrahami narrat: *Et plantauit Abraham paradiſum in Beerſchaba, et praeparauit in eo cibum et potum, et in terminis eius: Comedentes autem atque bibentes uolebant ipſi dare pretium eius, quod comederant et biberant, ſed noluit recipere illud ab illis. Dixit enim illis pater noſter Abraham: Ab eo qui dixit, et creatus eſt mundus per* VERBVM *eius* (habetis cibum.) *Orate coram patre ueſtro, qui eſt in coelis, ex cuius hoſpitio comediſtis et bibiſtis et non mouebant ſe ex loco ſuo, donec proſelytos feciſſet illos, et docuiſſet illos uiam ſeculi, et confeſſus eſt, et adorauit ibi Abraham nomen* VERBI *Dei domini coelorum.* Ceterum de hac narratione confer EISENMENGERI Entdecktes Judenthum P. I. p. 422. Gen. C. XXII. 14. Hier. XXIV. 3. Jon. XL. 23. Hieroſ. *Benedictus eſt is, qui confidit in nomine* VERBI, *et eſt* VERBVM *Dei fiducia eius.* Exodi *XIV. 31.* Ion. *XX.* 7. Ion. *XXXIII. 19.* Ion. Leuitici C. V. u. 21. Ionath. *Filius hominis, ſi deliquerit, et mentitus fuerit mendacia nomini* VERBI *Dei* (לשום מימרא דוי) Deut. C. XVIII. 7. Jon. *Et miniſtrabit in nomine* VERBI *Domini Dei ſui, ſicut omnes fratres ſui Leuitae.*

§. 53. Verbi huius ſaepe quoque mentionem faciunt Targumim ut *auxiliatoris*, φιλανθρωπίαν τῦ λόγυ exprimentes. Emphaticum illud את *cum* Hebraeorum, ſi dicitur de Deo quod ex gratia ſingulari fuerit cum homine, ſeu ipſi adſtiterit, reddunt per סער, *auxilium*, atque hoc auxilium VERBO tribuunt, prout ex exemplis iam adducendis patebit. Gen. C. XXI.

u. 20.

u. 20. Onkelos et Jonathan haec habent: *Et fuit VERBVM Domini in auxilium pueri* (והוה מימרא דיי סעדיה דרביא, Hebr. ויהי אלהים את־הנער) et commate 22. *VERBVM Domini in auxilium tuum.* Cap. *XXVI.* 3. 24. 28. *XXVIII.* 15. 20. *XXIX.* 12. Jon. C. *XXXI.* 3. Onk. et Jon. u. 5. Jon. *XXXV.* 3. Onk. et Jon. Capite *XXXIX.* u. 2, 3, 21, 23. Onk. et Jon. quo ultimo loco in Jonathanis Targum reperitur מימר, pro מימרא, abſolutus ſtatus loco emphatici, qui abſolutus ſtatus rarior in hac ſignificatione occurrit, quae ipſi tamen dubia reddi nequit, cum Onkelos uocem מימרא hoc ipſo loco habeat. *XLVIII.* 21. C. *XLIX.* 25. *VERBVM Domini Dei* (מימר אלהא) *patrum tuorum, erit in adiutorium tuum.* Jon. *A VERBO Dei patris tui erit auxilium tuum.* Non immerito in cenſum horum locorum refero hunc: Exodi C. *III.* u. 8. Jon. *Et reuelaui me tibi hodie, ut per VERBVM meum eripiam eos ex manu Aegyptiorum.* (לשיזבותהון במימרי) it. u. 11. Jon. u. 12. Onk. C. X. u. 10. Onk. et Jonathan. Cap. *XVIII.* 29 Onk. et Jon. Num. C. *XXIII.* 21. Onkel. *VERBVM Domini Dei ipſorum, erit in auxilium ipſorum, et Schechina regis illorum inter illos.* Jonathan: *VERBVM Domini Dei ipſorum erit ipſis in auxilium, et iubilus regis Meſſiae iubilat inter illos.* Hieroſ. *VERBVM Domini erit cum illis, et iubilus a gloria regis illorum proteget illos.* Hebr. *Dominus Deus cum ipſo, et clamor regis in ipſo.* Deut. *II.* u. 7. Onk. et Jon. *His quadraginta annis VERBVM Dei ueſtri in auxilium ueſtrum fuit, et non defuit uobis quidquam.* C. *XX.* 1. Onk. et Jon.

§. 56. *Apparuiſſe* quoque, aſſerunt Paraphraſtae textus ſacri, VERBVM hoc, quo ipſo haud obſcure indicant, de quali VERBO loquuti fuerint. De tali nempe, quod apparere et uideri potuerit, quae loquendi ratio nos non poteſt non manu quaſi eo adducere, ut et hic λόγον, non ἐνδιάθετον, aut προφορικὸν, ſed ὑποστατικὸν quaeramus, quod ex perluſtratione locorum adducendorum clariſſimum fiet. Gen. C. XI. 8. *Et apparuit* VERBVM *Domini contra illam ciuitatem, et cum ipſo ſeptuaginta angeli propter ſeptuaginta populos*, et reliqua. Gen. C. *XXXV.* 9. Hier. poſt alia: *Et apparuit* VERBVM *Dei Iacobo in ualle ſplendida*, (et poſt alia quaedam.) *Et apparuit* VERBVM *Domini Iacobo*,

bo, tempore ſecundo, cum ueniret ipſe ex Paddan Aram, et benedixit ipſi. Targum Hieroſ. ad comma 42. Capitis XII. Exodi, poſt ea, quae ſupra §. V. iam allata ſunt, haec tradit: *Nox ſecunda, cum appareret* VERBVM *Domini Abrahamo, et uocauit iſtam noctem ſecundam. Nox tertia, cum appareret* VERBVM *Domini Ægyptiis, in media nocte dextra eius interficiebat primogenitos Aegyptorum, et dextra eius eripiebat primogenitos Iſraelitarum, et uocauit iſtam noctem tertiam. Nox quarta, cum adimplebitur finis mundi ut diſſoluatur, funes impietatis uaſtabuntur, et iuga ferrea rumpentur. Moſes exibit ex medio deſerti, et Rex MESSIAS ex medio Romae, ille ducet in uertice nubis, et* VERBVM *Domini dux inter ambos, et ipſi incedent ſimul. Illa eſt nox paſchatis coram Domino obſeruanda, et ſtatuta omnibus Iſraelitis per aetates ſuas*, C. *XX. 21.* Hier. *in omni loco, in quo memorabitis nomen meum ſanctum*, VERBVM *meum apparebit uobis, et benedicet uobis.* Num. C. *XXIII. 4, 16.* Jon. *Occurrit* VERBVM *Bileamo, et poſuit uerba in ore eius h. e.* locutum eſt cum Bileamo, eumque inſtruxit, quid loqui deberet. C. XXIV. 21. Hier. *Vae illi, qui exſtiterit tempore, quo reuelabitur* VERBVM *Domini, ut det mercedem bonam iuſtis*, et reliqua. Et huc partim referenda ſunt loca antea adducta, quae de ſermone, uoce et praecepto VERBI agunt, utpote quae uel ſupponunt apparitionem, uel eam expreſſis uerbis indicant. Immo et hoc notandum, quod ne ulla quidem facile occurret apparitio diuina, quam paraphraſtae VERBO huic ὑποστατικῷ non adſcripſerint.

§. 57. Saepius quoque, quando de *iuramentis* ſermo fit, mentionem faciunt paraphraſtae VERBI huius, ita ut uel Deus, uel homo per illud iurauerit, uel ipſe λόγος iurauerit, uel alius alium iuramento, in VERBVM hoc facto, adſtrinxerit, quo ipſo rurſus λόγος innuitur ὑποστατικός. Nam Deus alias dicitur *iurare per ſe ipſum.* Vnde, quando perhibetur iurare *per* VERBVM *ſuum*, declaratur VERBVM iſtud eſſe quidem peculiarem diuinitatis ὑπόστασιν, ab ipſo tamen Deo, ſeu diuinitatis eſſentia, haud differre. Et quia homo non, niſi per Deum, ualide iurare poteſt, quando per VERBVM Domini iuraſſe dicitur, eo ipſo dici-

dicitur VERBVM ipſum habuiſſe pro Deo. Gen. *XXII. 16.* Onk. et Jon. *Per* VERBVM *meum iurauí, dixit Dominus.* Exodi *VI. u. 8.* Onk. et Jon. *Eam adducam uos in terram, de qua iurauí per* VERBVM *meum, me daturum illam Abrahamo, Iſaaco et Iacobo* (אשר נשאתי את ידי לארעא ויקיימית במימרי Hebr.) Cap. *XIII. 5.* Jon. Num. *XIV. 30.* Onk. et Jon. Ipſe λόγος iuraſſe dicitur Exodi C. *XVII. u. 15.* Jon. *Et dixit: Quoniam iurauit* VERBVM *Domini per ſolium gloriae ſuae, quod ipſe* VERBO *ſuo pugnaturus ſit contra domum Amaleck, et ipſos perditurus ſit in tribus generationibus: in generatione huius ſeculi, in generatione* MESSIAE, *et in generatione futuri ſeculi.* Deut. C. *XXVI. 3.* Hieroſ. *Eo, quod ingreſſi ſumus in terram, quam iurauit VERBVM Domini patribus noſtris, ſe daturum nobis.* De hominum iuramento, quod per VERBVM hoc fecerint, et hoc ipſo illud ueritatis teſtem et mendacii ultorem inuocauerint, uideamus ſequentia loca Geneſeos C. *XXI. 23.* Onk. et Jon. *Iam uero iura mihi per* VERBVM *Domini*, et reliqua. C. *XXIV. 3.* Onk. et Jon. *Et adiurabo ter per* VERBVM *Domini Dei coeli et Dei terrae.* Exodi *XX. 7.* Jon. *Populo mi, filii Iſrael, ne iuret quis in nomine* VERBI *Domini Dei ueſtri fruſtra.*

§. 58. Nec parum ponderis addent locutiones foederales, in quibus ſaepiſſime dicitur, quod VERBVM *Domini pepigerit foedus cum hominibus.* Occurrit haec loquendi ratio Geneſeos Capite IX. in Onkeloſi et Jonathanis paraphraſi commate 12. *Hoc eſt foedus*, (ſeu ſignum foederis) *quod ſtatuo inter* VERBVM *meum, et inter uos.* Confer eandem locutionem, commate 13, 14, 15, 16. huius capitis recurrentem. Capite *XVII.* Geneſeos, u. 2. *Et ſtatuam foedus meum inter* VERBVM *meum et inter te.* confer huius capitis u. 6, 10, 11.

§. 59. Liberatio populi Iſraelitici a iugo Ægyptiorum, eiusdemque eductio, imo redemtio aeterna, tribuitur VERBO huic, non paucis in locis. Id quod ſingulari cum ἰδιοποιήσει de Filio Dei, tanquam Meſſia, ſeu λόγῳ et ἀσάρκῳ et ἐνσάρκῳ dici, ex theologia biblica hic ſuppono. Geneſeos *XLVIII. 21.* Onk. et Jon. *Et dixit Iſrael ad Ioſephum: Ego morior, ſederit* VERBVM *Dei*

Dei in auxilium ueſtrum, et reducet uos in terram patrum ueſtrorum. Cap. *XLIX. 18.* Targum Hieroſolymitanum. *Dixit pater noſter Iacob: Non redemtionem Gideonis filii Ioas exſpectat, anima mea, quae fuit horae* (h. e. ad tempus breue, Coll. Ioan. V. 35.) *neque redemtionem Simſonis, quae eſt liberatio tranſiens; Sed redemtionem, quam dixiſti, per* VERBVM *tuum, uenturam eſſe populo tuo, filiis Iſrael. Hanc liberationem exſpectat anima mea.* Reſpondet huic loco Targum Jonathanis, ſi ſenſum attenderis. Exodi II. 23. Jon. *Et dixit per VERBVM ſuum, ſe uelle illos liberare ex ſeruitute.* Confer Capitis III. u. 8. Jon. Capite XIII. 8. Jon. *Propter praeceptum hoc fecit* VERBVM *Domini miracula et mirabilia, dum exiui ex Ægypto.* u. 18. Hieroſ. *Et duxit* VERBVM *Domini populum uiam deſerti.* C. XIII. 25. Jon. et Jer. *Quoniam* VERBVM *Domini eſt, qui pugnat pro ipſis bella contra Ægyptios.* Num. C. VI. 21. Jon. *Et dicetis filiis ueſtris: Serui fuimus Pharaonis in Ægypto, et eduxit nos* VERBVM *Domini manu forti.* Deut. Cap. XXIII. 15. Jon. et Hier. *Et memores eſtote, quomodo ſeruire coacti fueritis in terra Ægypti, et eripuerit uos* VERBVM *Domini ueſtri inde.*

§. 60. Quae antea adducta ſunt, expoſuerunt nobis actiones et characteres τῦ λόγυ perſonales, ipſi proprios, qui diuinae illum eſſentiae eſſe, ſatis demonſtrant. Si uero diuinae eſt eſſentiae, non poteſt ipſi cultus Deo debitus deeſſe. Hunc autem cum Targumiſtae in *adoratione* et *fide* ipſi exhibitum narrent; Non hoc ſolum concludimus, ipſos de diuina τῦ λόγυ ὑποςάσει certiſſimos fuiſſe, ſed etiam ipſos, quod eadem maiorum fuerit ſententia, et ſciuiſſe, et approbaſſe. De *adoratione*, qua λόγον coluerunt patriarchae, nos ſequentia docent loca. Geneſeos Cap. XVI. 13. Jon. et Hieroſ. *Et confeſſa eſt Hagar, et adorauit nomen* VERBI *Domini.* Quae loquendi ratio itidem occurrit C. XVIII. 5. Jon. C. XXII. 14. in Hieroſolymitano Targum. C. XXX. 22. Hieroſ. *Et recordatum eſt* VERBVM *Domini in recordationibus ſuis bonis, et exaudiuit VERBVM Domini uocem precationis eius, et dixit* (Dominus) *per VERBVM ſuum, ſe daturum illi filios.* Deut. IV. 7. Jon. *Verum VERBVM Domini ſedet ſuper*

ſuper ſolio ſuo alto et excelſo, et audit preces noſtras, omni tempore, quo nos oramus coram ipſo, et facit petitiones noſtras. Confer hic Geneſ. C. XXXVIII· u. 25. C. XL· 23. Quod autem fiduciam ſuam in hoc VERBO poſuerint, illudque uera fide uenerati fuerint, ſequentia confirmant loca. Gen. C. XV· 6. Onkelos et Jonathan. *Et credidit in* VERBVM *Domini, et reputatum eſt ipſi in iuſtitiam.* Exodi C. XIII· 31. Jon. et Onk. *Et crediderunt in VERBVM Domini, et in prophetiam Moſis, ſerui ipſius.* Num. C. XVIII· 11. C. XX· 12. Onk. et Jon. *Et dixit Dominus ad Moſen et Aaronem: Propterea quod non credidiſtis* VERBO *meo, ut ſanctificaretis me coram filiis Iſrael*, et reliqua. Deut. C. I· u. 32. Onk. et Jon. *Et in hac re non credidiſtis in* VERBVM *Domini Dei ueſtri.* Chald. ובפתגמא הדין ליתיכון מהימנין במימרא דיי אלהכון Hebr. ובדבר הזה אינכם מאמינים ביי אלהיכם *Et in uerbo hoc (ſeu re hac) non credidiſtis in Deum Dominum ueſtrum.*

§. 61. E locis, hucusque in medium productis, patet quidem, Judaeos (non quidem omnes, cum permulti uera et ſalutari θεογνοσία generatim carerent, ſed meliores et θεοδιδάκτοι) agnouiſſe peculiarem quandam hypoſtaſin in diuina eſſentia, cui nomen λόγος, מימרא, competat, utpote ab ipſo Deo impoſitum. Nondum tamen a me euictum eſt, eos hoc VERBVM pro Meſſia habuiſſe. Hoc ut demonſtrem, obſeruo, praeter hanc uocem מימרא, aliam adhuc in paraphraſibus Chaldaicis occurrere, qua itidem MESSIAM denotari, uolente Deo, peculiari quadam diſſertatione probatum ibo, nempe שכינא, ſeu in ſtatu emphatico שכינתא, etſi haec ipſa de ſpiritu Sancto uſurpata ſit, certe uſurpata eſſe uideatur. Hic unicum ſaltem locum adducere mihi liceat, qui oſtendit שכינתא, uel שכינא et משיחא eiusdem eſſe ſignificationis. Num. C. XIII· 21. Hebr. יהוה אלהיו עמו ותרועת מלך בו: *Dominus Deus eſt cum ipſo, et clamor regis in illo.* Haec Onkelos ita tranſtulit: VERBVM *Domini DEI ſui in auxilium illorum, et Schechina* (ושכינת מלכהון) *regis ſui inter illos.* Jonathan autem ita uertit: VERBVM *Domini Dei ipſorum eſt illis auxilio, et iubilum Regis MESSIAE* noci-

uociferatur inter illos. Hieroſolymitanum autem Targum haec habet: VERBVM *Domini erit cum illis, et iubilum gloriae Regis ſui proteget illos.* Facile oſtendet hic collatio uerſionum Onkeloſi et Jonathanis, שכינא Iudaeis idem denotaſſe, quod et משיחא. Eandem uocem שכינא, quae Meſſiam denotat, non uno in loco uoci מימרא aequipollere, deprehendimus. Exempli cauſſa Deut. C. XXIII 14. Onkelos haec habet. *Quoniam Domini Dei tui Schechina ambulat in medio caſtrorum tuorum, ut non auertatur* VERBVM *eius benefaciens tibi.* Huius commatis ultima (in primis enim conueniunt) Jonathan ita transtulit: *Ne aſcendat Schechina eius a uobis.* Idem obſeruare licet Capite XXXI 3. Jon. *Domini Dei tui* VERBVM *tranſiuit coram uobis*, cuiusmodi locutiones, aliquoties in hoc capite recurrunt, quae Jonathan reddidit: *Dominus Deus tuus, et Schechina eius tranſiuit coram uobis.* Conferatur omnino Ex. C. XIX. 17. uerſio Onk. et Jon. Cum itaque Schechina idem ſit, ac Meſſias, itemque idem, quod מימרא, ſatis apparet, inde etiam מימרא et משיחא eſſe ſynonyma, ſeu Iudaeos ſub uoce מימרא Meſſiam agnouiſſe. A uero itaque Cl. JOHANNIS SAVBERTI aſſertum abit, in diſſertatione de Voce λόγος §. XV. aſſerentis: *Illud interea dubio caret, Targumiſtis* מימרא *et* משיחא *nunquam fuiſſe ſynonyma.*

§. 62. Praeter haec teſtimonia, quibus euinci poſſe perſuaſus ſum, VERBVM hoc, de quo Judaei Targumiſtae ſcripſerunt, fuiſſe diuinitatis ὑπόστασιν, in certas claſſes diſtributa, multa adhuc occurrunt, quorum recenſio ſupra non uiſa eſt commodum habere locum, ideoque iam ſubiungitur. Sunt uero talia effata, quae nos tam de ὑποστάσει, quam de diuinitate VERBI huius, certiores reddere poſſunt. Secuturus ſum hic ordinem librorum et capitum, ea tamen, quae plane parallela ſunt, coniuncturus. Geneſeos Cap. II. 8. Jonath. *Et conſtitutus eſt per VERBVM Domini Dei hortus ex Eden inſtis, ante creationem mundi, et habitare ibi fecit hominem, cum creaſſet eum.* Cap. VI. 7. 3. Jon. *Et dixit Dominus: perdam hominem per* VERBVM *meum, quem creaui*, et reliqua. Cap. VII. 16. Onk. *Et protexit, ſeu occluſit Dominus per* VERBVM *ſuum ſuper ipſum.*

Jon.

Jon. Et protexit VERBVM Domini ianuam arcae coram facie ipſius. Hieroſ. *Et pepercit VERBVM Domini illi* C. VIII. 1. Jon. *Et recordatus eſt Dominus in VERBO ſuo Noachi* et reliqua. Cap. XV. 1. Onk. Ion. et Hieroſol. *poſt uerba haec* (Chald. פתגמיא Hebr. הדברים) *fuit uerbum* (Chald. פתגמא Hebr. דבר) *Domini ad Abrahamum in uaticinio, dicendo: Ne timeas Abram, VERBVM meum* (מימרי Hebr. אנכי) *fortitudo tua.* Cap. XVIII. 24. Jonath. et Hieroſ. *Et VERBVM Domini demiſit pluuias beneplaciti ſuper Sodomam et Gomorram, propterea ut facerent poenitentiam, ſed non fecerunt, quoniam dixerunt: Non reuelata ſunt coram Deo opera mala, ecce propterea demiſſa ſunt ſuper illos ſulphur et ignis, a coram VERBO Domini ex coelo.* Cap. XX. 18. Jonath. *Quoniam VERBVM Domini concludendo concluſerat in ira omnem cardinem uteri uxorum*, et reliqua. Cap. XXII. 1. poſt multa paraphraſtica Jonathan: *Et ſtatim VERBVM Domini tentauit Abrahamum.* u. 8. Hieroſolymitanum Targum: *Et dixit Abraham: VERBVM Domini oſtendet mihi ouem; et ſi non, tu ipſe eris holocauſtum, fili mi, et ibant ambo una corde demiſſo.* Cap. XXIII. 1. Jon. *Et VERBVM Domini benedixit Abrahamo, omnibus ſpeciebus benedictionis.* Cap. XXVI. u. 5. Onk. et Jon. *Propterea quod ſuſcepit Abraham VERBVM meum, et cuſtodiuit cuſtodiam VERBI mei.* Cap. XXVII. u. 25. Jon. *Et dabit tibi VERBVM Domini ex bonitate rerum.* u. 30. Jonath. *Et prohibuit VERBVM Domini ab illo uenationem mundam*, cet. Cap. XXVIII. 21. Onk. *Et erit mihi VERBVM Domini in Deum.* Cap. XXXI. 9. Hier. *Et exhauſit VERBVM Dei* (gregem) u. 49. Onk. *Reſpiciat VERBVM Dei inter me et inter te.* u. 50. Onk. et Jon. *Videbit VERBVM Domini teſtis inter me et inter te.* C. XXXV. 9. Jon. *Et benedixit ipſi Dominus per nomen VERBI ſui, poſtquam mortua eſſet mater eius:* et Hieroſolymitanum Targum in prolixa huius commatis paraphraſi: *Et benedixit eis*, (Adamo et Euae) *VERBVM Domini, et dixit illis VERBVM Domini, fortes eſtote et multiplicamini*, et reliqua. Cap. XLIX. 24. Onk. *Per cuius* VERBVM *gubernantur patres et filii tribuum Iſrael.* C. L. u. 2. Jon. VERBVM *Domini cogitauit de me bonum.*

§. 63. Progrediamur ad ea, quae Exodus nobis tradit. Capite I. u. 21. Ion. *Et factum eſt, cum timuiſſent obſtetrices Dominum, et acquiſiuiſſent ſibi nomen bonum in generationibus, aedificauit ipſis* (femin.) VERBVM *Domini domum regni, et domam ſacerdotii magni.* Cap. II. 5. Jonath. *Et immiſit* VERBVM *Domini cicatricem ulceris, et inflammationem carnis in terram Aegypti.* Cap. III. 19. Jonath. *Quia per* VERBVM *meum caſtigatus fuit plagis malis.* Cap. IV. 12. Onkelos. *Iam uero abi, et* VERBVM *meum erit cum ore tuo.* (Hebr. אהיה עם פיך) Jon. *Et nunc abi, et ego per* VERBVM *meum ero cum loquela oris tui.* conf u. 15. Cap. VII. 25. Ion. *Et abſoluti ſunt ſeptem dies, poſtquam percuſſit Deus fluuium, et poſtea ſanauit* VERBVM *Domini fluuium.* Cap. XII. 23. Ion. *Et proteget* VERBVM *Domini portam, et non permittet angelo perdenti ingredi domus ueſtras ad percutiendum.* u. 26. – *qui pepercit per* VERBVM *ſuum domibus filiorum Iſraelis in Aegypto.* u. 29. *Et* VERBVM *Dei interfecit omnem primogenitum in terra Aegypti.* Cap. XIII. 15. Ion. *Et factum eſt, poſtquam induraſſet* VERBVM *Domini cor Pharaonis, et* reliqua u. 17. *Haec ſunt oſſa arida, quae uiuificauit* VERBVM *Domini per Ezechielem prophetam in ualle Dura.* u. 19. *propterea adiurauit filios Iſrael dicendo: Recordando recordabitur Dominus ueſtri per VERBVM ſuum, et per miſericordiam ſuam bonam.* Cap. XIV. 24. Hieroſ. *Et factum eſt tempore aurorae, et reſpexit VERBVM Domini ad exercitum Aegyptiorum.* Cap. XV. 1. Jon. et Hieroſ. *Ipſe per Verbum ſuum ultionem ſumit ab illo.* Onk. Ion. et Hieroſ. *Dixit per VERBVM ſuum, et fuit mihi in redemtorem.* u. 25. Ion. *Et ibi poſuit illi VERBVM Domini decretum Sabbati.* Hier. *Et adorauit Moſes Dominum, et indicauit ipſi VERBVM Domini arborem Ardiphne* (Rhododaphnen), *et proiecit in aquas, et dulces factae ſunt aquae, ibi indicauit ipſi VERBVM Domini ſtatuta, et ibi tentauit ipſum tentationibus, tentatione decima* u. 26. Hieroſ. *Quoniam ego ſum Dominus, qui per VERBVM ſuum ſanat te.* Cap. XVI. 3. Hier. *Vtinam mortui eſſemus per VERBVM Domini in Aegypto.* u. 8. Onkelos et Jonathan: *Et nos quid?* (ſumus) *non contra nos murmurationes ueſtrae, ſed contra VERBVM Domini.* C. XVII. 15. Jon. *Et aedificauit Moſes altare, et uocauit nomen eius, VERBVM Domini hoc uexillum meum.* Cap. XIX. 17. Onk. *Eduxit Moſes populum e caſtris,*

caſtris, obuiam VERBO Domini. Cap. XXV· 22. Onk. et Jonath. *Et ſiſtam VERBVM meum tibi ibi,* (in arca foederis) *et loquar tecum.* Confer. Cap. XXIX· 42. 43. Cap. XXX· 6. 36. Cap. XXXI· 13. Onk. et Ion. *Sabbata mea ſeruabitis, quoniam haec ſunt ſigna inter VERBVM meum et uos.* Cap. XXXIII· u. 22. Onk. et Ion. *Et fiet, cum tranſierit gloria* SCHECHINAE *meae, ponam te in ſpeluncam petrae, et protegam per VERBVM meum ſuper te, usque dum tranſiero.*

§. 64. Nec pauca ſuppeditat Leuiticus teſtimonia, de perſonali ὑποστάσει τῦ מימרא, quae iam recenſenda ſunt. Capite XIV· 23. Ion. *fortaſſe non placent* VERBO *Domini opera manuum noſtrarum.- - Et dixit, recipiat VERBVM Domini cum beneplacito oblationem ueſtram.* Cap. XX· 23. Onk. et Ion. *Et abominatum eſt VERBVM meum eos.* Cap. XXVI· 11. Onkelos. *Et ponam habitaculum meum inter uos, et non abominabitur* VERBVM *meum uos.* Idem occurrit u. 30. Onk. et Ion. u. 12. Ion. *Et ponam Schechinam meam inter uos, et erit VERBVM meum uobis in Deum redemtorem, et uos eritis nomini meo in populum ſanctum.* u. 23. Onk. *Et ſi per haecce non eritis correpti* VERBO *meo.* u. 24. Ion. *Etiam propter omne hoc miſerebor illorum per* VERBVM *meum, cum erunt captiui in terra hoſtium ſuorum, et non ſpernam eos in regno Babyloniae, nec abominabitur illos* VERBVM *meum in regno Mediae,* et reliqua. u. 46. Onk. et Ion. *Haec ſunt ſtatuta et ordines et leges, quas poſuit Dominus inter* VERBVM *ſuum, et inter filios Iſrael.*

§. 65. Quaedam proferam nunc loca, quae mihi in perluſtratione Numerorum ſe obtulerunt. Capite VI· Jonathan. u. 27. *Et ponent benedictionem nominis mei ſuper filios Iſrael, et ego per* VERBVM *meum benedicam uobis.* Cap. X· 35. Ion. et Hieroſ. *Reuelare ergo, o* VERBVM *Domini, in robore irae tuae.* u. 36. Ion. et Hier. *Reuertere ergo, o* VERBVM *Domini, ſecundum miſericordiam tuam gratam.* Cap. XI· 20. Onk. et Ion. *propterea, quod abominati eſtis* VERBVM *Domini.* 23. Onk. *Et dixit Dominus ad Moſen: An* VERBVM *Domini impeditur* (Hebr. *num manus Domini abbreuiabitur*) *iam uidebis, an tibi accidant uerba mea*

(פתגמי) *an non?* Cap. XVI. 26. Ion. *Nunc conuenerunt contra* VERBVM *Domini.* Cap. XVII. 19. Onk. et Ion. *Et collocabis illa in tabernaculo conuentus, ubi conuenit* VERBVM *meum uobiſcum.* C. XX. 21. Ion. *Et diuertis Iſrael ab eo, quemadmodum iuſſi erant* (מן קדם מימרא דשמיא) *a* VERBO *coelorum* (h. e. coeleſti.) C. XXI. 5. Onk. et Ion. *Et murmurauit populus contra* VERBVM *Dei, et contenderunt cum Moſe.* u. 6. Jonath. *Propterea immiſit VERBVM Domini ſerpentes regulos in populum.* Hieroſ *ſerpentes iguitos.* com. 33. 34. 35. Jonathanis Targum, ut et Hieroſolymitanum ex parte, miram narrant fabulam de Ogo Rege Baſan, de quo haec et plura commenta exhibet Eiſenmenger im Entdeckten Jüdenthum, Parte I. p. 380. ſeqq. Mihi uero haec retuliſſe ſufficit ex commate 35. *Statim parauit VERBVM Dei uermem, qui arroſit montem* (per ſex milliaria extenſum, et hanc ob rem ab Ogo ex terra in ſublime elatum, ut eo uniuerſum Iſraelitarum exercitum obrueret) *et perforauit ipſum, et immerſum eſt caput eius in medium ipſius,* et reliqua. Cap. XXII. 20. Onk. et Ion. *Et uenit VERBVM a Domino ad Bileamum,* u. 28. *Ea hora aperuit VERBVM Domini os eius,* (aſinae) *et parata fuit illi locutio.* Cap. XXIII. 3. Jonath. *Si forte ueniat* VERBVM *Domini mihi obuiam, et uerbum,* (פתגם) *quod indicauerit mihi, narrabo tibi, et abiit curuus, ut ſerpens.* u. 4. *Et obuiam uenit* VERBVM *a facie Domini.* u. 8. Ion. et Hieroſ. *Quid ego maledicam domui Iacobi, cum* VERBVM *Domini benedicit ipſis? et quid ego imminuam Domum Iſrael, cum* VERBVM *Domini multiplicat illos.* u. 16. *Et occurrit* VERBVM *a Domino Bileamo, et poſuit uerbum* (פתגמא) *in os eius.* Cap. XXIV. 23. Ion. et Hier. *Vae illi, qui uixerit, quando reuelabitur* VERBVM *Domini, ut det mercedem bonam iuſtis, et ut ulciſcatur ſe de improbis.* Cap. XV. 4. Ion. *Et ſuſpende illos coram* VERBO *Domini in ligno.* Cap. XVII. 16. Ion. *Conſtituat* VERBVM *Domini, quod dominatur in animas filiorum hominis, et a quo datus eſt ſpiritus animarum uniuerſae carni, uirum fidelem ſuper congregationem.* Hier. *Praeficiat* VERBVM *Domini, Deus, qui dominatur in animam uniuerſae carnis, uirum celebrem, ſuper populum congregationis.*

§. 66.

§. 66. Videamus et ea, quae ex Deuteronomii libro annotanda mihi ſunt uiſa. Cap. I 1. poſt quaedam alia, haec Hieroſolymitanum Targum habet. *Et in campeſtribus Moab explicatum eſt uobis, quot miracula et prodigia fecerit uobis* VERBVM *Domini.* u. 30 Onkelos: *Dominus Deus ueſter, qui ambulat coram uobis.* Ion. VERBVM *Domini Dei ueſtri eſt, qui anteit coram uobis, ille pugnabit pro uobis.* (Hebr. *Dominus Deus ueſter incedens coram uobis, ille pugnabit pro uobis.*) conf. C. III. 22. Onk. et Ion. Cap. IV. 7. Ion. *Quoniam quis eſt populus magnus, cui Deus ita ſit propinquus in nomine* VERBI *Dei? mores populorum* (reliquorum ſunt) *ut portent timores ſuos* (idola) *ſuper humeros ſuos, et putant propinquos ſibi, ſed illi ſunt longinqui propterea, quod non audiunt auribus ſuis: uerum* VERBVM *Domini ſedet ſuper throno ſuo alto et excelſo, et audit preces noſtras omni tempore, quo nos oramus coram ipſo, et facit petitiones noſtras.* n. 20. Ion. *Et uos accepit* VERBVM *Domini pro parte ſua, et eduxit uos ex fornace ferrea ex Ægypto.* u. 24. Onk. et Ion *Quoniam Domini Dei ueſtri* VERBVM *eſt ignis conſumens.* conf. Cap. VIII. 3. Cap. V. 5. Onk. et Ion. *Ego ſtans fui inter* VERBVM *Domini et inter uos tempore hoc.* Cap. XI. 1. Ion. *Et diligetis Dominum Deum ueſtrum, et cuſtodietis cuſtodiam* VERBI *eius.* Cap. XII. 5. Ion. *Sed in terra, quam elegerit* VERBVM *Domini Dei ueſtri ex omnibus tribubus,* conf. u. 11. Cap. XVIII. 19. Onk. et Jon. *Et ſi quidam uir non obedierit uerbis meis,* (לְפִתְגָמַי) *quae loquutus fuerit in nomine meo,* VERBVM *meum requiret a uobis.* Cap. XXI. 5. *Et accedent ſacerdotes, filii Leui, quoniam eos elegit* VERBVM *Domini Dei ueſtri.* Cap. XXIII. 14. Onk. *Vt auertatur* VERBVM *eius benefaciens tibi.* Cap. XXIV. 19. *Et benedicat uobis* VERBVM *Domini Dei ueſtri, in omnibus operibus manuum ueſtrarum.* Cap. XXVI. 5. Jon. *Sed eripuit ipſum* (Iacobum) VERBVM *Domini ex manibus eius* (Labanis) u. 17. Hieroſ. VERBVM *Domini, regem conſtituiſtis ſuper uos hodie, ut ſit uobis in Deum.* conf. u. 18. VERBVM *Domini elegit uos in electione una.* Cap. XXVIII. 7. Jon. *Ponet VERBVM Domini hoſtes ueſtros, inſurgentes contra uos ad nocendum, fractos.* u. 11. *Et abundare te faciet* VERBVM *Domini in bonum* u. 13. *Et praeficiet uos* VERBVM *Domini in reges. u. 20. Immittet* VERBVM *Domini in uos peſtem u. 22. percutiet* uos VERBVM *Domi-*

Domini tumore. u. 27. Jon. et Hieroſ. *percutiet* uos VERBVM Domini ulceribus, quibus percuſſi ſunt Ægyptii. u. 28. Jon. percutiet uos VERBVM Domini pauore. u. 35. percutiet uos VERBVM Domini ulcere malo. u. 48. Seruietis hoſtibus ueſtris, quos immittet VERBVM Domini uobis. u. 49. Aduolare faciet contra uos VERBVM Domini populum e longinquo. u. 59. Et teget VERBVM Domini a uobis Spiritum Sanctum. u. 61. Aſcendere faciet eas (plagas) VERBVM Domini, donec conſummamini u. 63. Et fiat, quemadmodum laetatum eſt VERBVM Domini ſuper uos, ad benefaciendum uobis, et ad multiplicandum uos, ita laetabitur VERBVM Dei contra uos, (mittendo) populos alienos, ad perdendum et conſumendum uos. u. 65. Et dabit VERBVM Domini uobis ibi cor timens. u. 68. Et migrare faciet uos VERBVM Domini in Ægyptum.

§. 67. Recenſui itaque ea loca, quae dum perluſtraui Pentateuchum, mihi ad inſtitutum meum aliquid conferre ſunt uiſa. Ne autem ea, qnae certis notionum claſſibus ſubiuncta ſunt, tibi uideantur minoris momenti eſſe, quam ea, quae in iſtis, §. V. ad §. XVI. adduximus, breuibus tibi illorum ſumma et pondera ante oculos ponam. Dicitur ibi מימרא *hortum in Eden conſtituiſſe, hominem perdere, protegere, parcere illi, recordari, fortitudo Abrahami eſſe, Sodomam perdidiſſe, Abimelecum puniiſſe, Abrahamum tentaſſe, ipſi benedixiſſe, eſſe alicui in Deum, exaudire preces iudicare, regere populum Iſrael, hominibus benefacere, aedificaſſe Iſraelitis domos, plagas Ægyptiis immiſiſſe, protexiſſe autem Iſraelitas, induraſſe Pharaonem, ſanaſſe homines, diſplicuiſſe et placuiſſe ipſi opera Iſraelitarum, immo abominatum eſſe illos, ipſisque iraſci, ſerpentes immiſiſſe illis, puniiſſe Ogum, iudex eſſe in extremo iudicio, miracula feciſſe, eſſe ignis conſumens.* Si igitur quaelibet priorum claſſium aliquod exhibet argumentum, certe ſingula horum dictorum, quae in ultimis paragraphis poſita ſunt, ſingula ſuppeditant argumenta, ut adeo ad quinquagenarium accedant numerum iſta praedicata, quae ὑπόςασιν et diuinitatem τῦ λόγυ ex uſu uocis מימרא in Pentateucho indicant. Fuiſſent quidem ad ſingula fere loca quaedam monenda, ſed inſtituti ratio

ratio omnem prohibuit prolixitatem. Vt uero, B. L., uno intuitu conſpicere queas, quoties et quibus in locis paraphraſtae Chaldaei in ſuis TARGVMIM in Pentateuchum uoce מימרא uſi fuerint, ſubiecit Auctor indicem ſingulorum locorum in hac diſſertatione adductorum. Singula enim illa recenſere allaborauit.

§. 68. Ex hactenus adlatis, qua ratione CHRISTVS λόγου adpelletur nomine, facilius conſtabit, ſiquidem hoc loco Lucas per λόγον ſubintelligit λόγον ὑποστατικὸν CHRISTVM, quam in ſententiam iuit LVDOV. CAPPELLVS, cum ita ſentit: *Etſi* λόγος *paſſim apud LXX. interpretes Vt Teſtamenti et in N. Teſtamento occurrat pro Hebraeo* דבר, *hoc eſt, pro* re geſta, *magis tamen conuenit, ut hoc loco accipiatur pro* ipſo Chriſto, *quia hac adpellatione notus et apud Iohannem. Nam* ὑπηρέται *aptius de perſona, quam de re geſta dicitur. Quare hic idem ſignificare uult Lucas, quod Iohannes Epiſtolae Cath. Cap. I. u. 1.* ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν etc. περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. *Deinde res a Chriſto geſtae non* λόγος, *ſed* ῥῆμα *dicuntur a Luca*, Act. X. 37. ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα etc. SYRVS et ARABS itidem habent: *Miniſtri uerbi*, ubi ARABS *Ioh. I. 1.* eadem utitur uoce כלמת, et item SYRVS מלתא, unde Arabes CHRISTVM uocitant כלמת אלה, *uerbum Dei.* Abſit ergo, ut uel cum IOHANNE CLERICO *in Ioh. I. Paraphraſ. et Animaduerſ. Illuſtrat.* ſtatuamus, TIMAEVM LOCRVM Pythagoricum primum hanc uocem adhibuiſſe in deſcriptione creationis mundi, ubi haec occurrunt uerba: Πρὶν ὧν οὐρανὸν γενέσθαι λόγῳ ἦσαν ἰδέα τε καὶ ὕλα; *Antequam ergo coelum fieret, ratione erat idea et materia;* uel cum quibusdam SOCINIANIS, Iohannem hanc adpellandi rationem a Pythagoricis et Platonicis fuiſſe mutuatum, audacter exiſtimemus, qua de re uid. omnino GRAPII *Theol. recens Controuerſa, Quaeſt. XVII. p. m. 143.* Lucas et Iohannes potius oculos ad loquendi rationes ueterum deflectunt. Veram autem huius adpellationis cauſſam, *Ioh. I. 1.* expoſuimus, quorſum B. L. duxi remittendum. Eſt ergo, manetque CHRISTVS ὑπόστασις τοῦ λόγου, שם המפורש, *ineffabile* DEI *nomen*, uel DEVS ineffabilis, quem in finem ſalutatur ab Angelo u. 32. Υἱὸς ὑψίστου, *filius*

lius altiſſimi, et u. 35. υἱὸς Θεοῦ, *filius Dei*, *qui regnabit ſuper domum Iacob in aeternum*, ille eſt uerus עמנואל, DEVS nobiscum, qui in primo templo habitabat ἄσαρκος ſuper Cherubim, unde שכינה eleganter admodum dictus ueteribus in *Pirke Abhoth Cap. III. 2.* שנים שיושבין ויש ביניהם דברי תורה שכינה שרויה ביניהם: *Vbi duo conſident, et una uerba legis tractant, ibi* שכינה, id eſt, diuinitas, *praeſentia Dei*, qui ἐσκήνωσεν συμβολικῶς in Tabernaculo et Templo primo, ἐπ' ἀληθειαν ἔνσαρκος ἐν ἡμῖν, *inter nos*, *Ioh. I. 14.* Id quod a uerbis CHRISTI non abludit *Matth. XVIII. 20. Vbi enim ſunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Vid. Adnotata ad *Ioh. I. 14.* GVALTPERIVS ad *Matth. I. 23.* non male: Εμμανουὴλ, *Immanuel. Hebr.* עמנואל, *Eſ. VII. 14. Myſterium iſtud* ἄῤῥητον *unionis perſonalis hac uoce exprimitur, quo Deus et Homo unum conſtituunt* ὑφιςάμενον, *ut intelligatur, maſſam humanam ex corpore uirginis Mariae a* λόγῳ, *ſeu filio Dei, aſſumptam non conſtituere peculiarem quandam* ὑπόςασιν, *ſed ſuum* ὑποςατικὸν εἶναι, *ſeu perſonalitatem, habere in ipſa* ὑποςάσει τοῦ λόγου, (per ὑπόςασιν τοῦ λόγου) *cum qua* ἀῤῥήτως, et, *ut* DAMASCENVS *loquitur*, ἀδιαςάτως *eſt unita.* Non enim ſimplex per עמנואל DEI ſignificatur cohabitatio, uel tantum typica, quae fuerat tempore V. T. in שכינה, uerum maxime illuſtris, emphatica et ſine exemplo, quae ſe per aſſumptionem carnis humanae nobis manifeſtauit. Sed de praeſentia DEI et שכינה uide plura *Ioh. I. 14.*

§. 69. Ad u. 5. et 9. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι; *Secundum conſuetudinem Sacerdotii ſorte adeptus eſt ſuffitum.* Commemorat Lucas functionem ſuffitus, temporibus demum poſterioribus, ſorte inter ſacerdotes diſtributam, quam MISCHNA *Hilc.* יומא *Cap. II. 2. 3.* et MAIMONIDES *de ſacrificiis Iugib.* deſcribit. Exinde facilius quoque perſpicietur ἔμφασις uocabuli ἐφημερίας. Vt enim functiones et ordines inter ſacerdotes rite ſeruarentur, Dauid ipſos omnes in XXIV. claſſes et turmas, totidemque dierum uices, ſiue ἐφημερίας, ut ait GOODWINVS *in Moſ. et Aar. Libr. I. Cap. V. §. XVIII. p. 96.* diſtinxit, quanquam iam ante Dauidem eiusmodi claſſes fuerunt uſu receptae. Hebraei mirum in modum heic diſcordant.

dant. MAIMONIDES ante Samuelem octo recenſet, in *Hilc.* כלי המקדש, id eſt, *de Vaſibus Sanctuarii.* Cap. IV. 3. משה רבינו חלק הכהנים לשמנה משמרות ארבעה מאלעזר וארבעה מאיתמר וכן היו ער שמואל הנביא: *Moſes Magiſter noſter Sacerdotes in octo diuiſit claſſes, quarum quatuor ex Eleaſare, quatuor ex Ithamare. Haec autem partitio duravit ad Samuelem.* RASCHIVS *in Comment. ad 1. Annal. C. XXIV. 5.* מתחלה במשכן שילה לא היו כי אם י"ו משמרות ח' מאלעזר וח' מאיתמר כמפורש במסכת תענית: *Ab initio, quando Tabernaculum in Schilo erat,* XVI. *ſacerdotum ordines tantum erant, octo ſcilicet ex Eleaſare, et octo ex Ithamare, ſicut explicatur in Tractatu* תענית, id eſt, *de Ieiuniis.* Explicatius tamen hoc tradere uidetur RABH *Hilc.* תענית f. 27. 1. אמר רב משה תקן להם לישראל שמונה משמרות ד' מאלעזר וד' מאיתמר בא שמואל והעמידן על עשרים וארבע: *Moſes Iſraelt OCTO cuſtodias ordinauit, quatuor ex Eleaſare, et quatuor ex Ithamare. Venit Samuel, et conſtituit SEDECIM, Dauid uero QVATVOR et VIGINTI.* Sorti intererant rex, pontifex, principes ac ſeniores *1. Chron. XXIV. 6.* Sortes uero phialae, uel urnis iniectae et probe commixtae extrahebantur, unde HOTTINGERVS explicat formulam u. 7. *exiuit ſors* et Luc. I. 9. ἔλαχε, *ſors illi obuenit.* Optime GOODWINVS l. c. p. 99. Quaeuis claſſis ſingulis ſeptimanis ſuae functioni in templo ſatisfaciebat, ſuſcepto nomine ab iis, qui tum temporis capita familiarum erant; Quemadmodum hebdomadalis functio ſorte fuit definita. Ita manus cuiusuis Sacerdotis in ſpecie ſors deſcribebat, nimirum cuius iam eſſet thymiamata adolere, cuius iumenta immolare, cuius lampadas parare. Zacharias Pater Iohannis erat ἐξ ἐφημερίας, *ex uice*, ſeu claſſe Abiae, *Luc. I. 5.* hoc eſt, octauo ordine, καὶ ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι, *et forte adeptus erat munus ſuffiendi.* MAIMONID. *Hilc.* כלי המקדש, *c. IV. 3.* על כל משמר ומשמר ראש אחד ממונה ועולין לירושלים לעבר משמר לכל שבת ומיום השבת ליום השבת הן מתחלפין

מתחלפין משמר יוצא והאחר שתא אחרין נכנס ער שגמרו וחוזרין: *Vnicuique claſſi unus aliquis praefectus erat. Quolibet ſabbatho claſſis Hieroſolymam ad ſeruiendum aſcendebat: Ab hoc ad ſequens ſabbathum uices immutabant: Tum una abibat, et altera, quae ordine priorem ſequitur, ſuccedebat, donec omnes functiones perfeciſſent, et tum per circulum redibant.* Et תמיד *C. V. 7.* הפייס השלישי אומר להן הממונה לכל אנשי בית אב של אותו יום מי שלא הקטיר קטורת מימון יבא ויפייס יתקבצו אצל הממונה ויפיסו ומי שיצא בפייס זה ראשון הוא שיזבח להקטיר קטורת: *Ad ſortitionem tertiam quod attinet, denunciabat praefectus omni familiae, quae erat de die operatura, ut, quisquis eorum ſuffimentum nunquam incendiſſet, ad ſortitionem accederet. Conueniebant ad praefectum, et ducebatur ſors, qua qui primus exibat, eius erat ſuffimentum adolere.* Claſſes etiam in certas בתי אבות, *domos paternas*, diuidebantur. Vid. *Hilc.* יומא *C. II. 2-5.* DRVSIVS ad h. l. SCALIGER *de Emendat. Tempor. p. 25. 60.* LVDOV. CAPPELLVS ad h. l. Omnia, quae in iugi et quotidiano ſacrificio et miniſterio Leuitico fiebant, ſolita fuiſſe diſtribui ſorte tum Sacerdotibus, tum Leuitis, liquet ex MISCHNA in *Maſſechet* תמיד, ubi explicatur tota ratio et ſeries quotidiani illius Miniſterii. Sic ergo habetur cap. 3. in initio: Dicit eis וממונה, *praefectus* ἐφημερίας: *Venite*, ופיסו, *et ſortimini, quis iugulaturus ſit, agnum nempe iugis ſacrificii, quis effuſurus eius ſanguinem, quis excineraturus ſit altare, quis lucernas accenſurus, quis agni membra illaturus in altare.* Capite autem V. ſic habetur: *Dicit eis praefectus* חדשים לקטורת בואו והפיסו זכה מה שזכה: *Noui ad ſuffitum uenite, et ſortimini etc.* Vid. et GROTIVS ad h. l. et GOODWIN. l. c. *p. 334. ſqq.* Finis ingreſſus in Templum erat θυμίαμα et intercеſſio, ubi multitudo populi precabatur foris, tempore thymiamatis. Solebant autem ſacerdotes foculum, ſiue thuribulum, uiuis carbonibus repletum, capite in Templum inferre, quod TALMVDICI adpellitant: אסיפת גומרין על ראש, COLLECTIONEM PRVNARVM SVPER CAPVT, quae loquendi formula ipſis de-

denotat INTERCEDERE, unde et phraſis: Feurige Kohlen auf ſein Haupt ſammlen, nihil aliud innuit, quam INTERCEDERE PRO ALTERO, qua de re alias ampliſſimus dicendi erit locus.

§. 70. Ad u. 23. *Et accidit, ut impleti ſunt dies officii eius,* λειτουργίας, *abiit in domum eius.* Commorabantur ſacerdotes in tabernis, in monte Templi extructis, atque in habitaculis Templi, usque tum λειτουργία, functio ſacerdotalis, uti uertit STEPHANVS, finiretur, GROTIVS ἐν τῇ ἱερατείᾳ, *in functione ſacerdotali.* Λειτουργία fuit igitur, ut ita loquar, omnis actus miniſterii, uel functionis ſacerdotalis, per ordines ſacerdotum diſtributae, u. c. λειτουργία immolationis, ſuffitus atque ſic amplius. Ex MAIMONIDIS ſententia poſterioribus temporibus quatuor in primis ſortes inſtitutae, quibus λειτουργίαι fuerunt iniunctae. *Prima habebat curam altaris expurgandi. Secunda* מי שוחט מי זורק מי מרשן מזבח הפנימי ומי מרשן את המנורה ומי מעלה אברים לכבש האש והרגל ושתי הירים העקץ והרגל החזה והגרה ושתי הרפנות והקרבים והסלת והחביתין והיין: *Quis debeat mactare, ſanguinem ſpargere, altare interius, lychnuchum decinerare, membra in clinum adportare, ueluti caput, pedem, duas manus, ſpinam dorſi, pedem, pectus, guttur, duas coſtas, inteſtina, ſimilam, frixa et uinum. Tertiæ de ſuffitu faciendo, et quarta de adportatione membrorum ab clino ad ipſum altare.* Vid. Hilc. יומא Cap. II. 2-5. De Λειτουργία Chriſtianorum pereruditam habuit diſſertationem conſummatiſſimus Theologus, IANVS, νῦν ἐν ἁγίοις.

§. 71. Ad u. 35. Quae de *Chuppa ueterum Hebraeorum* et ἐπισκιάσει monent PHILOLOGI, ea p. 35. ſqq. fuſius exponenda duximus. Orientalibus cerimonias nondum ueniſſe in deſuetudines, ex topographorum relationibus conſtat. SALOM. SCHWEIGGERVS centum, et quod excurrit, ab hinc annis morem illum in Turcis omni ſtudio uiſendum putauit, cum de *Chuppa* in der Reiſe-Beſchreibung p. m. 206. notanter admodum

ſcribit: Letzlich kommt denn der Bräutigam mit ſeiner ſeit geladenen geritten, daß er die Braut zu Hauß beleydte. Da ſetzt ſich iedermann zu Roß, und wird die Braut ins Bräutigams Hauß gar ſtattlich und herrlich beleydt, unter einem roth ſeidnen Himmel verdeckt reitend, wie in hiebeylegter langen Figur mit N. VII. verzeichnet, eigentlich zu ſehen iſt. Quid uero heic THEOLOGI de praeſente ſentiant ἐπισκιασμῷ, graphice delineauit D. CARPZOVIVS in *Diſſertatione* doctiſſima *de Chuppa Hebraeorum*, quo Ἐπισκιασμὸς *Luc. I. 35.* illuſtratur, cuius uerba, cum cedro ſint digniſſima, hic repetenda putauimus. Sequentem autem in modum literatiſſimus uir Ἐπισκιασμὸν, cuius meminit Lucas, explicatum reliquit. Refertur ritus ille *ad myſticam ſignificationem*, ut tam *Spiritualis unio Chriſti et fidelium*, qualem ſub hoc Schemate in Cantico Canticorum Salomonaeo pulcherrime deductam cernimus, quam *perſonalis* in tremendo *incarnationis Myſterio* facta adumbretur, quo ἐπισκίασις illa ſpectat, de qua nunc porro ſectione altera diſpiciemus.

§. 72. Falluntur utique, quotquot animi tantum recreandi, aut temporis fallendi ergo, ſuſcipi putant, ueterum rituum conſiderationem, qualem l. c. de Chuppa Hebraeorum inſtituimus, cum ad interpretationem Scripturae ſacrae dici nequeat, quantum adferat emolumenti, adeo, ut FLACIVS, doctiſſimus Scripturae interpres, in Claui ſua *part. 2. Clau. Scr. S. tr. VI. 577.* caput integrum *de neceſſitate cognitionis uariarum rerum potiſſimum in communi uita exiſtentium, tum omnibus gentibus Communium, tum Iſraelitis propriarum, ad intellectum ſermonis ſacrarum literarum*, ſcripſerit. Ac poſſemus id exemplo ritus Chuppae latiſſime demonſtrare, ſi omnia Scripturae loca cum ueteris, tum noui Teſtamenti, quae lucem hinc accipiunt, excutere uellemus. Sufficiat in praeſenti Vox unica, uerbum nempe ἐπισκιάζειν *Luc. I. 35. In quo uerbo nondum ſatis ſe expediſſe uidentur Veteres*, ut annotauit DAN. HEINSIVS in Exercitationibus ſacris; *lib. III. Exerc. Sacr. I. f. 137.* imo nec recentiores omnes uidentur ſatis illud declaraſſe, licet in eo fere conſentiant, magnum pietatis myſterium de incarnatione filii Dei eo ſignificari.

§. 73.

§. 73. Quamuis uero idem uerbum nos admoneat imbecillitatis noſtrae, et quod non temere in anxiam myſterii adeo tremendi perſcrutationem nos demittere deceat, quod duumuiri illi de Eccleſia meritiſſimi, CHEMNITIVS et GLASSIVS, egregie obſeruarunt. Ille in Harmonia Euangelica, *Harm. cap. IV. p. m. 55. 56. Haec ſumma*, inquit, *ſunt miracula, quae fides noſtra reuerenter credit, mens autem comprehendere non poteſt. Et propter hanc cauſam Angelus utitur uerbis ſuperueniendi et obumbrandi, quorum emphaſin et proprietatem non ſatis aſſequimur etc.* Et rurſum: *Sicut in reuelatione diuinitatis, obumbratio nobis olim interpoſita fuit, Cherubim etiam obumbrant arcam foederis 2. Par. V. 8. et Seraphim tegant faciem, Ieſ. VI. 2. ita ne curioſius in myſterium incarnationis filii DEI inquiramus, uirtus Altiſſimi obumbraculum interpoſuit.* Alter in Philologia ſacra, *lib. V. Philol. S. tr. I. c. IIX. ſub finem p. 1181.* (187.) *Eſto igitur*, inquiens, *haec umbra a temeraria huius myſterii perſcrutatione ἀποτροπή. Meminerimus, urbem eſſe quaſi obductam, quam non debeamus temere perrumpere. Sicut Cherubim obumbrant arcam foederis et propitiatorium 2. Par. V. 8. ne quis ſcilicet* השכינה, *ſeu Maieſtatem DEI ſuper eo habitantem curioſius intueri deſideraret. Sic uirtus Altiſſimi umbram obduxit τῆς ἐνσαρκώσεως τοῦ λόγου myſterio, ne in modum eius curioſius, ratione noſtra ſtulta, inquiramus.* Facilius tamen et longe rectius illius emphaſis penetratur, ſi ritum Chuppae hactenus memoratum conferamus, e quo depromptum eſſe hoc uerbum atque ad indicandam rem myſterii pleniſſimam adhibitum, inferius oſtendam.

§. 74. Ceterum non eſt animus, ſententias Autorum, ſiue ueterum, ſiue recentium, quae maxime ab inuicem abeunt, ad examen reuocare, quaeue in iis uel approbanda, uel repudianda ſint, praemiſſo accuratiori ſcrutinio exprimere. Noui enim etiam, inter Orthodoxos non conſentire omnes, inter quos arbitrari, religio mihi merito eſt. Veram eſſe totius propoſitionis interpretationem praeſuppono, qua δύναμις ὑψίστου, *uirtus Altiſſimi*, de qua ἐπισκίασις, aut ἐπισκιασμὸς, *obumbratio*, praedicatur, eſt ipſe DEI Filius humanam naturam in Beatae Virginis Mariae utero aſſumens; Sicuti me docuit meritiſſimus

de me, ac tota Academia, quin et de uniuerſa JEſu Eccleſia Praeceptor, Magnificus Dn. D. JO. ADAMVS SCHERZERVS, cuius a multis retro annis informationem fideliſſimam, nec non innumera, quibus me alienigenam cumulauit, beneficia, haud digne ſatis collaudare poſſum. *Virtus Altiſſimi*, inquit ille in Breuiario Theologico, §. *XXVI. p. m. 45. (i. e. Filius DEI, 1. Cor. I. 24.) obumbrauit tibi* (ἐπισκιάσει σοι *uterum tuum ſui conceptu replebit.*) Placet interim, absque nimio delectu obuias Patrum pariter et neotericorum Theologorum ac Philologorum explicationes hic recenſere, non tam, ut inde uarietas interpretationum appareat, quam ut neceſſitas cognitionis rituum Iudaicorum commendetur. Etſi enim nonnulli egregie locum expoſuerunt, nec ulla ratione reprobandi, quin modis omnibus tum ob alia in Eccleſiam merita, tum inprimis ob diligentam Scripturae Sacrae interpretationem et operam in huius quoque loci enucleationem laudabiliter impenſam aeſtimandi ſunt; exemplo tamen ſuo plerique demonſtrarunt, uera eſſe, quae doctiſſimus olim CONSTANTINVS L' EMPEREVR ab OPPYCK ſcribebat, *Praef. ad R. MOSIS KIMCHII* ὁδοιπορίαν: *Deſudatur fruſtra, cum ea, quae rituum Iudaicorum luce egent, alio uaria ſubtilitate detorquentur.* Conferat ea Lector, atque ipſe diiudicet.

§. 75. Sic autem procedemus, ut *Graeci* primum audiantur, quorum nobis triga ſufficerit. *Primus* eſto GREGORIVS NYSSENVS, Baſilii Magni frater, maior natu, ſed poſterior mortuus ſeculo IV. *Quid ſignificat*, inquit, *Orat. in diem Natal. Chriſti, arcanus hic ſermo?* (Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.) *Chriſtus DEI uirtus eſt et ſapientia, ut ait Apoſtolus. Virtus igitur Altiſſimi, quae Chriſtus eſt, per aduentum Spiritus S. formatur in Virgine. Quemadmodum enim umbra ad praecedentium corporum figuram effingitur, ſic forma et indicium diuinitatis DEI in uirtute ipſius, qui paritur, oſtendetur, et imago, et ſignum, et adumbratio, et ſplendor exemplaris per admirabilem rerum effectionem demonſtrabitur.*

§. 76. *Secundus* IOHANNES DAMASCENVS, qui ſecu-

ſeculo IIX· floruit, BEDAE σύγχρονος. Is, cum de modo conceptionis DEI uerbi, et diuina eius incarnatione agit, ad hunc quoque ἐπισκιασμὸν delatus, ſic inter alia, *Lib. III· de Orthodoxa fide, c. II· f. 166.* Κατὰ τὴν συγκατάθεσιν τῆς ἁγίας παρθένυ, πνεῦμα ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπ αὐτὴν κατὰ τὸν τοῦ κυρίυ λόγον, ὃν εἶπεν ὁ ἄγγελος, καθαίρον αὐτὴν, καὶ δύναμιν δεκτικὴν τῆς τοῦ λόγυ θεότητος παρίχον, ἅμα δὲ καὶ γεννητικήν. Καὶ τότε ἐπεσκίασεν αὐτὴν ἡ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστυ ἐνυπόστατος σοφία καὶ δύναμις, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, οἱονεὶ θεῖος σπόρος. Καὶ συνέτηξεν ἑαυτῷ ἐκ τῶν ἁγνῶν καὶ καθαρωτάτων αὐτῆς αἱμάτων, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ τε λογικῇ τε καὶ νοερᾷ ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρυ φυράματος, οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς διὰ τοῦ ἁγίυ πνεύματος, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις ἀπαρτιζομένυ τοῦ χήματος, ἀλλ' ὑφ' ἓν τελειωθέντος. *Poſt conſenſum ſanctae Virginis, Spiritus Sanctus ſuperuenit in eam, iuxta ſermonem Domini, quem dixerat Angelus inſtruens ipſam, et uirtutem diuinitatis uerbi ſuſceptiuam praebuit, ſimul autem et generatiuam. Et tunc obumbrauit ei, DEI altiſſimi, in ſua ſubſiſtens hypoſtaſi, ſapientia et uirtus, filius DEI, patri conſubſtantialis, uelut diuinum ſemen. Et conſtruxit ſibi ipſi ex caſtis et puriſſimis ſanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectuali, primitias noſtrae conſperſionis, non cum ſemine, ſed conditorio opere per Spiritum Sanctum: Non paulatim per additamenta, expleta figura, ſed uno contextu abſoluta.* Hic interſpergere liceat, quae ad Damaſceni mentem explanandam commentatus eſt IODOCVS CLICHTOVEVS: *Habet ſane*, inquit, *Comment. in DAMASCENVM fol. 169. umbra corporalis quandam in ſe luminis imminutionem et deficientiam, ut non tam clarum et ſplendidum ſit lumen in umbra, ſicut extra umbram, ſed factum remiſſius atque languidius ex umbra permixtione et offuſcatione. Atque lux diuinitatis immenſa, in ſuae claritatis ſplendore eximio manens, non potuiſſet a ſancta Virgine capi, aut facile percipi, ob immenſitatem ſui fulgoris. Quomodo enim finitus et contractus oculus, infinitam comprehendet lucem? Itaque Spiritus Sanctus obumbrationem fecit in beata uirgine, et ita obtendit umbraculum ſuae uirtutis, ut temperatam et ad mediocritatem quandam reductam diuinitatis lucem, ipſa in ſacro filii DEI conceptu capere poſſet. Tertius* inter Graecos ſit CHRYSOSTOMI epitomator THEOPHYLACTVS, non ſeculi noni, quod BARO-

BARONIVS et BELLARMINVS uolunt, ſed uti VOSSIVS, *Diſſert. III. de Symbol. p. 92.* probatum dedit, undecimi Doctor, qui enarratione in Lucam: *Virtus Altiſſimi*, inquit, *ex editione Philippi Montani fol. 119. Filius eſt DEI, Chriſtus enim DEI uirtus eſt. Obumbrabit tibi, h. e. conteget te, hoc eſt, undique te circumdabit. Sicut auis obumbrat pullos ſuos totos alis ſuis complecteus, ita et diuina uirtus totam uirginem apprehendit, et hoc eſt obumbrare. Alius autem quiſpiam fortaſſis dicet, quod, ſicut pictor primum delineat, et umbras inducit, et deinde perfectum colorem addit: Ita et Dominus ipſe ſibi carnem condens, et imaginem hominis formans, primum delineauit illam in utero uirginis, compacta ex ſanguinibus ſemper uirginis carne, quam deinde paulatim figurauit. Sed hoc dubium. Sunt enim, qui dicunt, quod ubi umbrauit uterum uirginis, ſtatim perfectus fuerit infans.*

§. 77. E *Latinis* primum merito locum aetatis priuilegio HILARIVS occupat, utpote ſeculo IV. ATHANASII aequalis, qui conceptionis dignitatem commendaturus haec Angeli uerba laudat: *Spir. S. deſuper ueniet in te, et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi*, et addit *lib. 2. de Trinitate, fol. 20. Spir. S. deſuper ueniens uirginis interiora ſanctificauit, et in his ſpirans (quia ubi uult Spiritus, ſpirat) naturae ſe humanae carnis immiſcuit, et id, quod alienum a ſe erat, ui ſua ac poteſtate praeſumſit: atque, ut ne quid per imbecillitatem humani corporis diſſideret, uirtus altiſſimi uirginem obumbrat, infirmitatem eius ueluti per umbram circumfuſam confirmans, ut ad ſementiuam ineuntis Spiritus efficaciam ſubſtantiam corporalem diuinae uirtutis inumbratio temperaret. Haec conceptionis eſt dignitas.* HILARIVM excipit AMBROSIVS, eiusdem ſeculi Epiſcopus Mediolanenſis, qui cum operationem Spir. S. in aquis baptiſmatis per exempla et figuras comprobaret, *lib. de his, qui Myſteriis initiantur, cap. III. Tom. I. Opp. fol. 376. D.* et nubis meminiſſet *ex 1. Cor. X. 1. 2.* ſub qua fuiſſent Patres, exclamaſſetque: *Et bona nubes, quae carnalium refrigerauit incendia paſſionum. Bona nubes obumbrat, quos requiſiuit Spir. S.* addit: *Denique ſuperuenit in Mariam uirginem, et uirtus Altiſſimi obumbrauit ei, quando redemptionem genti genuit humanae.* AMBROSIO ſuccedit AVGVSTINVS, qui initio ſequentis demum

mum ſeculi V. inclaruit. Is in libro quinquaginta homiliarum, *Homil. XLIV. cap. IV. Tom. X. Opp. fol. 179. B.* uerba: *Virtus Altiſſimi obumbrauit tibi*, ſic περιφράζει, quaſi dixiſſet Angelus: *Non timeas aeſtum libidinis ſub tantae umbraculo ſanctitatis.* Alibi uero in libro quaeſtionum e Vet. et N. T. (ſi is quidem liber Auguſtini eſt,) aliter: *part. II. quaeſt. LI. Append. ad Tom. IV. Opp. fol. 21. A. Altiſſimi uirtus, inquit, ſine dubio Chriſtus eſt: Hoc enim ad ipſius perſonam pertinet. Superueniens ergo Spiritus S. in uirginem, ſanctificauit eam opere ſuo efficiens corpus ſanctum ex ea, in quo uirtus, quae dicitur DEI filius, naſceretur: Cuius obumbratio in uirginem, h. e. ut de immenſitate diuinitatis aliquid eſſet in utero uirginis, quantum poſſet capere natura humana, quod quaſi ex ſplendore obumbratio diceretur, uirtus DEI eſſet, qui DEI uirtus nec non et DEVS.* AVGVSTINO iungimus BERNHARDVM, ſeptem licet ſeculis citeriorem: *Quid eſt*, inquit, *Homil. IV. ſuper Miſſus eſt, fol. 32. K. L.* et uirtus Altiſſimi obumbrabit tibi? *Qui poteſt capere, capiat. Quis enim, excepta fortaſſis illa, quae hoc ſola in ſe feliſſime meruit experiri, intellectu capere, ratione diſcernere poſſit, qualiter ſplendor ille inacceſſibilis uirgineis ſeſe uiſceribus infuderit, et ut illa inacceſſibilem accedere ad ſe ferre potuiſſet, de portiuncula eiusdem corporis, cui ſe animate contemperauit, reliquae maſſae umbraculum fecerit? Et fortaſſe propter hoc maxime dictum eſt, obumbrabit tibi, quia res nimirum in ſacramento erat, et quod ſola per ſe Trinitas in ſola et cum ſola uirgine uoluit operari, ſoli datum eſt noſſe, cui ſoli datum eſt experiri. Dicatur ergo:* Spiritus S. ſuperueniet in te, *qui utique ſua potentia foecundabit te.* Et uirtus Altiſſimi obumbrabit tibi, *hoc eſt, illum modum, quo de Spiritu S. concipiens, DEI uirtus et DEI ſapientia Chriſtus. Sic in ſuo ſecretiſſimo conſilio obumbrando conteget et occultabit, quatenus ſibi tantum notus habeatur et tibi. Ac ſi Angelus reſpondeat ad uirginem. Quid a me requiris, quod in te mox experieris? Scieus ſcies, et feliciter ſcies, ſed illo doctore, quo et ductore.* BERNHARDO quinque ſeculis antiquior eſt GREGORIVS MAGNVS, cuius Moralium libri ſatis etiamnum celebrantur, de quibus in Concilio Toletano VII. deſideratis atque ab ipſomet Gregorio in Bibliotheca Vaticana apparente, ubi laterent, monſtratis, inſignem fabellam recitat Rodericus

Toletan. *lib. II. Rerum Hiſpan. c. 20.* In illis ergo ſic de hac obumbratione: *Quia umbra*, inquit. *lib. XXX. Cap. 3. non aliter exprimitur, niſi per lumen et corpus, Virtus Altiſſimi uirgini obumbrabit, quia in eius utero lux incorporea corpus aſſumſit.* Et alibi *lib. XIIX. Cap. 12. Vmbra*, inquit, *lumine formatur et corpore: Dominus autem per diuinitatem lumen eſt, qui, mediante anima in utero uirginis fieri, dignitas eſt per humanitatem corpus. Quia ergo lumen incorporeum in uirginis utero erat corporandum, ei quae incorporeum concepit ad corpus, dicitur Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, id eſt, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen diuinitatis.* GREGORIO M. accedit BEDA, Presbyter ſeculi IIX. in Anglia uenerabilis, qui ſua in Lucam expoſitione, *Tom. V. Opp. fol. 192. In eo*, inquit, *quod ait:* Et uirtus Altiſſimi obumbrauit tibi, *poteſt etiam incarnati Saluatoris utraque natura deſignari.* Vmbra *quippe, a lumine ſolet et corpore formari. Et cui* obumbratur, *lumine quidem, uel calore ſolis, quantum ſufficit, reficitur, ſed ipſe ſolis ardor, ne ferri nequeat, interpoſito uel nubiculo leui, uel quolibet alio corpore temperatur. Beatae itaque uirgini quia quaſi pura homo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter capere nequibat, uirtus Altiſſimi obumbrauit, id eſt incorporea lux diuinitatis corpus in ea ſuſcepit humanitatis. De qua pulchre Propheta: Ecce dominus, inquit, aſcendit ſuper nubem leuem, et ingredietur Ægyptum, quod eſt dicere, Ecce uerbum Dei Patri coaeternum, lumenque de lumine ante ſecula natum Carnem in fine ſeculorum atque animam nullo peccati pondere grauatam ſuſcipiet, et de utero uirginali tanquam ſponſus de thalamo ſuo procedet in mundum.* Plura Veterum interpretamenta accumulare nihil attinet. Ad recentiores pergo, quos ita diſtribuam, ut primum *Orthodoxi*, deinde *Pontificii*, hinc *Caluiniani*, denique et *Critici* prodeant.

§. 78. Ex *Orthodoxis* duum uiros illos, ſuperius laudatos, CHEMNITIVM et GLASSIVM prae caeteris attendimus. Sic autem CHEMNITIVS in Harmonia: *Syrus*, inquit, *habet uerbum, quod ſimpliciter ſignificat protegere. Sed maior eſt emphaſis uerbi ἐπισκιάζειν. Vſurpatur enim de peculiari ratione praeſentiae, operationis et aefenſionis diuinae. Sic Graeci reddiderunt Deut.*

XXXIII.

XXXIII. 12. DEVS σκιάζει ἐπ' αὐτῷ, et Exod. ult. u. 35. Et operuit nubes tabernaculum, et non potuit Moſes ingredi tabernaculum, ὅτι ἐπεσκίαζεν ἐπ' αὐτὴν ἡ νεφέλη. Ita de transfiguratione Chriſti Matth. XVII. 5. Marc. IX. 7. Luc. IX. 34. Lucida nubes obumbrauit ipſis. Sicut igitur, quando peculiari modo uoluit Maieſtatem ſuam reuelare, ut homines mortales eam ferre poſſent (ſcriptum eſt enim: Exod. XXXIII. 20. Non uidebit me homo, et uiuet) umbraculo quodam nubis eum obumbrauit: Ita in hoc, omnium ſummo modo praeſentiae, inhabitationis et operationis diuinae Maieſtatis, uirtus altiſſimi obumbrabit, inquit angelus, ut poſſit fieri illa, omnem etiam Angelorum captum excedens, unio diuinae Maieſtatis et humanae Naturae in unam perſonam Chriſti. Cap. IV. p.m. 55. 56.

§. 79. GLASSIVS in Philologia Sacra, *Lib. V. Philol. S. Tract. I. cap. IIX. p. 1181. (1016. ſeq.) Emphaſeos*, inquit, *inſignis uerbum obumbrare (q. d. umbram praeſtare) eſt, cum de mirando conceptionis Chriſti in Maria myſterio uſurpatur, Luc. I. 35. Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus S. ſuperueniet te, et uirtus Altiſſimi ἐπισκιάσει σοι, obumbrabit tibi. Quaeſierat Mariae admiratione nuncii Angelici ſtupens, uerſ. 34. Quomodo erit illud, quandoquidem uirum non cognoſco? Illud nimirum, de quo dictum erat uerſ. 31. Ecce concipiens in utero, et paries filium, IEſum, qui ſimul filius Altiſſimi uocabitur etc. uerſ. 32. Hoc quomodo fieri poſſit, Mariae quaerendo miratur, et mirando quaerit. Reſpondeturque ipſi ab Angelo, quod ſupernaturali et plane ſingulariſſima Spiritus S. et uirtutis Altiſſimi operatione, hoc tantum opus ſit efficiendum. Ea uero operatio, tum ἐπελεύσεως, tum ἐπισκιάσεως uerbo, per anthropopathian exprimitur. Prius generalius eſt, operationem Spiritus S. ſuperuenientis notans (ut ſupra dictum;) Poſterius ſpecialius, operationis illius módum aliquatenus exprimens, qui conſiſtit tum in diuina protectione, quam umbrae ſignificationem metaphoricam eſſe paulo ante dictum eſt. Deus, ille ignis conſumens, conſumpſiſſet etiam Mariam, peculiariter eam implendo Maieſtate ſua, niſi ſingularis obtectio et obumbratio diuina interueniſſet. Sicut Moſi etiam in*

peculiari diuinae gloriae apparitione manus DEI operatione, et quaſi ἐπισκιασμῷ opus fuit, ne a diuinitatis apparentis Maieſtate abſumeretur, Ex. XXXIII. 22. Tum in arcana foetus illius ſanctiſſimi, in uirginali utero Mariae, formatione et ab omni peccati labe defenſione, et cum perſona τῦ λόγυ unitione mirandiſſima. Hanc emphaſin ipſa umbrae uox innuit, quae luci contraria, et incomprehenſibilis atque occultae ἐνεργείας DEI index eſt, notata etiam nubis ἐπισκιασμῷ in tabernaculo foederis, Exod. XL. 35. etc.

§. 80. E *Pontificiis* itidem duo ſaltem audiantur, MALDONATVS et CONZENIVS, MALDONATVS: *Suſpicor*, inquit, *Comment. in IV. Euangel. p. 878. Graecum uerbum ἐπισκιᾶν pro Hebraico poni* העבין, *nube obducere, id eſt impluere. Nam nube pluuia ſignificatur, quaſi dicat, fore, ut uirtus Altiſſimi ſic in uirginem impluat, ut eam foecundet, atque grauidam efficiat, ſicut ſolet pluuia terram foecundare. Quae interpretatio eo magis congruit, quod ſoleat uterus mulieris in ſcriptura terra uocari, quod acceptum foueat ſemen, et germen producat. In quam ſententiam illud ueteres auctores citare ſolent: Confiteantur tibi populi DEVS, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum, id eſt, uterus uirginis Saluatorem peperit (Pſal. LXVII. 6. 7.) et illud: Etenim Dominus dabit benignitatem, et terra noſtra dabit fructum ſuum (Pſalm. XXXV. 13.) et non eſt occultatum os meum a te, quod feciſti in occulto, et ſubſtantia mea in inferioribus terrae. (Pſalm. CXXXIX. 15.) ADAM CONZENIVS, Tom. II. Comm. in Euang. ad Luc. I. 24. q. IV. §. 3. fol. 28. Adumbratio, ſeu ἐπισκίασις, imprimis eſt defenſio cum aliqua refocillatione Pſal. XVI. uerſ. 8. et LVI. 2. Iſa. XXX. uerſ 2. Praeſtitit uirgini refrigerium menti corporique, ut Greg. cap. 33. moralium. Alio etiam modo Theophylactus interpretatur, ἐπισκιᾶν eſſe σκιαγραφῆν, quod lineamenta formauerit. Quod huc non pertinet, Obumbrauit ergo uirginem Spiritus S. ſingulariſſime tuendo, recreando, fouendo. Nec hoc tantum, ſed etiam honorando, et DEO conſecrando. Gloria igitur eam*

am coronabat, qua in ſignificatione umbrandi uerbum latini uſurpant, Statius 6. Thebaid.

Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis.

Et Claudianus Paneg. in Olibrium.

Flaua cruentarum praetenditur umbra iubarum.

Honoris ergo eſt etiam et a uirtute altiſſimi obumbrari.

§. 81. E *Caluinianorum* claſſe primus ſit ipſe eorum pater IOH. CALVINVS, qui Commentario in Harmoniam Euangelicam, *Tom. V. Opp. part. I. fol. 12. In uerbo*, inquit, *obumbrandi concinna eſt metaphora. Virtutem DEI, qua ſuos tuetur, et protegit, Scriptura frequenter umbrae comparat. Sed alia uidetur eſſe huius loci peculiaris ratio: nempe arcanam fore Spiritus operationem, ac ſi nubes oppoſita hominum oculos in intuitu ſubmoueret.* Secundus ſit FRANCISCVS GOMARVS, *Illuſtrat. Selector. Euang. Lucae Locor. fol. 165.* qui δύναμιν ὑψίστε non de Filio DEI, neque de Spiritu Sancto, ſed de attributo illius proprio, nempe de omnipotentia exponit, atque hinc deducit: *Vmbram* alias *pro eo, quod a malis quaſi ab aeſtu tuetur, ſimilitudine quadam accipi ſolere*, unde pergit: *Atque ab hac umbrae ſignificatione, uerbum ἐπισκιάζειν, obumbrare, metaph. accipitur, pro a malo quaſi aeſtu quodam defendere, ut Hebraeam uocem* סכך *tegere, protegere, tueri.* Et mox quibusdam interpoſitis: *Euentus etiam praeclare conſentit; Nam cum ob conceptionem Ioſephus, adulterii ſuſpectam haberet Mariam uirginem, ac propterea dimittere uellet, potentia Dei obumbrata, id eſt, defenſa eſt, cum per Angelum miſſum, de conceptione per Spiritum S. Ioſephus edoctus eſt, ac iuſſus, citra difficultatem, Mariam ducere.*

§. 82. Tandem *Criticorum* biga prodeat, quorum alter eſt HVGO GROTIVS: *Solent quidem*, inquit ille LXX. סכך *uertere ἐπισκιάζειν, ut Pſal. XCI. 4. CXL. 8. et alibi. Magis tamen mihi placet ſententia putantium tralationem ſumtam ab auibus, pullos excludentibus, a qua non longe abit Theophylactus, ut ita oſtendat Angelus ea uirtute oriturum hunc foetum, qua mundus ipſe ex-*

ordium ſumſit. Nam in Moſis hiſtoria eſt: רוח אלהים מרחפת על־פני המים *quod uerbum* מרחפת *de tali incubitu exponunt Hebraeorum doctiſſimi. Et aperte is eſt eiusdem uerbi uſus Deut. XXXIII. 11. ubi LXX.* σκεπάσαι *pari ſignificatu.* Alter eſt DANIEL HEINSIVS: Τό ἐπισκιάζειν, inquit *Lib. III. Exercitat. Sacr. c. I. fol. 137.* τῶ שכן *reſpondet, ut diuinam operationem ſic includat, ac praeſentiam, quam* שכינה *dixere: qua uoce uim praeſentiamque Spiritus ipſius Sancti exprimunt Magiſtri. Vt omittam pro* רוח הקדש, *id eſt, Spiritus Sanctus uſurpari iis, atque ſic exponi. Ad illud, neque poterat Moſes ingredi tabernaculum Eccleſiae, quia habitabat ſub illud nubes, et gloria Iehouae repleuit tabernaculum; Helleniſtae,* ὅτε ἐπισκίασεν ἐπ αὐτὴν ἡ νεφέλη, καὶ δόξης κυρίου ἐπλήσθη ἡ σκηνή. *Nam et* δόξα κυρίου שכינה. *Quemadmodum Rabbini, cum de uſu eius agunt, proprie ad tollendum quicquid corporale, a DEO, uſurpari notant.* Et hactenus quidem excerpta et Veterum et recentiorum interpretamentis, quantum ſufficere exiſtimauimus. Qui plura uelit, conferat CORNEL. A LAPIDE, *Comm. Luc. I. 35. f. 19.* MATTHAEVM POLVM, *Tom. IV. Synopſ. Critic. Scr. S. f. 816. 817.* et alios.

§. 83. Iam ad eum interpretandi modum deuoluimur, quo ἔμφασιν uerbi ἐπισκιάζειν non, melius intelligi poſſe, exiſtimamus, quam ſi memoratos Chuppae ritus aduocemus in ſubſidium, ad quos, quin Spir. S. uoce hac reſpexerit, nulli dubitamus. Senſus ergo totius propoſitionis ex noſtra mente hic eſt, δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, *Virtus Altiſſimi obumbrabit Tibi*, hoc eſt, Filius DEI, tanquam Sponſus a Te, in tuo utero, tanquam ſub Chuppa obumbrabitur, dum ſibi carnem ueluti Sponſam indiſſolubili matrimonii nexu aſſociat, unit, copulat. Hic ſenſus uti planiſſimus, atque ad illuſtrandum maximum incarnationis et unionis perſonalis Myſterium aptiſſimus: Ita nunc porro paulo explicatius tradendus et idoneis argumentis confirmandus eſt. Probamus autem I. *a natura uerbi* ἐπισκιάζειν, quod proprie rebus corporeis competit, quae inter lumen et rem illuſtratam interpoſitae, umbram efficiunt, uti de nube lucida diſcipulos cum Domino in monte obumbrante *Matth. XVII. 5. Marc. IX. 7. Luc. IX. 34.* deque Petro obumbran-

brante aegrotos, *Actor. V. 15.* adhibetur, quae plenaria eſt locorum, in quibus hoc uerbum legitur, inductio. Atqui ad hoc praecipue *Chuppa* apud Hebraeos in nuptiarum ſolennitate adhibebatur, ut, cum ſub dio fieret conſecratio, umbram praeſtaret, atque ſolares radios a capitibus Sponſi ac Sponſae arceret. Accedit, quod Syrus eius loco uerbum Aphelicum אגנן uſurpet, a quo nomen גגנא deriuatur, quod diſerte pro *Chuppa* ſumſit *Matth. IX. 15.* et *Luc. V. 34.* cum hoſpites ad nuptiarum ſolennitatem uocatos בנוחי דגגנא, *filios Chuppae*, appellat. Probamus II. *a Stylo Scripturae uſitato*, cui talis hypallage, qualis hic praeſupponitur, non eſt infrequens. u. g. *DEVS dedit* את דניאל לחסד, *Danielem gratiae*, i. e. Danieli gratiam, *Dan. I. 9.* cui ſimilia loca ſunt *1. Reg. IIX, 50. Neh. I. 11. Pſal. CVI. 46. etc.* Sic *Pſal. CXXXIX. ult. Vide, an uia moleſtiae ſit in me*, i. e. an ego ſim in uia moleſtiae; cuiusmodi hypallages exempla plura congeſſit GLASSIVS in Philologia Sacra. *Lib. IV. tract. II. Obſerv. XXI. p. 914. (738.)* Sic ergo et hic angelus Mariae: *Obumbrabit tibi*, i. e. obumbrabitur a te. Probamus III. a *συναφεία Textus.* Annunciauerat Angelus Mariae Ioſepho deſponſatae quidem, ſed nondum ſub Chuppa per ſolennem conſecrationem nuptae, *uerſ. 27.* conceptionem et partum filii in utero, *uerſ. 21.* cui illa admirabunda regerebat impoſſibilitatem conceptionis ante conſuetudinem cum uiro: *Quomodo erit iſtud?* Ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω, *quandoquidem uirum non cognoſco, uerſ. 34.* q. d. Nondum cum meo Sponſo Chuppam intraui, nedum ut thalamum ingreſſus mihi poſt confirmationem cohabitauit, unde ergo ante conſuetam matrimonii confirmationem conceptio et partus filii? Reſpondet Angelus, aliam Chuppam, aliam filium concipiendi rationem abs ſe annunciari. Ipſam Mariam Virginem non Sponſam fore, cui Sponſus aliquis conſecretur, et poſt acceptam nuptialem benedictionem mariti inſtar cohabiret, ſed Chuppam, ſub qua pleniſſima myſterii copulatio filii DEI et humanae carnis futura ſit, qui ueluti Sponſus cum carne humana tanquam ſua Sponſa in ipſius utero indiſſolubili perſonalis unionis uinculo ſibi iuncta, ex hac Chuppa uirginei uteri per partum θαυμάσιον uirgineum poſt arctiſſimam hanc conſocia-

ſociationem ſit egreſſurus. Probamus IV. *a Conuenientia cum reipſa*, utpote cui accurate applicari poſſunt ritus commemorati partes praecipuae, ſi non ſingulae; nolumus enim ad ſcrupuloſam ſingularum circumſtantiarum collationem dilabi, caetera haud difficulter inſtituendam. *Chuppa*, ἐν ᾗ ἐνυμφεύσατο ὁ λόγος τὴν σάρκα, eſt caſtiſſimus Mariae uterus: *Sponſus*, Ipſe λόγος, δύναμις ὑψίστου, Filius Dei μονογενὴς: *Sponſa*, caro, ſeu natura humana in ſe ἀνυπόστατος, noſtrae tamen uere ὁμοούσιος: *Copulator*, Spiritus Sanctus, Coeleſtis Rabbi, qui per ἐπέλευσιν, ſeu ſingularem plane ſuperuentum, guttulas uirginis Mariae ſanguineas, e quibus caro Domini formanda erat, conſecrauit: ipſe tandem *Copulationis actus*, aſſumtio carnis in ὑπόστασιν τοῦ λόγου, et admiranda unio, e qua communio et communicatio naturarum prodit. Probamus V. *ab analogia fidei.* Solet enim tremendum incarnationis myſterium humanae rationi prorſus non comprehenſibile, uti ſub aliis ſubinde figuris, ita cum maxime ſub hac Nuptiarum allegoria adumbrari. Hinc frequens in Scholis Theologorum mentio *nuptiarum*, non *ſpiritualium* modo, quae unionem myſticam CHRISTI et deſponſatae ipſi Eccleſiae deſignant, ex *Hoſ. II. 19.* ſed et *perſonalium*, quibus incarnatio et perſonalis unio notatur, tunc facta, *quando Deus Filium ſuum in utero uirginis humanae naturae coniunxit, quando DEVS ante omnia ſecula uoluit fieri hominem in fine ſeculorum, quando uerbum caro factum eſt, et habitauit in nobis*, quae uerba ſunt GREG. MAGNI, *Homil. XXVIII. in Euang, Tom. II. fol. 508. A.* Tum enim facti ſunt DEVS et homo duo in carne una, *Epheſ. V. 29. 30.* duae nimirum naturae in una eademque diuina indiuiſa perſona. Atque ideo PROCLVS CONSTANTINOPOLITANVS, *Homil. de natur. Chriſti.* pulcherrime *Mariam* uocat *thalamum, in quo uerbum humanam carnem ſibi deſponſauit.* Videantur inprimis commentatores ad *Matth. XXII. 2.* qui ad deſcribendas has perſonales nuptias, occaſione nuptiarum, regnum coelorum parabolice adumbrantium excurrunt. Probamus VI. *a conſenſu Theologorum quorundam*, ad quem propterea potiſſimum prouocamus, ne cum ſuperiori capite plurimos aliam explicandi rationem ingreſſos produxerimus, ſoli ſapere, aut absque manuductione Praeceptorum et authoritate quicquam aſſe-

asserere uideamur. Ita autem accuratissimus DANNHAVERVS, tum *in Hodosophia, Phaen. IIX. p. 610.* (*407.*) tum *in Christosophia, pag. 32.* nos in sententia nostra confirmauit, ut non possimus, quin uerba eius, quae utrobique pene eadem habent, huc transscribamus. Agit de incarnationis mysterio, atque illud paulo plenius expositurus addit: *Quae omnia illustrari comparatione nuptiarum clarissime possunt, quas ipse coelestis aulae praeco Gabriel intimauit, cum dixit:* Δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι *Luc. I. 35.* Ἐπισκιασμὸς, *ex ritu Iudaeorum, liquidissime exponi potest de ipsa solennitate nuptiali. Elias in Thisbi explicans uocem* חופה, *Chuppa, uestis est, inquit, seu uelum, quod super caput sponsi et sponsae quatuor uirgis, seu uectibus, suspenditur, quando fit desponsatio; et sub eo uelo sponsae annulum porrigi testatur Dauid de Pomis in dictionario uoce* חפה. *Haec fortassis illa pallii pinna, de qua Ruth. III. 9. uestimenti ala, de qua Ezech. XVI. 7. Vmbra Cant. II. 3.* παρὸς *Psal. XIX. 6. CHVPPA scilicet, ad quam adstitit* Φίλος τοῦ νυμφίου *Iohannes Baptista Ioh. III. 29. Ergo uirtus altissimi obumbrabit tibi, id est in te, in tuo utero, tanquam sub Chuppa filius Dei tuo se semini desponsabit etc.* Haec ille, cuius sententiam tacite approbauit Magnificus DN. GEIERVS, *Ad Psal. XIX. 6. p. 319.* Confer et e *Pontificiis* CASPARVM SANCTIVM. *Comm. in Cantic. p. 89. seqq. et Comm. in Iesa. IV. 8. p. 57.*

§. 84. Ad u. 36. Ne quid temere heic finxisse uideamur, DASSOVII de mulierum sterilitate uerba, quibus hunc illustrauit locum, adponam. Erant feminae steriles, inquit, duplices apud Hebraeos. 1.) Dicebatur sterilis, quae plane non poterat concipere, ob uitium naturae. 2.) Dicebatur sterilis, quae quidem concipiebat, sed frequentem potiebatur abortum. Prioris generis fuisse Elisabetham, probabile est. Erant autem steriles ualde contemptae, et solebant repudiari a maritis, si decem annis sine prole cum illis uixissent. MAIMONID. *de Congressu Cap. XII. §. 7.* Quod si talis femina repudiata nuberet altari, et cum altero per decennium sine prole uixisset, non amplius debebat nubere. Zacharias uero (ἦν δὲ δίκαιος ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πορευόμενος ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου ἄμεμπτος; *Erat enim iustus coram Deo uersatus in omnibus praeceptis*

ceptis et iuſtificationibus Domini irreprehenſibilis) licet potuiſſet, nolebat tamen Eliſabetham dedecore afficere. Erat enim hoc in libertate Hebraeorum.

§. 85. Ad u. 69. Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβίδ; *Et erexit CORNV SALVTIS nobis in domo Dauid.* SYRVS: ואקים לן קרנא דפורקנא: *Et erexit nobis cornu* ἀντιλύτρου, *redemptionis.* ARABS: ואקאם לנא קרן חלאץ *Et erexit nobis cornu liberationis ex miſeriis.* De cornu Altaris concinne RELANDVS *in Antiquitat. Hebr. P. I. de Loc. Sacr. Cap. IX.* §. *10.* Cornua hic quoque erant quatuor, non efficta ad ſimilitudinem taurinorum, ſed prominentiae altae cubitum palmorum 5 et latae longaeque cubitum palmorum 6, quadrata et intus caua. Dein duo foramina heic fuerunt ad cornu notozephyrinum, unum orientale ad uinum libaminis, alterum occidentale ad aquam in feſto tabernaculorum excipiendam, quibus כפלים, *ſimpula* argentea erant inſerta, *Succa IV. 9.* Vinum ſacrum per illud in cauitatem ſubterraneam delapſum, et ibidem concretum, ſingulis ſeptem annis a ſacerdotibus eximebatur, et comburebatur in Loco Sancto, *Gem. Succa 49. 1.* Haec erant cornua altaris exterioris Templi ſecundi. Verſus cornua altaris tempore libaminis ſacrificii iugis matutini aquam infundebant, quo referunt illud *Ieſ. XII. 3.* ושאבתם—מים בששון ממעיני הישועה: *Et haurietis aquas in gaudio de fontibus ſalutis,* qui fons erat Siloah συμβολικῶς CHRISTVM ἐρχόμενον adumbrans, quam ob cauſſam SERVATOR ipſe in feſto Scenopegiae ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς, die ultimo, qui magnus, (id eſt, maxime ſolemnis, dicebatur *Schulch. Ar. ex Ord. Or. Chaiim:* ביום ז׳ שחוא הושענא רבא *die ſeptimo, qui Hoſanna Rabba audit.*) Templum ea ipſa hora ingreſſus, qua ſacrificium illud afferebatur aquae, typum ad ſe adplicabat· Ποταμοὶ ὕδατος ζῶντος ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ; *Fluuii aquae uiuae fluent ex uentre illius.* Vid. CARPZOV· ad SCHICKARD· *de Iur. Reg. Hebraeor. Cap. I. Theor. 4. not. 2.* CASAVBON. *Exercit.* XXVI· *Num. 2.* LIGHTFOOT· *Hor. Hebr. Ioh. VII. 38. et ad Matth.* XXI· *16.* GOODWIN· *Moſ. et Aar. Libr. III. Cap. VI. not. 6. Edit. Reiz.* LVNDII Jüd. Heiligth. Cap. XXV· p. 1057.

§. 86.

§. 86. Praeterea ad augendam festi tabernaculorum solemnitatem non tantum manibus circumferebant לולב, *fasciculum ramorum*, clamantes הושענה, *Matth.* XXI. 8. sed et ramos, frondes et uirides arbores per uias in monte templi, et per atria substernebant, et collocabant, usque ad cornua altaris, quorsum trahunt nonnulli uerba *Ps. CXVIII. 27.* אסרו חג בעבתים עד קרנות המזבח: *Ligate festiua frondibus, usque ad cornua altaris;* LVTHERVS bene: Schmücket das Fest mit Meyen, bis an die Hörner des Altars, quod comma, ex magno Halleluia desumptum, in tabernaculorum festiuitatibus decantabant. TARGVM *Esther:* בחמשא עשר ביה מטללין מטלין איגר ביתיהון לבוסתנא וקטעין לולבנא וקטפין אתרגנא ומפשחין חילפנא ועבדין להון חושענא וקרין בסיפריהון ומצלין וחדיין וחדין בהושנא ושורין ומרקדין הין גדיין: *In quinta decima* (scilicet mense Tisri) *tegunt tuguria, tectum domorum suarum in hortis, et secant frondes palmarum, atque decerpunt citrea poma, abscindunt rosam marinam, et faciunt sibi* Hosanna, *leguntque in libris suis, et orant, laetantur, et hilares sunt in* Hosanna, *saltant, et exsiliunt, sicut haedi.* MAIMONIDES *Hilc.* שופר, *Cap. VII. 23.* בכל יום ויום חיו מקיפין את המזבח בלולביהן בידיהן פעם אחת ואומרים אנא ה' הושיעה נא אנה ה' הצליחה נא וביום השביעי מקיפין את המזבח שבע פעמים וכבר נהגו ישראל בכל המקומות להניח תיבה באמצע בית הכנסת ומקיפין אותה בכל יום כדרך שהיו מקיפין את המזבח זכר למקדש: *Altare singulis diebus cum* Lulabh *in manibus una uia circuire soliti sunt, et dicere:* Quaeso, Domine, salua, fac, ut prospere succedat, obsecro. *At die septima altare septies quoque circuibant. Nunc uero Israeli receptum, ut arcam in media synagoga sistat, eamque singulis diebus eo circumeat modo, quo olim altare εἰς μνήμοσυνον Templi.* לולבין כפות תמרין ועפעף עבות וערבי נחל ופארי אילנא אתרוגין הושיטן על דרך ובחצורי עד קרני מזבח: *Fasciculos, spathulas palma-*

marum, ligna denſarum frondium, ſalices torrentis, fructus arboris citrei, poſuerunt ſuper uiam (Templi) *et in atriis, usque ad coruua altaris* קרבין אל קרני המזבח קורין אסרו חג בעב׳ ואוחזין בהם : *Accedentes ad cornua altaris exclamant:* Ligate feſtum frondibus, usque ad cornua altaris, *et apprehendunt ea ſcilicet manibus.* Proinde dies ſeptimus uocabatur ערבות, uel חג ערבה, ſiue ערבות, יומא רבא *dies ſolemnis ſalicum.* Neruoſe in *Succah Cap. IV. Hilc. 4. Erat infra urbem Hieroſolymam locus quidam dictus* מוצא, *hinc deſcenderunt, in* feſto Scenopegiae, *et decerpſerunt inde ramos ſalicum, et aliarum arborum praelongos, et abeuntes eos locarunt* בצרו המזבח, *iuxta latera altaris.* LVNDIVS in Jüd. Heiligth. *Libr. V. Cap. 25.* der 7de Tag war dies ערבות, der Weiden-Tag, weil ſie nicht allein mit dem Palm-Buſch von Weiden-Zweigen umbs Altar herumb gegangen, ſondern auch den Altar rund umher mit Weiden beſetzt geweſen. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Matth. XXI. 9.* CLOPPENBVRG. *Schol. Sacrific.* SCHINDLER. *Lex. uoc.* שרה, *p. 1944.*

§. 89. Veteres ad cornua altaris confugere ſoliti ſunt, tanquam ad Aſylum, id quod ex exemplis Adoniae *1. Reg. I. 51.* et Ioabi *1. Reg. II. 28.* colligimus. Et hos ad ritus procul dubio deflexit oculos Zacharias, cum cornu ſalutis CHRISTO accommodauit *Luc. I. 69. Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid ſerui ſui.* De cetero cornu dignitatis, honoris, excellentiae fuiſſe ſymbolum, ueterum monimenta paſſim tradunt. *Iob.* XVI. *15. Pollui in puluere* קרני, *cornu meum,* TARGVM איקרי, *gloriam meam, Pſ.* LXXV. *5. Ne eleuetis in altum* קרנכם, *cornu ueſtrum,* TARGVM איקרכון, *gloriam ueſtram, Thren.* II. *3. Confregit in ira ſua* כל קרן, *omne cornu Iſrael,* TARGVM כל יקרה, *omnem gloriam Iſrael.* Ratio huius etymi facile exinde fluit, quod קרן *locum excelſum et eminentiorem,* per Metaphoram, a cornu, quod ſupra totum animantis corpus eminet, petitam, et item regnum, cuius inſignia ſubinde fuerunt

runt cornua, saepe numero designat, quemadmodum קרן quoque connotat *exsplendescere*. Ab Hebraeis mores huiusmodi ad Gentiles uidentur defluxisse, quos ueterum scilicet Ethnicorum uolumina et numismata testificantur. Cornua enim apud hos Diis, regibus, aris, simulacris atque sic amplius fuisse dedicata, nemo antiquitatum peritus ignorat. PAVSANIAS apud Arcadas *Libr.* VIII. conspexit ἄγαλμα Ἄμμωνος πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῖς τετραγώνοις Ἑρμεῖς εἰκασμένον κέρατα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχον κριοῦ. *Ammonis simulacrum domi quadratis Mercuriis simile, arietis cornua capiti habens adposita.* Huius rei testis etiam est PORPHYRIVS, qui cujuis imagini cornua relinquit, *Libr. de Abstin.* III. 16. Οὕτω δὴ καὶ οἱ Ἕλληνες, τῷ μὲν τοῦ Διὸς ἀγάλματι κριοῦ προσῆψαν κέρατα, ταύρου δὲ τῷ Διονύσου etc. *Ita quidem Graeci Iouis simulacro arietis cornua, Bacchi, uero taurina, adaptarunt; Panem autem ex homine et capra composuerunt.* PLVTARCHVS *in Vit. Thes. p. 9.* de Theseo testatur: Ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν, ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον ἐναντίων ἁπάντων; *Saltauit circum aram Ceratonem, quae ex cornibus erat omnibus sinistris compacta.* CALLIMACHVS, *Hymn. in Apollin. n. 60.* de Diana:

Ἄρτεμις ἀγρῶσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων Φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων·
Δείματο μὲν κεράστιν ὀθλια, πῆξε δὲ βωμόνω
Ἐκ κεράων, κεραοὺς δὲ περιξ ὑπεβάλλετο τείχους.

Diana uenans capita assidue caprarum
Cynthiadum ferebat. Ipse autem aram concinnabat Apollo:
Extruxit cornibus firmamenta, fixitque aram
Ex cornibus, cornutosque circum substruxit parietes.

§. 90. Antiquis CIMBRIS et GERMANIS cornua in honore fuisse habita, plures habemus testes, quos inter non postremo loco ponendus erat TROGILLVS ARNKIEL partim in Cimbrischen Sächs. Heydenthumb, partim in peculari Tractatu, quo imaginem et descriptionem aurei cornu rarissimi, Tunderae reperti, explicatius dedit. Vid. OLAVS WORMIVS

MIVS *in Monum. Danic. p. 369. ſq.* EZECH. SPANNHEM. *Diſſ. V. de Vſu Numiſm. Antiqu. p. 353.* WASERVS *de Numiſm. Antiq. Libr. II.* IO. DOVHT. *Anal. Sacr. P. I. Exc. 40. et* FORTVNAT. SCACH. *Myroth. P. II. Cap. 65.*

§. 91. Aras igitur, antequam urbes extruerentur, Aſyli rationem habuerunt, quod liquet, praeter locos iam commemoratos, euidentiſſime ex uerbis *Exod.* XXI. *14. Quum quis proterue egerit cum proximo ſuo ad occidendum eum aſtu*, EVM AB ALTARI MEO RAPIES. MAIMONIDES *Hilc.* רוצח *Cap. V.* המזבח קולט שנאמר בהורג בזדון מעם ושמורת נפש מזבחי תקחנו למות מכלל שההורג בשגגה אינו נהרג במזבח לפיכך ההורג בשגגה וקלטו מזבח והרגו שם גאל הדם הרי זה נהרג עליו כמי שהרגו בתוך עיר מקלט: *Altare tutum receptum dabat. Nam ſcriptum extat de illo, qui animo proteruo homicidam occidit Exod.* XXI. *14.* Tolles illum ab altari meo, *ut moriatur. Hinc ſequitur illum, qui ignoranter homicidium perpetrauit, in altari non occidendum eſſe. Quare ſi eiusmodi, qui confugit ad altare, ibi a uindice ſanguinis trucidatur, uindex ſanguinis mortem aeque commeritus eſt, ac ſi in media refugii urbe illum trucidaſſet.* Paullo inferius idem auctor, aram non niſi ſacerdotibus refugium praebuiſſe, memoriae tradidit: אין קולט אלא גגו של מזבח בית עולמים בלבד ואין קולט אלא כהן ועבודה ביוד אבל זר או כהן שאינו עובר בשעה שנהרג או שהיה עובר ולא היה על גגו של מזבח אלא סמוך לו או אוחז בקרנותיו אינו נקלט וכן מי שקלטו המזבח אין מניחין אותו שם אלא מוסרין לו שמרים ומגלין אותו לעיר מקלטו: *Solum altaris Templi tectum receptum dat, nec omni, ſed tantum Sacerdoti et quidem eo tempore miniſtranti. Is uero, qui alio, quam ſacerdotali ſanguine, prognatus eſt, aut non miniſtrat eo tempore, quo alter occiſus, uel etiamſi miniſtrauit, ſed non tenuit tectum altaris, uerum locum propinquum, aut adprehendit arae cornua, non recipitur. Qui uero tutum receptum inuenit, ille ibi non relinquitur, ſed cuſtodibus in ſuam refugii urbem deducendus traditur.* At enim ex ſen-

ſententia Moſis, priuilegium hoc ad omnes Iſraelitas promiſcue ſpectaſſe uidetur. Verum ſingula MAIMONIDIS uerba examuſſim expendere et examinare, inſtituti non patitur ratio. Sufficit, ritus antiquitatem ab nemine poſſe uocari in dubium, et CHRISTVM hodie unicum eſſe cornu ſalutis, quod illis, qui manu fidei cornu hoc adprehendunt, omnem mortis uim, ceu firmiſſimum praeſidium, prohibere.

CAPVT II

Ad u. 8. Paſtores erant ἀγραυλοῦντες, *uigilantes in agris*, in denen Hörten, uel Hurten, *et excubantes excubias nocte ſuper gregem ſuum.* Verba haec nos reducunt ad conſuetudinem, qua oues olim ſeptis cingebantur, qualem antiquitas dixit einpfärchen, in die Hörten bringen. Eiusmodi ſeptis includebantur oues eremi, ſiue ſylueſtres, ab ouibus domeſticis, uti loquuntur ueteres, diſtinctae. Vid. *p. 474. ſq.* et ea, quae de uoce ἀγραυλέω emphaſi *p. 322.* ex inſtituto dedimus. Heic ſubiungimus quaedam alia circa uocem Hurt, uel Hort, et ritus huc ſpectantes notanda, maximam partem ex Caſparis Loeſcheri Analectis Hermeneuticis deſumpta. Reperitur uocabulum hoc *in Bibliis V. T. nigeſies et ter. 1. Sam.* II· *2. 2. Sam.* XXII· *3. 32. 43. c.* XXIII· *3. Pſ.* XVIII· *3. 32. 47. Pſ.* XIX· *15. Pſ.* XXVIII· *1. ſq.* Et quod omnino notatu praecipuum eſt, *ſemper uſurpatur de Deo.* Vox Ebraea eſt צור, *quae nox tanta eſt amplitudine, ut, ſeptuaginta interpretes ſeptem diſtinctas uoces ad unicum uocabulum explicandum adhibuerint.* Ex iis autem φύλαξ, ἔρυθρος, ἀντίλιπτωρ praecipua tria ad ſcopum noſtrum pertinent. *Luth. Tom.* II· *Ien. Germ. f. 254. b.* Dieſer Ruhm, damit ſie alle Welt eingetrieben haben, und ihr höchſter Hort und Trotz iſt, wie unverſchämt und närriſch ſtürmet er wider GOttes Geſetz und Wort. *Tom.* III· *f. 297. b.* Hort hab ich verteutſcht, da auf Ebräiſch ſtehet צור, welches heiſt einen Fels, denn Hort heiſſen wir, darauff wir uns verlaſſen, und uns ſein tröſten. *Ibid. f. 298. a.* David heiſſet GOtt ſeinen Fels oder Hort, darum daß er ſeines Hertzens gewiſſe und ſichre Zuverſicht auff ihn ſetzet. Ebraea uox צור communiter *petram*

tram significat. Inde CARPZOV. *P.* III. *Conc. Funebr. p. 599.* uocem hanc sequentem in modum interprecatus est: **Das Wort Hort ist aus zweyen zusammen gezogen, und bedeutet so viel, als ein hoher Ort, wie die hohen Stein-Klippen zu seyn pflegen, welches das Ebräische Wort** הר **eigentlich bedeutet.** Atque haec eadem, uocibus duntaxat aliquantulum mutatis, repetit *P.* IV. *p. 177.* Verum interpretationem hanc allusionem potius esse, quam ueram explicationem, aut originis deductionem, sequentia docebunt.

§. 2. Nam *primo* uocabulum Germanicum **Hort** *olim scribebatur per u*, **Hurt**, unde **die Hurten**, quibus oues in agris et noctu a pastoribus includuntur, et custodiuntur, ne a lupis, aut furibus damni quidpiam patiantur. *Luc.* II. *8. Num.* XXXII. *24. Iudic. V. 16. 2. Par.* XXXII. *28. Esai.* XIII. *20. c.* XXIII. *3. etc.* Quemadmodum igitur septa ad custodiendum ouium gregem struebantur: Ita similiter olim a Germanis militibus scuta et clypei, ad custodiendum hominum corpora, fabricabantur: Inde *secundo* rectius uocabulum **Hort** *per scutum, aut clypeum ab interpretibus redditum est.* Conf. *2. Sam.* XXII. *3.* etc. Solebant enim clypei et scuta, quibus se milites tuebantur, ex cortibus, uel salicibus confici, id quod ex antiquitatibus Germanorum deducendum est. Non inerudite de hac uoce LYCOSTHENES XELLIONOROS in notis *Germ.* ad MYLII *hortulum Philosophicum p. 530.* scripsit: **Vor Zeiten machte man die Schilde zum Kriege aus allerley Holtz von Bäumen, doch hat man die Weiden am bequemsten dazu geachtet, NB. die Schilde damit zu flechten, derowegen sie am meisten und gewöhnlichsten darzu gebraucht worden.** Et paulo post: **Und solche Schilde nenneten sie (die Deutschen) Hort, oder Hurt, wie solches Wort noch etwa** (scripsit autem haec Lycosthenes Anno 1621.) **gebraucht wird von zusammengeflochtenen Gärten, als man etwa in dem Keller hat, das Obst darauf zu legen, und auch die Schäfer, wenn sie die Ackerwegen gebrauchen, so man Hurten nennet.** Plura inuenies apud eundem autorem citatum. *p. 449.*

§. 3. Quod autem id a Germanis factum sit, TACITVS

de

de Morib. Germ. c. VI. annotauit. De quo idem XELLIONOROS *p. 531.* CORN. TACITVS zeiget von den Deutſchen, daß ſie im Kriege weder Panzer, noch Helmen geführet, auch ihre Schilde weder mit Eiſen, noch Leder überzogen, ſondern nur von Bircken, oder Weiden-Reiſern dichte in einander geflochten gehabt, und ſolche Schilde nenneten ſie Hort. Atque hoc idem de Germanis iam ante TACITVM annotauerat IVLIVS CAESAR *L. II. de Bello Gall. (Atuatici) ramuſculis ex cortice factis, aut uiminibus intextis ſe et ſua defendebant.* Quod obſeruauit etiam ADAM ALTHAMMERVS in Commentariis Germaniae ad libellum TACITI *de Morib. Germ.* quem uide *p. 103.* ut alios nunc taceam. Add. KIRCHMAIERI *Comment. in Tacit. eund. lib. c. 6.* p. 105. CLVVER. *Antiqu. Germ. L. I. c. 44. p. 310. ſq.*

§. 4. Clarior haec res euadet ex antiquis rhytmis Germanicis, ex quibus pauca quaedam, quae huc pertinent, proferemus. *Tyrol nobilis Scotus, regio ſanguine ortus, ſcripſit ad filium Fridebundum inſtitutionem, iuxta quam ut iuuenis princeps educandus erat*, eam Popo eques Germanus fortis appellatus, qui uixit Anno Chriſti 1167. et aulicus Friderici Barbaroſſae fuit, Poetaque eius temporis non incelebris rythmis Germ. edidit, in iis ſequentia habentur:

Laß *tutin* Gold behalten tragen
Zwenge (wenn) ihnen Lüder (deine Leute) Kümpffer
klagen, i. e. Kummer.
Daß ein ſchwacher Küniges und Zwelch
Würſt darthut, den ſiſt nicht kund
Wie tuſendfals wiederwägen,
Ta Hurt gegen Hurt dringeben und Schwerd,
Uff helber klinget, i. e. wenn ein Schild auf den andern ſtöſt.

Ex quibus perſpicue apparet, ſcuta olim ex uiminibus fuiſſe confecta, adeoque Germ. Horten, *uel* Hurten *dicta.*

§. 5. Neque id apud ſolos Germanos factum eſt. Sed etiam apud Graecos, unde Alexander M. apud CVRT. L. X.

c. 2. ſeditioſos milites ſuos Graecos alloquens ita eos affatur: Lignea enim uaſa deſiderant et NB. ex cratibus ſcuta, ſcilicet olim apud Philippum patrem uſurpata. Erudite de Graecis citatus XELLIONOROS p. 531. ſcribit: Umb welcher Urſachen willen, *(ſcilicet quod ex cratibus ſcuta fiebant)* die Griechiſchen Poeten in ihrer Sprach das Wörtlein ἰτέαν, welches eine Weide heiſt, oftermahls für das Wörtlein Schild gebraucht: Daher ſagt *Euripides*:

Der König *Creon* ſolcher geſtalt
Nehme auch zur Hand die Weide bald.

hoc eſt, Creon extemplo arripiebat ſcutum, atque hoc modo eandem uocem Graecam etiam HESYCHIVS *explicat*, inquiens: *Salices*, h. e. *ſcuta, quia olim ex ſalicibus ſcuta fiebant.* Ex quibus omnibus patet uocabulum Hort, uel Hurt, rectius a materia, ex qua fiebant ſcuta, quam aliunde originem traxiſſe, iure meritoque aſſeritur.

§. 6. Addo ultimo, non negligenda quoque LVTHERI mens de uocabulo hoc eſt: *Aliquot nomina propria Germanorum ad priſcam etymologiam reſtituta.* Hic *libellus* adſcribitur ille *excuſus Wittenberg. per Petrum* Zeitz. *A. C. 1570. et recuſus noſtro tempore in Tom. Altenburg. X. f. 1592. ſq.* In eo ergo libello LVTHERVS f. 1596. ita diſſeruit: Hort *ſubſtantiue dicitur ab* hart *adiectiuo, firmitas. Sic Deum appellamus* unſer Hort, *ubi Petram eundem Ebraeus uocat. Inde* hurtig, *bonae ualetudinis et firmae, ſanus uegetus:* Et haec de eo uocabulo nunc ſufficiant, ſi prius ſequentia ex *Tom. III.* LVTHERI *Ien. Germ. f. 313.* addiderimus; Nam ibi uocabulum hoc ita explicat: Hort heiſſen wir, darauf wir unß verlaſſen, und ſein tröſten; quae explicatio magis finem, quam materiam indicat. Proinde ex iis, quae hactenus dicta ſunt, ſi prudenter conſiderantur, manifeſtum euadet, rectius uocabulum hoc indicare ſtatum, adeoque Deo rectiſſime applicari, quippe qui infinitis pene locis in SCRIPTVRA SACRA clypeus hominum appellatus eſt, Conf. *Gen. XV. 1. Deut. XXXIII. 29. 2. Sam. XXII. 3. 31. 34. Pſ. III. 4. XVIII. 3. 31. XXVIII. 7. XXXIII. 20. LIX. 12. LXXXVI. 10. 12. etc.* Cum igitur ſepta omnium ex uiminibus ita arcte, denſeque eſſent contexta, quemadmo-

admodum ueterum Germanorum clypei, priſcis Germanis haud incommode dicebantur Horten, uel Hurten. Iſte certe clypeus et petra IESVS CHRISTVS, de quo Angelus ad paſtores: *Ecce enim annuncio uobis gaudium magnum, quod futurum eſt omni populo*, oues deperditas diuinae prouidentiae ſeptis circumcinctas ſuſcipit, et fidiſſimus paſtor ab omnibus malis prohibet.

§. 7. Ad u. 37. *Et haec*, ſcilicet Hanna, *uidua annorum ferme octoginta quatuor, quae non diſcedebat de Templo, ieiuniis ac deprecationibus ſeruiens nocte ac die.* DASSOVIVS uerba: *Et uixit cum uiro ſeptem annis a uirginitate ſua*, explicat de ritu ueterum Hebraeorum, quo uirgines leguntur extitiſſe uiduae. Solebant enim, inquit, deſponſari uirgines interdum, antequam fierent nubiles, ita tamen, ut ſi ad annos diſcretionis peruenirent, et ſponſum auerſarentur, ſolui ſponſalia poſſent, ſi autem intra illud tempus, quod inter deſponſationem et diſcretionem intercedebat, ſponſus moreretur, uirguncula illa deſponſata fiebat uidua. Vid. MAIMONID. *de Expulſion. Vxor. C. XI. §. 1.* Solebant quoque duci uirgines nondum nubiles, quae exſpectabant, donec annos maturae aetatis attigiſſent, et uiuebant uel in domo patris, uel in domo ſponſi, ſarta tecta uirginitate. Quod ſi autem mariti citius morerentur, quam illae ductae uirgines adoleſcerent, et uiro mature fierent, uocabantur uiduae uirgines. Harum mentionem iniicit MAIMONID. *in Libro de Coniug. Cap. XI. §. 1.* ubi ſimul indicat, et ſponſas uirgines et ductas uirgines libello repudii eiici potuiſſe, licet nondum cum ſponſis, uel maritis conſueuiſſent. Huiusmodi uidua uirgo, ſiue deſponſata, ſiue ducta eſſet, et facta uidua, etiam interdicta erat ſacerdoti ſummo, fidem faciente toties laudato MAIMONIDE *de Illic. Coniug. Cap. XVII. 11.* Ad has uirgines, quae ductae erant, et uiuebant cum maritis in uirginitate ſua, antequam ad annos nubiles peruenirent, referunt Philologi Hannam, de qua luculenter adſeritur, quod iuxta uirginitatem uixerit. Neque Pontificii exſculpere ex hoc exemplo quicquam poſſunt, quod ſeruandae perpetuae in ſtatu coniugali uirginitati faueat. Vid. DASSOV. *Diſſert. de Vidua Hebraea, Theſ. XI. p. 18. ſq.*

§. 8. Mulieres Hebraeorum ſacras quasdam in clauſtris ab omni uirorum commercio ſeiunctas degiſſe, falſiſſimum eſt. Nam (1) Scriptura ſacra tanti momenti rem nusquam attigit. (2) Profana Hebraeorum antiquitas clauſtra ſiluit. (3) Iudaei, ceteras conſuetudines temere retinentes, nulla extruunt hodie monaſteria. (4) Virgines Hebraeas, ſimulac maturae fierent, uiro nubere oportebat, imo, e gente ſua enubere, erat uetitum, id quod antiquitas ſacra, et, praeeuntibus Hebraeorum Magiſtris, BVXTORFFIVS, SELDENVS, DASSOVIVS, DIETERICVS in primis *Antiq. Bibl. p. 764.* MENOCHIVS *Rep. Hebr. l. 3. c. 20. p. 348. ſeqq.* atque antiquitatum periti tantum non omnes ſignificant; quod etiam D. LVTHER. *Praec. 6.* ſignificanter docet: Und lautet eigentlich auf den Ehebruch, darum, daß im Jüdiſchen Volck ſo geordnet, und gebothen war, daß jederman muſte ehelich erfunden werden, darum auch die Jugend auffs zeitlichſte berathen ward, alſo, daß Jungfrauen-Standnichts galt, auch kein öffentlich Huren, und Buben-Leben, (wie itzt) geſtattet ward, darum iſt der Ehebruch die gemeinſte Unkeuſchheit bey ihnen geweſen. Ea de re hodie Iudaei mature filias collocant, filiosque oportet mature uxorem ducere, quemadmodum apud Bramines et alios populos conſuetudo illa obtinet. Neruoſe in Not. Gentiliſmi ROGERIANI *P. 1. c. 11. p. 89. 90.* ad uerba: **Sehr früh ſtehen die *Bramines* in Sorgen, zu ſehen, wie ihre Söhne Weiber, und ihre Töchter Männer bekommen möchten.** Die Jüdiſchen Rabbinen, als nehmlich *Eliezer. in Gem. Babyl. ad tit. Jabimoth. cap. 6.* und *Salomo Iarchi ad Gen. VI. u. 1.* zeigen hiervon dieſe Urſachen an, nehmlich, daß ein Menſch kein Menſch ſey, er habe denn ein Weib; Und daß derjenige, der nicht zeitlich darauff bedacht iſt, wie das menſchliche Geſchlecht möge vermehret werden, ein Todtſchläger ſey. Plato will auch, daß man zeitlich darum ſorgen ſoll, wie man Kinder und Kindes-Kinder hinterlaſſen möge, damit, wenn es etwan zum Sterben mit uns kommen dürffte, wir gleichwohl Diener GOttes an unſerer Stelle nach uns laſſen könten. Die Athenienſer, Lacedämonier, und auch die Römer hatten gewiſſe Geſetze und Ordnungen, in denen die Zeit beſtimmet wurde, innerhalb welcher

man

man heyrathen muſte. POLLVX *l. 3. περὶ ἀγάμων*, PLATO *de Legg. l. 4. et 6.* FESTVS *in uerbo VXORIVM, et ibidem* SCALIGER ; Ac ad uerba: Ihre fünff Jahr erreichet ; *Sic corpus et indoles pura uiro praeſtatur*, gleichwie PLVTARCHVS ſpricht *in comparat. Lycurgi et Numae Pomp.* Darum gaben auch die alten Römer ihre Töchter aus, wenn ſie zehen, eilff und zwölff Jahr alt waren worden. (5) Femina, heres, non ſaltem uni ex tribu nubuit, ſed etiam לאחד ממשפחת מטה אביה, *uni e familia tribus patris ſui*; quod ſacris in literis fundatum non Rabbini modo, uerum Patres quoque explanant, utpote THEOPHYL· *Matth. I.* *μὴ ἀπὸ ἑτέρας φυλῆς λαμβάνει γυναῖκας, μὴ ἀπὸ ἑτέρας πατριᾶς, ἤτοι συγγενείας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ φυλῆς καὶ πατριᾶς*; et CHRYSOST· *Hom. 2.* *ὁ γὰρ δὴ μόνον ἀπὸ φυλῆς οὐκ ἐξὴν ἑτέρας, ἀλλ' ὁδὲ ἀπὸ πατριᾶς ἑτέρας, τοῦτ' ἔστι συγγενείας γαμεῖν*, etc. aliorum ut taceamus teſtimonia. (6) Quanquam meretrices grauiſſimas poenas dabant, lapidibus enim initio obruebantur, ac ſi filiae ſacerdotis, uiuae comburebantur, *Leu. XXI. u. 9.* atque his ipſis grauiſſimis ſuppliciis ab ſcortationibus prohibebantur, caſtam tamen praecipue ex eo uitam degere poterant, quod ipſis domi ſedulo commorantibus libidinandi occaſio praeſcindebatur, prouerbium optime praeterea conliderantibus : Gelegenheit macht Diebe. Quae cum ita ſint, Hebraeorum filiabus uix ac ne uix mariti defuerunt, ut, uitam monaſticam eligere, neceſſitas illas iuſſerit. Vid. SCHINDLER· *Lex. p. 480.*

§. 9. Iephtae filia nusquam in monaſterium concluſa fuit. Manifeſta enim (1) *Iud. IX·* obſtat litera והעליתיהו עולה, *et faciam ipſum holocauſtum aſcendere, uel offerri, Graece ἀνόισω αὐτὸν ὁλοκαύτωμα*, quam uerſionem pleraeque ſequuntur Latinae, atque D· LVTHERVS noſter ; Und wills zum Brand-Opffer opffern. (2) Nec recedit ab hoc antiquitas profana. Sic in *Gem. Babyl. ad Tit. Thamit. c. 1. f. a.* nominatur ſacrificium שלה כהרגן, *quod offerri non decuit*, et IOSEPH· *Orig. Iud. l. 5. c. 9.* *Θύσας τὸν παῖδα ὡλοκαύτωσεν, ὅτε νομιμὸν, ὅτε τῷ θεῷ κεχαρισμένην θυσίαν ἐπιτελῶν*; *Immolauit puellam, neque legitimum,*

neque Deo gratum ſacrificium ſoluens, cui multi ex Hebraeorum Magiſtris adſtipulantur. Hinc, nec male, D. LVTHER. Man will, er habe ſie nicht geopffert, aber der Text ſtehet da klar. So ſiehet man auch beyde an Richtern und Königen, daß ſie nach groſſen Thaten haben auch groſſe Thorheiten begehen müſſen, zu verhüten den leidigen Hochmuth. Vid. SERR. *q. 16.* PETR. MARTYR. *in h. l. p. 141.* BALDVIN. *Caſ. Conſ. l. 2. c. 8.* (3) Ἀνθρωποθυσία, ſpeciatim τεκνοθυσία, Hebraeis, Graecis, gentibusque aliis uſitata fuit, ut DANNHAVER. erudite oſtendit in aurea praef. Diſſ. de Voto Iephthaeo, cuius uerba ſane apponi merentur. *Quemadmodum Dei*, inquit, *hominumque hoſtis acerrimus, Satanas, coeleſtem ueritatem multis aliis in partibus affectauit*, (*Tertulliani phraſi utor*) *aemulanter exprimere: Serpentis aſtutiam mutauit in peniae dolos: Noachii cataclyſmum in diluuium Deucalionis: Samſonem in Herculem* τριτέλεγνον: *comam Samſonis in capillitium: Ciris nubem itineris Iſraëlitici ducem in nimbum Deorum capita ambientem* (*quem olim principem quoque* ἀποθέωσιν *gentilitiam hiantium, adulatio et hodie pictorum licentia ſanctorum capitibus affinxit, auctoribus Liſp. ad l. 1. Annal. Tac. et Dempſter. ad Roſin. Antiqq. Rom. l. 1. p. 68.*) *Ita coelitus mandatam Iſaaci immolationem* ἀρχῆθεν *ille* ἀνθρωποκτόνον *in crudelem oc homicidam religionem deformauit, et hominum ſimplicitate abuſus immanis atque truculentae* ἀσεργίας *exempla inter gentes deſignauit ipſi crudelitati horrenda. Non repeto Euripidis Iphigeniam, cui mactandae, ut Iſaaco aries, cerua fuit ſuccedanea. Non commemoro ſacrilegam Chartaginenſium barbariem, quos ab immani* ἀνθρωποθυσία *ad cineres usque uerbis ſupremos pertinaci, adeo reuocare non potuit Perſarum rex, Darius, apud Iuſtin. l. 19. ut nihilo poſt feruidius in uiſcera ſua ſaeuierint, nihil morati uel ipſorum ſacerdotum crucifixionem, de qua Tertull. c. 8. apolog. Non aſcribo, quae Americanae hiſtoriae ſcriptores de Mexicanis et praecipue Mechoacanis prodidere, a quibus Daemon, id quod ciuibus erat chariſſimum, ſponſas, liberos ſpecioſos*

ſos in uictimam ſibi caedi, poſtulauerat. Non addo, quae a uariis auctoribus de hoc eodem argumento concinnauit Lactantius l. 1. de falſ. relig. c. 21. Illud horrore ſilentii obſignandum non eſſe cenſeo, quod in auditionis horrorem reſignarunt ipſae S. litterae, de feralibus in Molochi reuerentiam parricidiis, quorum in illis creberrima mentio. Quod quale fuerit, et cui Deaſtrorum ſacrum, nondum plane inter interpretes conuenit. Rabbini nonnulli apud Druſ. ad loc. Leu. diſſic. c. 62. et Selden. l. 1. Syntagm. de Dis Syris c. 6. traductos tantum pueros per ignem contendunt, atque ſic illi Deo initiatos et februatos. Seldenus uult, et mactatos crematosque fuiſſe, perſuaſus ſequentibus teſtimoniis Pſ. CVI. 37. 2. Reg. XVI. 3. ſi conferas Ioſeph. l. 9. antiq. b. 12. Ier. VII. 31. c. XIX. 5. Ezech. XVI. 20. c. XXIII. 37. Sap. XIV. 23. c. XII. 5. et 6. Paulus Fagius Molochi idolum concauum facit, eque ſeptem conclauibus conſtituit, Seldeno tamen non ſatisfacit. B. Lutherus Lyranum ſecutus in gloſſ. ad Ier. VII. u. 31. idolum illud his uerbis depingit: Der Abgott, Moloch, war ein ehern Bild, inwendig voller Gluth, dem ſie ihre Kinder in die Arm legten, und verbrandten, und die Prieſter mit Paucken und Schellen klungen, daß die Eltern der Kinder Geſchrey nicht hören ſolten; et ib. Alſo mag *Tophet* ein Drummel-Hauß, oder Drummel-Kirchen heiſſen, ꝛc. *Occumen. in act. 7. hunc Molochum putat fuiſſe Mercurium, Caietanus Priapum, plerique Saturnum illum* τεκνοφάγον. *Adeant Seldenum, qui maiores ſitiunt crateres.* MICHAEL DILHERR. Antiqq. ad Sap. XII. u. 5. *Duplex autem fuit cultus; unus, quo prolem ſuam per ignis flammam traducebant Parentes, hocque modo Numini luſtrabant, qualis idololatria interdicitur Deut. XVIII. u. 10. Alter, quo filios filiasque mactabant, cremabantque. Vid. Tarich. W. Schickardi p. 126. ſeq. Adrichom. in ſua Ieruſalem num. 176. Selden. Syntag. 1. c. 6. pag. 81. Schindl. Lexic. col. 1009. Becman. de Orig. L. L. Glaſſ. Gr. ſacr. p. 814. 862. aliique a Dilherro allegati. Egregia leguntur apud Roger.* l. c, in Not. P. 2. c. 15. ad uerba: Jährlich ein Menſch,) Diß ſolte einen ſo gar ſehr nicht befrembden, in Anſehung, daß ſolches bey unterſchiedlichen Völckern und Landes-Arten vor Alters ein ge-

gemeiner Gebrauch geweſt. *Lactant. l. 1. Inſtit. cap. 21.* erzehlet, daß die Carthaginenſer einmahls auff eine Zeit 200. Adeliche Kinder dem Teuffel auffgeopffert. Und *Pauſanias l. 4.* berichtet, *Ariſtomenes Meſſenius* habe auch zugleich auff einmahl 300. Menſchen, unter welchen *Theopompus* war, auffgeopffert. Und *Ditmarus* gedencket, daß die Dänen und Normannen alle Jahr, im Monath Januar. dem Teuffel 29. Menſchen, ſamt ſo vielen Pferden und Hanen, gewöhnlich auffgeopffert. Die *Druides*, ſo jemand unter ihnen kranck, oder ſonſt in Gefahr geweſt, verſprachen jedes mahl, ſie wolten ihren Göttern einen Menſchen opffern, damit ſie aus ſolcher Kranckheit, oder Gefahr errettet werden möchten, der Meynung, diejenigen wären anders nicht zu bewegen, jemand ſeine Geſundheit wieder zu erſtatten, und aus ſeiner Gefahr zu erlöſen, als durch den Todt eines andern Menſchen. Wie zu ſehen bey *Iul. Caeſ. l. 6. Bell. Gall. Plin. l. 30. cap. 1.* Die alten Teutſchen, die Schweden und Gothen thäten auch dergleichen. Siehe *Tacit. de M. G.* und *Io. Magnum l. 1. c. 10.* Dieſe Plage hatte ſich gnugſam über die gantze Welt ausgebreitet. Gleichwohl wolte *Plinius l. 30. c. 1.* gern die Römer ſchön ſchauen, als ob ſie mit dieſem Greuel nicht wären beſchmitzt geweſt, aber vergeblich. Siehe *Quintil. Decl. 324. Tertull. in Apol. c. 9. Alex. ab Alex. l. 6. Genial. Dier. c. 26.* Wovon man aber dafür halte, daß dieſe grauſame Weiſe ihren Urſprung ſoll genommen haben, iſt zu ſehen bey *El. Schedio Syngr. 2. de Diis Germ. Cap. 31.* und *Petr. Martyr. Loc. Commun. Claſſ. 2. cap. 51.* Quod ſi igitur ἀνθρωποθυσία ſingulis fere gentibus ulitata fuerit, quid, Iephthae filiam immolatam eſſe, dubitemus. (4) Tametſi uero nonnulli Rabbinorum uirginem perpetuo manſiſſe, uelint, quemadmodum fabulatur KIMCHIVS, עשה להבית והכניסה שם והיתה שם פרושה מבני אדם ובדרכי העולם והיה חק בישראל כי משנה לשנה היו הולכות אליה בנות ישראל: *Fecit ei domum, et introduxit in eam, atque ibi remanſit ſecluſa a filiis hominum, et a rebus huius ſeculi, atque mos inualuit in Iſrael, ut quotannis eam inuiſerent Iſraelitides;* horum tamen commentationes apud plerosque ἀειπαρθενίαν ἁπλῶς et ſimpliciter talem, non uero monaſticam Pontificiorum uitam redolent.

lent. Et quis eo ἀτοπίας laberetur, ut ſcripturae literam relinquens ad Rabbinorum unice ſe uerteret opinionem. (5) *Materia uoti Iephthaei* fuit res luctuoſiſſima et ſummopere ploranda, perſonae ſc. applicata. Namque Jephtha exiſtimans, ſibi uotum eſſe exequendum in unica filia, expaueſcit, lacerat ueſtimenta, et flebiliter conqueritur: *Incuruando incuruaſti me, filia*, u. 35. Filia ipſa petit dimiſſionem in ſpatium bimeſtre, ut fata ſua defleat, immo puellae Iſraeliticae non modo tum complangunt, ſed et anniuerſarium leſſum inſtituunt. Atqui conſecratio filiae uiuae ad cultum quendam rationalem non erat res luctuoſa, uel tantopere deploranda. E. nec erat *materia uoti Iephthaei, etc.* PFEIFFER· *Dub. Vex. Cent. 2. p. m. 350.* (6) *Certe* חק, *ſeu ſtatutum*, in Iſrael deſignat conſuetudinem ualde inueteratam, quam ſua aetate duraſſe apud Samaritanos, teſtis eſt Epiphanius, e. quid ad eam quaeſo tantillum *uitae Iephthigeniae?* PFEIFFER· *l. c. p. 351.* (7) Iephtae facinus a uiro θεοπνέυστῳ nec laudatur, nec laudari a quoquam ullibi poteſt, ergo nec iſtud ad imitandum proponimus; immo utrinque peccatum, ſiue filiam immolarit uiuam, ſiue ἀειπαρθενίᾳ deputarit, quod ſi enim primum, in homicidam tranſiit, ſi uero poſterius, Deus fecit hominem, non ut ſolus, non ut ſola, ſed ſolus ut cum ſola uiueret, *Gen.* II· *18. Eccleſ.* IV· *8. 9.* Nec liberorum caſtitas in parentum uiribus poſita eſt. Quod alter non habet, alteri non dat. Iephtha ratione parentum δι ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, ut IOSEPHVS loquitur *l. 5. Antiqq. cap. 9.* ἐπαχθείσης ὑπὸ τῦ πατρὸς erat בן־אשה זונה LXX· υἱὸς γυναικὸς πόρνης, LVTHER· ein Huren-Kind, ergo, ipſum ab omni ἐπιθυμίᾳ uetita immunem uixiſſe, dubium eſt. Caſtitas denique ſimulata et coacta diuino Numini quam maxime diſplicet, hinc LVTHER· non male *Tom. 2. Jen. Germ. p. 381.* in relatione ad comites Mansfeld. de Florentina ab Oberweymar moniali, ubi inter alia ita differit: Ich ſags abermahl, GOtt will nicht gezwungen Dienſt haben, ich ſags zum dritten mahl, ich ſags hundert tauſendmahl, GOtt will kein gezwungen Dienſt haben. Optime AMBROSIVS l. 1. de Virginibus: *Virginitas ſuaderi et optari poteſt, non imperari, nam quae ſupra nos ſunt, in uoto magis ſunt, quam in magiſterio.* NAZIANZ· *Carm. Sacr.* Valde labuntur Papicolae,

quando τὰς καταλείσεις τῶν παρθένων, 2. *Maccab.* III. 19. ueterum moniales fuiſſe; exiſtimant. Parum enim, aut nihil MENOCHII *l. 5. p. 443.* CANISII *l. 1. de Virgin. cap. 12.* BARONII in Appar. aliorumque moramur ſententiam, per τὰς καταλείσεις τῶν παρθένων uirgines in atrio templi habitantes intelligentium, eo, quod concluſae uirginum, ſiue e uirginibus, quae concluſae eſſent, appellentur, quorſum reſpiciatur *1. Sam.* II. 22. ubi mulierum ante tabernaculi oſtium inſeruientium iniicitur mentio. Verum enimuero notamus (1) *2. Maccab.* III. *19.* ad morem ueterum uirgines educandi fieri reſpectum, quippe quae ἐν τοῖς θαλάμοις et παρθενῶσι ſedulo concludebantur, teſtibus non Hebraeorum tantum maioribus, ſicut PHILO θαλαμευομένων παρθένων meminit, ſed uiris etiam literatiſſimis, HIERONYMO, MICHAELE NEANDRO, GROTIO, HEINSIO, HILDEBRANDO, reliquis. Ipſe MENOCH. *Rep. Hebr. l. 4. c. 8. q. 12. p. 514.* uirgines Hebraeorum ſeorſim a uiris παρθενῶνα, atque, una cum ceteris mulieribus, γυναικωνῖτιν tenuiſſe, non diffitetur. Accedit, quod matres quoque diſcurriſſe dicuntur, quas in maritorum aedibus, ſpeciatimque Gynaeceo, degiſſe, manifeſtum eſt. Quapropter per τὰς καταλείσεις τῶν παρθένων uirgines honeſtae ab ἀκλείσοις, ῥεμφομέναις, ut dicuntur SYMMACHO, *Cant. I. 7.* et περιβαλλομέναις, iuxta LXX. a diſcurſitantibus diſtinguuntur, ab iis, quae non ἐν τοῖς θαλάμοις ἢ μεγάροισι educari ſolebant, uideſis CASAVB. et DIETER. ll. cc. (2) נשים הצבאת, feminae erant conuenientes partim, ut orarent, uertente ſic TARGVM, partim ut offerrent ſacrificia, impletis, exemplo Hannae, matris Samuelis, puerperii et mundationis diebus. (2) Hebraeorum eſt ſententia, nullum in templo miniſterium uiduarum, immo nec aliarum, peragi opera potuiſſe, quoniam צבא turmatim conueniendi ui pollet, (CASAVB. ſaltare ſignificare putat, ſed male, uid. LVNDII Jüd. Heiligthüm. *pag. 169. n. 14. ſeqq.*) et quando uerſio noſtra habet: Daß ſie ſchlieffen bey den Weibern, die da dieneten für der Thür der Hütten des Stiffts, *1. Sam.* II. *22. Exod.* XXXVIII. *8.* uox **dieneten** de cultu Deo ſacrificiis turturum, columbarumque, exhibendo, non uero de miniſterio in templo peragendo accipi debet, ut celeb. DASSOVII uerbis

bis utar, Vid. *Hebr. th. 8. p. 14.* utut, ſi proprie exponendum ſit, διαῤῥήδην et κατὰ τὸ ῥητὸν ita flueret: Die da in groſſer Menge zuſammen kamen für der Thür der Stiffts-Hütten. צבא enim ſignificat *turmatim conuenire*, ut quando צבאת, exercitus, quae uox hac ab radice originem trahit, ſe congregant, ſeu multitudo hominum conuenit. Cum uero incolis afflueret Iudaea, feminae fixo tempore admiranda copia comparebant. Vid. LIGHTF. *Hor. Hebr. ad Luc. cap. 2. et* PFEIFFER. *l. c. p. 350.* (3) His ſuperaddo, tempora diſcerni oportere. Feminas apud Hebraeos ſacris quibusdam inſeruiſſe, negamus, apud primos uero Chriſtianos ad nonnulla ſacra adhibitas eſſe, facile largimur. Siç quum in ueteri Eccleſia baptizandi omnes toto fere corpore nudarentur, pudori femineo erant Diaconiſſae conſtitutae, quae feminas nudarent, ut reliqua taceam. Vid. CYRILL. *in Procatech et S. Auguſt. L. 22. de C. D.* HILDEBR. *Rit. Baptiſm. p. 35. ſeq.* (4) Templum Hebraeorum diffudit ſe in Sanctum Sanctorum, Sanctum et Atria: Illud Sacerdos M. ingreſſus eſt per annum non niſi ſemel, iſtud intrare tantum Sacerdotibus licuit; hoc erat triplex, (1) Sacerdotum, quo praeparabant ſacrificia, (2) Virorum, (3) Mulierum. Si igitur mulieribus neque ad Sanctum Sanctorum, neque ad Sanctum et atrium Sacerdotum, in quo uictimae mactabantur, et lauabantur, immo ne ad atrium quidem uirorum, patuit acceſſus, quomodo earum opera in lauandis ſacrificiis et adminiſtrandis ſacris uſi ſunt Hebraei? MENOCHIVS quidem prouocat ad γυναικείας πύργους, ſeu rectius πύργους, turres femineas IOSEPHI *l. 5. Captiu. cap. 12.* uidelicet quod in iis uiduae et uirgines habitarint, ſed fruſtra; hae enim non erant perpetua clauſtra, ſeu coenobia, ſed ſellae feminarum uſui deputatae, cum in templi atrio femineo die Sabbathi concurrerent, feneſtris clathratis munitae, unde proſpicere poſſent.

§. 10. Morabantur igitur Hebraeorum feminae in Gynaeceis. Domus erat uel *priuata*, uel *publica*. Inter *publicas Tabernaculum*, *Templum*, *Synagogas*, *Synedrium* et *Scholas* referimus. *Synedrium* quippe locus ciuilis ac politicus, in quo uiri Synedrii, hoc eſt, Senatus Hieroſolymitanus, de Republica conue-

nerunt, nullas tenuit feminas, uere tamen reliquae. Praecipua *Tabernaculi* pars tentorium erat, Sanctiſſimo, Sancto et Atriis conſtans, *confectum*, ut GOODWIN· et HOTTINGER· loquitur, *ex aſſeribus auro obductis, tegminibus atque uelis diuerſae materiae, formae, coloris atque uſus, inſtructum dein uaſis pretioſiſſimis, ad regiam magnificentiam indicandam apparatis. Atrium circumdedit interius Sacerdotum, exterius Laicorum*, duas in odas diuiſum, quarum uirorum una, altera mulierum, id quod Phraſis נשים וחצרות, *Exod.* XXXVIII· *8. 1. Sam.* II· *22.* ſignificare uidetur. Conf. D. PFEIFFER· *Dubb. Vex. p. 4u.* et auctores citati ibidem plurimi.

§. 11. *Templum* ſe diffudit, ut GOODWINVS iterum erudite oſtendit, (1.) in Sanctum Sanctorum, das Allerheiligſte, conueniens choro, ſiue anteriori parti aedium Baſilicarum, Thumb-Kirchen; (2.) Sanctum coincidens cum corpore aedium; (3.) Atrium referens noſtra coemeteria. Atrium uero templi remotum erat partim, partim uicinum; una pars uicini Sacerdotum ad ſacrificia praeparanda extructi, populi altera *2. Reg.* XXI· *5. 2. Chron.* IV· *9.* illa הפנימות, interius, *Ezech.* X· *3.* חצר בית יהוה, atrium domus Iehouae, *2. Chron.* XXIV· 21. haec חיצונת, exterius, RASCHIO עזרת ישראל, atrium Iſraelis, atrium magnum, utrique deputatum ſexui, dicitur, in quo tamen mulieres ſeorſim aſſiſtebant, quemadmodum Ioſephus γυναικείων meminit πύργων, in atrio feminarum expoſitorum. Si igitur exterius atrium coniunctim unoque quaſi intuitu ſpectatur, uiri in interiore illius parte, feminae in exteriore conſiſtebant, quod ſepimentum tempore Ioſaphati factum eſſe putatur, *quem ſtetiſſe* legimus *in domo Iehouae ante atrium nouum*, hoc eſt, *atrium feminarum*, 2. Chron. XX· 5. Quicquid eius rei ſit, conſuetudo, cum in tabernaculo iam dudum obtinuerit, antiquior eſſe utique uidetur, qua de re uid. tr. סוכה c. V· 4. et מדות *Miſchn. c. 2.* Ex atrio uirorum in atrium mulierum deſcenſus per XV· gradus conſpiciebatur cantui Leuitarum deſtinatos, tract. מדות, c. 2. 5. עזרת הנשים היתה ארך מאה ושלשים וחמש על רוחב מאה ושלשים וחמש וארבע לשכות

לשכום היו בארבע מקצעותיה של ארבעים אמה לוא חיו מקורות: *Atrii muliebris longitudo CXXXV. cubitorum cum latitudine CXXXV. atque quatuor conclauia (Naſiraeorum, lignorum, leproſorum, olei,) erant in quatuor eius angulis. Singulaque cubitorum XL. quae non erant contiguata. Et paulo infra:* הלקה היתה בראשונה וחקיפוה כצוצרה שהנשים רואות מלמעלן והאנשים מלמטן כרי שלא יהי מערבין: *Olim erat planum, ſiue apertum, ſed poſtea podio circumdederunt, ut mulieres ſuperne proſpicerent; uiri autem inferne, ne miſcerentur. Ex hoc,* ut loquitur HOTTINGER. *per 12. gradus deſcenſus datur in antemurale latum X. cubitos l. c. §. 3. Tum ſequitur cancellata ſepes, intra quam Gentili intrare haud conceſſum erat, quare ſpatium exterius non adeo incommode dici ſolet atrium Gentium, quia eousque iis aditus permiſſus erat, Maimon. tract.* החיל משלחין ממנו גוים וטמא מת וזבועלי נידות, *ab antemurali excludunt Ethnicos, pollutos mortuo et qui cum uxoribus menſtruo laborantibus rem habuerunt. Vero admodum ſimile eſt, ſaepenumero Gentiles, uariis ex cauſis, montem templi aſcendiſſe, ut hinc locus limite circumſcriptus atrium Gentilium uocari queat. Miſchnici, aliique Iudaei nomen* עזרת הגוים *ignorant, ſed rem ipſam tamen docent, appellantes* הר הבית, *montem domus, aut* חול, *locum profanum,* Vid. LIGHTF. *Op. T. 2. p. 192.* Conf. *1. Reg* VIII. *41. Ioh.* XII. *20. Act.* VIII. *27. et Obſeruat. XIV. p. 359.*

§. 12. Quemadmodum uero mulieribus, a uiris natura diſtinctis, atrium fuit, in Tabernaculo et Templo ſeiunctim extructum, uel ſaltem ſaepe et clathratis feneſtris munitum; ita Synagogae ſuam quoque habuerunt γυναικωνῖτιν, qua ſeorſim feminas ſtare oportuit, ut BVXT. *Syn. Iud. c. 9.* ex Hebraeorum nos maioribus edocet, cum ait: *Peculiarem habent mulieres Eccleſiam, quae uirorum Eccleſia clathratis feneſtris ſeparatur, qua de re in Talmude diſputatur: Imo id ex Propheta* (Zach. XII. 12.) *demonſtratur, ubi ſcil. dicit: Mulieres plangent ſeorſum, nempe in ſeparata et diſtincta Eccleſia;* GOODWIN. *Moſ.*

et Aar. l. 2. c. 2. §. 7. p. 373. uel *l. 2. c. 1. p. 151.* in Not. *Quemadmodum atrium populi ante templum diuisit murus in duas partes, quarum alteram mulieres, alteram mares frequentabant, ita in Synagogis mulieres separatae a uiris sunt clathris et transennis, siue fenestris reticulatis. Talmūd. tr. Succah. c. ult.* uid. SCHINDLER. *Lex. p. 1306. et p. 639.* POLVS *Syn. Crit. ad Zach. XII. p. m. 2033.* LVNDII Jüd. Heiligth. *p. 353. n. 30. seq.* Synagogae uero a Scholis distinctae fuerunt, domus nimirum sacrae, quibus conueniebant Israelitides, ut precarentur, concionarentur, Mosis scripta ac Prophetas praelegerent, disputarent, atque sic amplius. Hebraeis *συναγωγαὶ* dicuntur בית הכנסת, *domus congregationis.* Templum Hieros. obseruante id GOODWINO, uelut caput, Basilica fuit; Synagogae tanquam Parochiae, ad illud pertinentes. Vid. *Annot. 1. et Diss. tres* M. CHRISTB VRNETII *de Synag. Vet. Hebr.* Vitemb. habitae, et multa eruditione confertae.

§. 13. Ex aedibus publicis egressi priuatam frequentamus domum, ubi utrumque sexum seorsim conspiciimus morantem, Est autem Gynaeceum pro ratione familiae duplicis ordinis. Vnum tenent uxores legitimae cum suis feminis, aut puellis, pellices cum suis alterum, uel in media domo, uel in superiori parte aedium, aut loco secretiori alio. Veterum (1) aedificia *δίστεγα*, aut *τρίστεγα*, aut *πολύστεγα* fuisse, exinde apparet, quod Eutychus *Act. XX. 9. ἀπὸ τῦ τριστέγυ*, decidisse legitur. Conf. MENOCH. *Rep. Hebr. l. 7. c. 5. Q. 11. p. 665.* (2) Iuditha se concludit una cum puellis suis sub *σκηνῇ ἐπὶ τῦ δώματος*, hoc est, loco secretiori habitat sub umbraculis tecti. (3) Huc respectare uidetur phrasis *Deuter. XXI. 12.* הבאתה אל תוך בית, *inducere in mediam domum*, siquidem DEVS iubet captiuam feminam ducturum, eam introducere, ut fontes habeat, *in medium domus suae.* (4) Graecorum, aliarumque gentium, feminae *ᾠον*, seu *ὑπερῷον*, id est, iuxta EVSTATH. *τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων*, superiorem aedium partem, habitarunt, licet nonnunquam mediam tenuerint domum, ad quos ab Hebraeis consuetudo defluxit. Vid. MENOCH. *l. c. pag. 675. seqq.* MAIMON. *tr.* מורה נבוכים, *P. 3. c. 41. p. 467. ad Deuteron.* XXI. *n. 10. 11. etc.* Hae ergo sunt mulieres conclusae, non moniales, quas Hebraei nescium.

§. 14.

§. 14. Veram ergo Monialium et primam quasi infantiam recensebimus. Natas primum ethnicis in tenebris, uetustissima prodit antiquitas. Feminis enim Deorum in numerum assumtis, sacerdotes Deabus constituebantur plerumque uirginitate perpetua, quo Sacerdotio bene praeessent, donatae, qua de re apud HIERONYMVM *de Monogamia ad Gerontiam et* TERTVLLIANVM praesertim in scholis egregia habentur. *Ad Tauri Aegyptii sacra semel maritus assumitur*, ut omittam uirgines Vestae et Apollinis, Iunonisque Achiuae, siue, ut legit ERASMVS, Argiuae, et Dianae, ac Mineruae, quae perpetua sacerdotii uirginitate macrescunt. De Apolline et Diana testatur HORATIVS in Odis : *Dianam tenerae discite uirgines, intonsum discite pueri Cinthium.* ALEXAND· *Neapol. l. 5. cap. 12.* refert in Attica fuisse Poliadis Mineruae templum, multa religione inclytum, in quo uirgines assiduae Palladium lychnum inextincti luminis seruant, quod semel oleo respersum per annum integrum durat: Ignem quoque peruigilem apud Delphos custodiri a mulieribus, quae matrimonio solutae erant, ubi si quando extinguebatur, ex solis flamma peregrinum elici oportebat. Persae pariter ignem habuerunt peruigilem, sicut Chaldaei, Medi, Assyrii; apud quos Dianae Ecbatanae templum fuit, quam Auatim uocant, *cuius sacerdotes procul a uirili contagio in perpetua uiuebant uirginitate. In Britannia quoque Mineruae numen colebatur, in cuius templo perpetui ignes ac perpetuae uirgines. Athenienſium* cumprimis *uirgines*, *Dianae Munichiae* in ministerium *consecratae*, in antiquitate celebres sunt, quae ἄρκτοι et ἀρκτευόμεναι dicebantur, hinc ἀρκτεῖα ἡ τῶν ἀρκτευομένων παρθένων τελετή, ut uisere est apud HARPOCRATEM, SVIDAM, HESYCHIVM et POLLVCEM. Vid. CAELIVS *l. 26. c. 19.* LVISIN· *1. Parerg. 25.* et DIETER· *Antiqq. Bibl. l. c.* Omnium uero maxime *Vestales* cedro dignae habentur, apud Graecos oriundum Sacerdotium, et ab Ænea in Latium Troia delatum, ubi Sacerdotes uirgines, condita Roma, Vestae sacrauit NVMA POMPILIVS, diebus Saluatoris etiam Romae florentes, quare, Christianos in religione antea gentili educatos, idololatrica non pauca in Christianismum intulisse, legimus, utpote templa παιδὸς Ἀφροδίτης,

VIR-

VIRGINESque SACRAS κατ' ἐξοχὴν sic dictas, ad imaginem Vestalium, der Heydnischen Nonnen und Kloster-Jungfern, inuentas, Monialium Papisticarum originem, germanamque matrem, teste POLYD. VERGILIO *l. 4. p. 324. Hinc*, inquit, *perspicue intelligere licet, iam tum coepisse feminas per hunc modum DEO dedicari, et Apostolos primum*, (uiduae quidem Diaconissae uetustissimae in Ecclesia iam Apostolica sacris quibusdam praeerant, uti supra audiuimus, non uero in claustris atque coenobiis morabantur, uitam monasticam sectantes,) *ac deinde nostros Pontifices, exemplo* VESTALIVM VIRGINVM (id quod ambabus manibus largimur) *induxisse feminarum religionem in Ecclesiam Dei, ut uterque sexus Domino in castitate seruiret.* Quod si igitur Papistae, Moniales a Vestalibus originem traxisse ueterum, ipsi haud dissimulent, Vestales uiuis depingere coloribus, operae pretium erit.

§. 15. Vestales ab obiecto religionis tam reali, quam personali, nomen sibi sortiuntur. Obiectum reale constituit cultus religiosus ille Vestae sacratus; personale est Dea Vesta, cuius in ministerium Vestales adhibebantur. Haec uero Saturni ex Ope, uel tertia Opis, siue matris Deum filia, Erd-Göttin, Dea fuit uirginitatis, quemadmodum Venus libidinum. Super uocis etymo uiri doctissimi diuersas in sententias distrahuntur, Nonnulli, quod terra uariis herbis atque plantis uestiatur, ita uocari existimant, quam merito sententiam mittimus. Quidam uocem deductam putant a VI STANDO, quod terra consistit, neque solis ad imaginem aethera percurrit, hinc canit *Ouid. l. 6. Fast. u. 299.*

Stat VI terra sua, VI STANDO Vesta uocatur.

At enim uero Graece docti, et recte quidem, ἀπὸ τῆς Ἑστίας deriuant. Poetae enim uetustissimi Ἑστίας et mentionem iniiciunt, et, Deam Vestam, seu Ἑστίαν, Troiae esse cultam, testantur. Vox autem Graeca Ἑστία, unde originem haec traxerit, quaeritur? Literaturae Orientalis expertes cum CAELIO mire se detorquent, et ἀπὸ τῦ ἔιναι, ut sit quasi Ἐυστία, sicuti Latinis focus a fouendo, deduci, existimant. Sed inter uocis signi-

gnificationem et deriuationem diſtinguendum eſt. Illa apud Graecos uariat, haec non niſi una eſt. In primis uero Ἑστία focum ſignificat κατ' ἐξοχήν, id eſt, altare, Diis conſecratum, quae erant (1.) publica in fanis et delubris, quo ſe, more Hebraeorum, tanquam ad Aſyla, receperunt ſcelerati ac impii, unde notanter ſcribit BVD. ex Ariſt. in Oecon. καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν, ὥσπερ ἱκέτην ἢ ἀφ' Ἑστίας ἠγμένην μὴ δοκεῖν ἀδικεῖν; ſicuti Pythagorei dicunt, quod non deceat ſupplicem et ad altare actum iniuſtitia affici; (2.) priuata et domeſtica, ſeu quotidiana, domi ad Penates extructa, ubi preces fundebantur, et ſupplices comparebant impii, ut apud PLVTARCHVM Themiſtocles in domo regis Moloſſ. Admeti et Vlyſſes apud HOMER. οδ. η. p. 203.

Ως εἰπὼν, κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπ' ἰφθίμῃ ἔν κονίῃσι
Πὰρ πυρί.
Sic fatus reſedit ad focum in cineribus
Iuxta ignem.

Ita COELIVS *Antiqq.* et APOLLON. *Argon. 4.* τῷ δ' ἄνεω, ᾗ ἄναυδοι ἐφ' Ἑστίῃ αἴξαντες ἕζανον, ἧτε δίκη λυγροῖς ἱκέτῃσι τέτυκται, quod eſt lege ſancitum, ut ſupplices apud larem ſederent taciti. Maxime tamen per Ἑστίαν Veſtam intelligunt interpretes, cui perpetuus in honorem ignis accendebatur. Quod uero uocis Graecae attinet originem, a Chaldaeis eſt oriunda, quod tam ex conſono uocabulo ἐμφατικῶς poſito אשתא et יה, ignis Domini, ut ſit quaſi אשתאיה, et more Graecorum, mutatis mutandis Ἑστία Graece, Latine Veſta, quam ex antiquiſſimo ignis ſacri apud Chaldaeos uſu apparet.

§. 16. Haec autem religio Hebraeis, Chaldaeis, Medis, Aſſyriis, Perſis, Graecis et Romanis uſitata diuinae originis eſſe a Gentilibus credebatur. Sed Diabolus μυριοτέχνης ille, ueritatem in fabulas, cultum Dei uerum in idololatriam uertens, hominibus, ignem ut religioſe colerent, ſuggeſſit. Cum enim impius Cham, proles Satanae, regnum ſuum ui armaſſet; idolomaniam ſuos docuit, ignemque in VR Chaldaeo-

rum, quae urbs propterea אור, hoc eſt, ignis, appellatur, ſingulari cerimonia colendum et adorandum, ut uerum DEVM propoſuit, uel quod ignis ante diluuium coelo delapſus ſacrificia illico abſorpſit, uel quod Deus uim et potentiam ſuam igne ſaepius praeſtitit. Ignis uero ſacer, benignitatis illud diuinae Symbolum, coelitus delapſus ſacrificia primum Abelis, poſtea reliquorum Patriarcharum corripuiſſe fertur, donec Aaronitica conſumens a Sacerdotibus ad captiuitatem usque Babylonicam ad hoſtias incendendas perpetuo adhiberetur, et in altari holocauſtorum in medio templi atrio conſeruaretur, appoſitis ordine lignis, unde ignis ordinis, ſiue ordinationis, et אש תמיד, ignis perpetuus, uocari conſueuit. Hunc igitur ignem Diabolus in idololatriam conuertit, ut exinde noua ignis religio ad Chaldaeos, Perſas, Medos, Aſſyrios, aliasque gentes peruenerit, teſte prae ceteris MICH. NEANDRO *Sorau. Theol. Syn. pag. 10. ſeq. VR ignis nominatur apud Plutarchum in Alexandro Orimasda, uoce Hebraea corrupta, quod et ignis ſacer, ſeu ſanctus, Graecis* Ἑστία, *ignis Domini, iſta etiam uoce ab Hebraeis deſumpta, quibus Eſth ignis et ia, abbreuiatum a Iehoua, eſt ignis Domini,* (Ἑστία immediate ac proxime a Chaldaeis deducitur, ut ſit quaſi אשתא et יה ignis Domini in compoſitione אשתאיה, ut ex עבר, ſeruus et יה, Dominus, עבריה Hebraeum, Obedias, ſeruus Domini; ita enim Iod mutato in i, ac reiecta litera א ſemper quieſcente, fit Ἑστία, Veſta,) *Eſtque ille ritus a flamma diuina, quae de coelo uictimas corripere, et conſumere ſolebat in ſacrificiis ſumptus, et a Perſis, Aſſyriis, Medis, tandem etiam a Romanis in templo Veſtae ſeu* Ἑστίας *religioſe cuſtoditus, dum ignis perennis et ſemper uigil in templis per Veſtales uirgines, Sacerdotes, cuſtodiretur et ſeruaretur omni tempore inextinctus, quomodo in Monaſteriis olim faces. ſeu lampades, diu noctuque lucentes conſtituebantur, quae aeterna lux dicebantur.* A Chaldaeis, Perſis, Aſſyriis, Medis ritus ille ad Graecos defluxit, quibus inter Troiae Veſtae ſacra perpetuus ignis lucebat, quem Æneas, poſt excidium Troiae, in Latium detulit. Hic apud Latinos urbem condebat, Lauinium ab uxore ſua, more ueterum appellatam (impoſuiſſe enim reges nomina uxorum urbibus, teſtatur HERODOT. de *Vita Homeri c. 2.* Ciuitati nomen dedit

dit Smyrnam Theſeus, ab uxoris nomine, cuius memoriam relinquere uolebat. Apud STRAB. *l. 36.* SELEVCVS NICANOR ab uxore ſua Apamiam nominauit) ibidemque aedem Veſtae ſacrauit, quos patrios mores filius Æneae, Aſcanius imitabatur, noua urbe a ſe ſub Albano monte extructa, quae a ſitu porrectae in dorſo urbis Longa Alba uocabatur, teſte LIVIO *L. 1. c. 2. et 3.* Hac in urbe Ilia, id eſt Rhea Syluia, creatur Veſtalis, quae Iliae nomen a Troia, Syluiae ab Aſcanii filio, in ſyluis nato, accepit, a quo omnes, qui Albanorum regnum obtinuerunt, Syluii dicti ſunt; Cum uero Syluia ad Martis lucum, aquae purae hauriendae cauſſa, procurriſſet, in templo ui compreſſa eſt, ediditque poſtea Romulum et Remum, urbis Romae parentes. Hi, condita Roma incolis deficiente, ut in copiam accreſceret populus, Sabinarum raptum et Aſyla inuenerunt. Imperio in Numam delato, ſacra, et cerimoniae conſtituebantur. Sic enim LIVIVS 1. c. 19. *Deorum*, inquit, *metum* (Numa) *iniiciendum ratus eſt, qui, quum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat, ſibi cum Dea Ægeria congreſſus nocturnos eſſe : Eius ſe monitu, quae acceptiſſima Diis eſſent, ſacra inſtituere : Sacerdotes ſuos cuique praeficere - - Virginesque Veſtae legit, Alba oriundum ſacerdotium, et genti conditoris haud alienum. His, ut aſſidue templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit : Virginitate, aliisque cerimoniis uenerabiles et ſanctas fecit.* Et FLORVS epitomator l. 1. c. 2. *Ille ſacra et cerimonias, omnemque cultum Deorum immortalium docuit : Ille Pontifices, Augures, Salios, ceterosque per ſacerdotia, annum quoque in XII. menſes, faſtos dies, nefaſtosque deſcripſit. Ille Ancilia atque Palladium, ſecreta quaedam imperii pignora, Ianumque geminum, Fidem pacis ac belli, in primis focum Veſtae uirginibus colendum dedit, ut ad ſimulacrum coeleſtium ſyderum cuſtos imperii flamma uigilaret. Haec omnia quaſi monitu Deae Ægeriae, quo magis barbari acciperent.* Dionyſius : *Romulus*, inquit, *nullas Virgines Veſtae Sacerdotes inſtituit, memor fortaſſe materni dedecoris, quae inter illius miniſteria uirginitatem amiſerat, haud quaquam idoneus futurus iuxta leges patrias, ſi quam uiolaſſe pudorem deprehendiſſet, ne ſibimet*

refricaret probrum domeſticum. Idem : *Quinto loco erant Virgines ignis ſacri cuſtodes, quas illi a ſua Dea Veſtales nominant, cui rex hic primus templum ſacrauit, et cultrices uirgines. Et paulo poſt : Virgines autem, quae Deo ſacris operabantur, quatuor erant ab initio, et ius optandi eas penes reges eſſe Numa uoluit.*

§. 17. *Leges* uariae has circa uirgines attendi debent, inprimis quod attinet *electionem, ſacerdotium, poenas*, maxime ſi qua ſtuprum admiſiſſet. Si ad electionem reſpectemus, non quaelibet uirgo regi, ſeu Pontifici M· cum t. t. Pontificatus penes reges eſſet, ſacerdotio digna habebatur, quod perſpicue Roſinus docet in Antiquitatibus ſuis Romanis. *Notabile eſt*, inquit, *quod Capito Atteius ſcripto reliquit : Neque legendam filiam eius, qui domicilium in Italia non haberet, et excuſandam eius, qui liberos treis non haberet. Omnium maxime Agellii uerba notari merentur a Ludouico Carrione, aliisque repetita : Qui de Veſtali uirgine capienda ſcripſerunt (quorum diligentiſſime ſcripſit Labeo Antiſtius) minorem, quam annos ſex, maiorem, quam annos decem natam negauerunt capi fas eſſe. Item quae non ſit patrima et matrima. Item quae lingua debili, ſenſuue auriumue deminuta, aliaue quauis corporis labe inſignita ſit. Item quae ipſa, aut cuius pater emancipiatus ſit, etiamſi uiuo patre in aui poteſtate ſit. Item cuius parentes alter, amboue ſeruierint, aut in negotiis ſordidis deſeruierint. Sed eam, cuius ſoror ad id ſacerdotium lecta ſit, excuſationem mereri aiunt. Item cuius pater Flamen, aut Augur, aut Quindecimuir ſacris faciundis, aut qui Septemuir Epulonum, aut Salius ſit. Sponſae quoque Pontificis et Tibicinis ſacrorum filiae uocatio a ſacerdotio iſto tribui ſolet.*

§. 18. Quanquam uero Veſtalis capta legitur; in ſignificatu tamen improprio id intelligendum eſt, ſiquidem Pontifex M· filiam ſibi oblatam et ad id ſacerdotium deputatam, manu prehendebat, ac quaſi bello captam abducebat, quod capere dixit antiquitas. Initio ius uocandi ſacerdotes una cum Pontificatu M. penes reges erat. Creſcente uero indies imperio, rex

rex multitudine laborum deterritus, alium quempiam constituebat, cuius uoluntate iuxta Papiam legem e populo uirginibus XX· lectis, sortitioneque in concione facta, uirgunculae sacerdotium sanctae conferebatur, nomine ipsi Amata imposito, quod, primam hoc habuisse nomen, legimus. Sic enim in Commentariis LABEONIS instruimur, quae ad XII· tabulas composuit: *Virgo Amata inter capiendum a Pontifice M. appellatur. Quoniam, quae prima capta est, hoc fuisse nomine, traditum est,* id quod probat formula inter capiendum ulitata, quae apud Fabium auctorem inuenitur: SACERDOTEM· VESTALEM· QVAE· SACRA· FACIAT· QVAE· IOVIS· CIET· SACERDOTEM· VESTALEM· FACERE· PRO· POPVLO· ROMANO· QVIRITIBVSQVE· VTIQVE· OPTVMA· LEGE· FIAT· ITA· TE· AMATA· CAPIO· Interdum, uti Rosinus testatur, contigit, ut filiam quis honesto loco natus ultro offerret, quae ad legem Papiam examinata, in Vestalium numerum iisdem recipiebatur cerimoniis. Ab initio, ut DIONYSIVS auctor est, quatuor numero fuere, postea tamen ob sacrorum multitudinem ad senarium numerum accreuerunt, uidelicet cura et sollicitudine Tarquinii Prisci V· Romanorum Regis, quem multa in Romanos beneficia contuliſſe, docent auctores classici. Tempus, per quod Sacerdotio praeerant, triginta est annorum, ut uetus Scholiastes apud PLINIVM *l. 4. Epist. XI·* ex eoque LIPS· *Synt. de Vestalibus et* ROSINVS *Antiqq. Rom. l. 3. c. 19.* literarum monumentis consignarunt. *Has*, inquit ROSINVS, *necesse est per triginta annos manere puras a nuptiis sacrario seruientes, et legitimis cerimoniis, ac primo decennio rationem sacrorum eas oportebat discere, sequenti exercere, postremo docere alios. Post exactum uero annum trigesimum, nihil uetabat eas, positis coronis, reliquisque insigniis sacerdotii, cui uellent, nubere.*

§. 19. Sacerdotium istud multis cerimoniis atque oneribus implicatum erat. Praecipue, tabulis cautum fuisse, legimus, ut lucernam perpetuam, seu aeternum ignem, una cum palladio imagine Palladis ab Aenea in Latium delata, Vestaeque in templo, ceu imperii pignore, religiose seruata, custodirent. Vid.

CAMER. *Cent. 1. Hor. Subc. c. 40.* ALEX. NEAPOLIT. *l. 28. G. D. c. 6.* FREINSH. RVPERT. et IVNCKER. ad Florum. LVDOV. VIVES et COQVEI. ad Auguſt. de Ciu. Dei l. 1. c. 1. NAT. COMES Mythol. l. 4. c. 5. HEROD. in Commodo l. 1. cap. 14. Ignis mentionem facit VIRGIL. l. 2. Aeneid.

– – Manibus uittas, Veſtamque potentem,
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

LIVIVS Dec. 1. l. 5. *Quid de Aeternis Veſtae ignibus, ſignoque, quod imperii pignus, cuſtodia eius templi tenetur?* Dec. 3. l. 6. *Veſtae aedem petitam et aeternos ignes.* VALER. MAXIM. l. 5. c. 4. tit. 6. *Ignoſcite uetuſtiſſimi foci, ueniamque Aeterni date igues, ſi a neſtro ſacratiſſimo templo ad neceſſarium, magisque ſpecioſum urbis locum contextus operis noſtri progreſſus fuerit.* Poſtea l. 4. c. 4. *Namque per Romuli caſam, perque ueteris Capitolii humilia tecta, et aeternos Veſtae focos, fictilibus etiamnum uaſis contentos iuro, nullas diuitias talium uirorum paupertati poſſe praeferri.* Plurimos allegare auctores claſſicos in praeſentiarum ſupersedemus.

§. 20. Quemadmodum uero ratione fidei cultu Veſtae exhibito, et ratione morum caſtitate ac uitae ſanctimonia; ita ratione etiam habitus ueſtibus ſe albis diſtinguebant. Ornatus erat ſuffibulum, ſeu ueſtimentum album praetextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite ſacrificaturae habebant, idque fibula comprehendebatur, teſtante Feſto Pompeio, aliisque compluribus, praeſertim ALEX. AB ALEX. *Neapol. l. 5. c. 12. Veſtae ſi quando Veſtales uirgines ſacra libarent, uel rem diuinam facerent eo cultu, ornatuque, ut erant, et uittatae peragebant. Album tamen praeterea ueſtimentum, quod ſuffibulum uocabatur, oblongum et praetextum et quadrangulum in capite ſumebant, fibulaque ſubnectebant: Tum caſta mola et ſale tuſo, ac in ollam fictilem miſſo, mox in aquam iniecto, ſacra faciebant: calcibusque fictilibus, quas cululos dicebant, Veſtae et Diis libabant.* Vittis igitur comparebant capitis ornamento, ut aliae ſacerdotes, inde LVCAN. *l. 1. Pharſal. u. 596.*

Veſtalemque chorum ducit uittata ſacerdos,
Troianam ſoli cui fas uidiſſe Mineruam.

OVID.

OVID· *l. 3. Faſt.*

Decidit ante ſacros lanea uitta focos.

Idem *l. 6. Faſt.*

Nullaque dicetur uittas temeraſſe ſacerdos.

VALER· FLACCVS *Argonaut. l. 8.*

Vltima uirgineis tum flens dedit oſcula uittis.

Vid. TACIT· l. 1. Annal. VIRGIL· l. 3. Aeneid. et ROSINVM l. c. Veſtales, igne per incuriam extincto, poenam dare oportebat, cum id formidoloſiſſimum haberetur, quaſi pernicies ciuitati immineret, quapropter, ut Diis ſe placarent, ſedulo ſacrificia inſtituebantur. In ſpecie uero illa, quae parum diligens ignis flammam cuſtodierat, flagris caedebatur, cuius rei fidem facit FESTVS POMPEIVS l. 9. *Ignis Veſtae ſi quando interdiſtinctus fuiſſet, uirgines uerberibus afficiebantur a Pontifice, quibus mos erat, tabulam faelicis materiae tamdiu terebrare,* (legunt alii, ut monet optime Roſinus, non tabulam, ſed clabulam, non terebrare, ſed uerberare,) *quousque exceptum ignem cribro aeneo uirgo in aedem ferret.* VALER· MAXIM· l. 1. c. 1. tit. 7. *Adiiciendum his, quod P. Licinio Pontifici uirgo Veſtalis, quia quadam nocte parum diligens aeterni ignis cuſtos fuiſſet, digna uiſa eſt, quae flagro admoueretur,* (legunt itidem alii admoueretur, ſed dixit VIRGIL· Aeneid. *telo biiugos admonere*, et alibi legitur *fuſtium admonitio, flagellorum caſtigatio et uinculorum uerberatio.* Addatur SENECA 1. de Benef. *uerberibus admonere*, et TACIT· *5. Annal. 9. puerili uerbere moueri*, Liu. 22. 47. *Hoc nefas, quum inter tot, ut fit, clades in prodigium uerſum eſſet, decemuiri libros adire iuſſi ſunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum miſſus eſt ſuſcitatum, quibus precibus, ſuppliciisque Deos poſſent placare, - - interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta, inter quae Gallus et Galla, Graecus et Graeca in foro Boario ſub terra uiui demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum,* Liu. 28. 11. *Plus omnibus, aut nunciatis peregre, aut uiſis domi prodigiis, terruit animos hominum ignis in aede Veſtae extinctus: ob quam cauſſam caeſa flagro eſt Veſtalis, cuius cuſtodia noctis eius fuerat,*

fuerat, iussu P. Licinii Pontificis, Dionysius : *Poenae quoque si qua delinquunt, graues sunt propositae, quas Pontifices ab illis exigunt flagris caedentes deprehensas in leuiori crimine, stupratas uero miserabili, longeque foedissimo tradentes supplicio, etc.*

§. 21. Stupratores uirgis caedebantur, LIV· 22, 57. *Contilius, qui cum Floronia stuprum fecerat a P. M. eo usque uirgis in comitio caesus erat, ut inter uerbera exspiraret.* Domitianus stupratores uirginum in comitio ad necem caedi, excepto praetorio uiro, cui (Licinio) exilium indulsit, iubebat. PLIN· *l. 4. Epist. 11. Idem Celer,* inquit, *eques Romanus, cui Cornelia obiiciebatur, cum in comitio uirgis caederetur, in hac uoce perstiterat, quid feci? nihil feci?* Rosinus l. c. *Adulter uerberibus necabatur ex lege, quam in libertatis atrio fixam M· Cato loquitur apud Festum Pompeium l. 14. in uoce probrum uirginis Vestalis.* Vestales si quando uirginitatem polluerant, incestas dicebant. PLINIVS l. c. *Nec minore scelere, quam quod ulcisci uidebatur, absentem inauditamque damnauit incesti, et Cornelia nunc ad Vestam nunc ceteros Deos manus tendens, multa, sed hoc frequentissime, clamitabat :* ME CAESAR INCESTAM PVTAT; QVA SACRA FACIENTE, VICIT, TRIVMPHAVITQVE. Incesta uero, cui cestus baltheus non soluebatur, exinde phrasis Zonam soluere. Erat cingulum Herculeano nodo uinctum, quod uir soluebat ominis gratia, ut sic ille felix esset in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX· liberos reliquisse fertur. Sic enim Pompeius : Cinxiae Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio coniugii solutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. MARTIAL· *l. 6. Epigr. 13.*

Vt Martis reuocetur amor, summique tonantis,
A te Iuno petat Cestos et ipsa Venus.

Idem *L· 14. Epigr. 205.*

Sume cytheriaco medicatum nectare cestum,
Vsus amatorem baltheus iste Iouem.

Lactant.

Lactant. Statii Scholiaſtes ad 2. Theb. *Ceſton dicitur cingulum Veneris, quo utimur ad honeſtas nuptias: Et quando uirgo Cadmo nupſerat Hermione, ideo hoc iunxit. Nam ad turpes nuptias Venus dicitur non uenire. Ideo inceſtum dicitur, quod ſacrato illo Veneris cingulo non fuerit uinctum. Hebraeis quoque cingula in uſu erant, quae ſibi ſponſus et ſponſa innicem mittebant.* BVXT. *Syn. Iud. c. 28. p. 405.* Maxime Graecis, unde HOMER. Iliad. ζ. p. 499.

Ζώσατο δὲ ζώνην ἑκατὸν θυσάνοις

Cinxit autem cingulum centum fimbris concinnatum.

Et p. 500.

Ἡ, ῥ' ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο ποικὶν ἱμάντα,
Ποικίλον, ἔνθα δὲ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο.
Ἐνθ' ἐνὶ μὲν Φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς,
Πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.
Τὸν ῥά οἱ ἔμβαλε χερσὶν, ἔπος τ' ἐφατ', ἐν τ' ὀνόμαζε,
Τῆ νῦν τοῦτον ἱμάντα, τεῷ δ' ἐγκάτθεο κόλπῳ
Ποικίλον, ᾧ ἐνὶ πάντα τετεύχεται.

Dixit, et a pectoribus ſoluit acu pictum cingulum,
Varium, in eo autem ei illecebrae omnes factae ſunt:
Ibi ineſt quidem amor, ineſt autem deſiderium, ineſt colloquium,
Blandiloquentia, quae decipit mentem ualde etiam prudentium.
Hoc ei impoſuit manibus, uerbumque dixit, et compellauit:
Accipe nunc hoc cingulum, tuoque impone ſinui,
Contextum uarie, in quo omnia facta ſunt.

OVID. Epiſt. 2. Phyllis Demophontis:

Cui mea uirginitas anibus libata ſiniſtris,
Caſtaque fallaci Zona recincta manu.

Q. CATVLL. de Atalantae et Hippomanes matrimonio:

Tam gratum mihi, quam ferunt puellae
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod Zonam soluit diu ligatam.

Antiquitatem ritus probant e MVSAEO de Hero et Leandro.

Ὡς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν, ὁ δ' ἀυτίκα λύσατο μίτρην,
καὶ θεσμῶν ἐπέβησαν ἀρίζηλοι κυθερείης;
Sic illa haec dixit, ille uero statim soluit Zonam,
Et leges iniuerunt benenolae Veneris.

De his omnibus conf. AVGVST. l. 4. de C. D. et l. 6. ROSIN. *Antiq. Rom.* qui plura refert. Vestalis igitur defloratae, cui cestus baltheus non soluebatur, incesti postulabatur.

§. 22. Tales defloratae uirgines ad portam Collinam in campo scelerato, uti FESTVS POMPEIVS l. 17. tradit, uiuae defossae sunt. Multa circa Romam dabantur loca scelerata. Sic aestiua castra, quibus DRVSIVS obiit, dicuntur scelerata propter calamitatem et infortunium ex obitu DRVSII. SVETON. in Vita eius p. m. 345. Sic olim porta scelerata Romae, qua egressi Fabii ad amnem Cremeram ad unum omnes caesi sunt a Veientibus. Fuit et uicus sceleratus ibi ob impietatem Tulliae. Ita campus etiam prope portam Collinam sceleratus uocabatur, quod illic uirgines uiuae sepeliebantur. Dionysius, LIPSIVS, CATANAEVS, GRVTERVS uirgis initio caesam, postea, cum ABSOLVTA proclamaretur, (de Ampliatorum et Absolutorum terminis uidesis ICTOS,) ex instituto Tarquinii Superbi uiuam in humum depositam; arbitrantur. LIVIVS VIII. 15. ad A. V. C. 418. *Eo anno*, inquit, *Minutia Vestalis suspecta primo propter mundiorem iusto cultum, insimulata deinde apud Pontifices ab indice seruo, quum decreto eorum iussa esset, sacris abstinere, familiamque in potestate habere, facto iudicio, uiua sub terram ad portam Collinam dextera uia stratam defossa scelerato campo.* L. 14. A. V. C. 475. *Sextilia uirgo Vestalis, damna-*

damnata inceſti, uiua defoſſa eſt. L. XXII. 47. *Duae Veſtales eo anno Opinia et Feronia ſtupri compertae: Et altera ſub terram, ut mos eſt, ad portam Collinam necata fuerat; Altera ſibimetipſa mortem conſciuerat.* PLINIVS L. IV. Epiſt. II. *Nam cum Corneliam, Veſtalium maximam, deſodere uiuam concupiſſet etc. it. Quin etiam quum in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur.* Poena haec uirginum Veſtalium a Plutarcho in uita Numae Pompilii plenius explicatur, cum de iis uerba faciens in hunc modum ſcribit: *Si quid deliquerit Veſtalis, uerbera ei a ſummo Pontifice inflguntur, aliquando etiam nuda, linteo praetenſo, in obſcuro et umbroſo loco. At quae uirginitatem polluit, uiua defoditur iuxta portam Collinam. Eſt ibi intra urbem tumulus quidam terreus, in longum porrectus, Aggerem Latini uocant, in eo domus ſubterranea non magna, in quam ex ſuperiori parte deſcenſus fit, paratur: In eaque lectus conſtratus, lucerna ardens, paucaque eorum, quae ad uitam fouendam neceſſaria ſunt, primitiae reponuntur, ut panis, aqua, lac in uaſculo, et oleum, tanquam nefas putent fore, ſi corpus ſummis conſecratum ſacrimoniis fame pereat. Tum illam, quae ſupplicio eſt afficienda, lecticae impoſitam extra opertae, lorisque reuinctam, ita, ut ne uox quidem exaudiri poſſit, per forum uehunt: ei omnes uia decedunt taciti, et ingenti cum moeſtitia ſilentes transmittunt, neque eſt horribilius ullum ſpectaculum, aut dies, quam urbs agat triſtiorem. Vbi ad locum, quem dixi, lectica peruenit uincula lictores ſoluunt: At princeps ſacrorum ſecreto quaedam comprecatus, manibus ad Deos ſublatis, antequam neceſſitati ſupplicii ſatisfaciat, obuelatam educit, et in ſcalis deorſum in domum deferentibus, conſtituit, ita ipſe cum reliquis Sacerdotibus reuertitur. Poſtquam damnata deſcendit, ſurſum gradus attrahunt, multaque ſuperne terra ingeſta, domus occulitur, complanaturque.* Concinne DIONYSIVS: *Viuae enim,* inquit, *funebri pompa efferebantur, amicis ac cognatis lachrymis lecticam proſequentibus, delataeque ad Collinam portam extra muros, in ſubterranea cella uiuae ſepeliebantur, nec monumento dignitatis, nec parentatione, aliisue ſolemnibus defunctorum honoribus.* Hactenus PLVTARCHVS et DIONYSIVS Halic.

§. 23. Veſtalis contecta in cubiculum demittebatur, ritu priſcis uſitatiſſimo. *Cornelia Veſtalis,* teſte PLINIO,

Maxima, cum ei carnifex manum daret, auerſata eſt, et reſiluit: foedumque contactum, quaſi plane a caſto, puroque corpore nouiſſima ſanctitate reiecit, omnibusque numeris pudoris πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν ἐυχήμως πεσεῖν, quae uerba ſunt Taltybii ex Euripidis Hecuba *Act. III. u. 86.* narrantis Polyxenae necem; Ἥδε γ' θνήσκουσα ὅμως πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν ἐυχήμως πεσεῖν, κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' αἰσχίονων χρεών, id eſt, haec autem et moriens, multam tamen cautionem habebat, honeſte cadere, celare autem, quae celare oculos marium opus eſt, quod uertit OVID. *Metam. 13.* de immolatione Polyxenae ſcribens:

Tunc quoque cura fuit partes uelare tegendas,
Cum caderet: caſtique decus ſeruare pudoris.

Nec alii de conſuetudine hac reticuerunt, quos inter eſt MICH. NEAND. Sorau. Op. Aur. in Tryphiod. p. 216. *Pentheſilea, ut auctor eſt Calaber lib. 2. etiam moriens ſe honeſte geſſit, ne ex equo defluens nudaret quicquam, quod natura tectum uoluit.* De Lucretia OVID. l. 2. Faſt. de Olympiade Alexandri matre IVSTIN. 14, 6. 12. de Pompeio LVCANVS, de Iulio Caeſare SVETON. 82. idem teſtantur. De Veſtal. poenis uid. CANTER. l. 7. Var. Lect. c. 6. PLVTARCH. Par. 96. Problem. Alex. ab Alex. l. 5. c. 12. COELIVS RHODIGINVS l. 17. c. 19. Lipſius de Veſta et Veſtalibus c. 7.

§. 24. Magna auctoritate granibusque honoribus gaudebant. Veſtimenta penes eas deponebantur: Viuo patre, teſtamentum condere, ac cetera gerere ſine curatore poterant: a Veſtalibus principes et proceres ueniam accipiebant: Faſces Veſtalibus in publico comparentibus praeferebantur: Si caſu obuiam ueniret cuidam ad lethum acto, necari non licebat, uerum deierare uirginem oportebat, ſe non ultro, ſed forte, non autem dedita opera et de induſtria obuiam factam: Qui autem occurreret, cum ipſo feretro ueheretur, moriebatur: In primis teſtamentorum habebant cuſtodiam, ut uiſere eſt in Vita Caeſaris apud SVETONIVM: *Poſtulante E. L. Piſone ſocero, teſtamentum eius aperitur, recitaturque in Antonii domo, quod Idibus ſeptembribus proximis in Louicano ſuo fecerat, demandaueratque*

ratque uirgini Veſtali Maximae. Et in Vita Auguſti 100. *Teſtamentum L. Planco, C. Silio COSS. III. Nonas Aprilis ante annum et quatuor menſes, quam decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus partim ipſius, partim libertorum Polybii et Hilarionis manu ſcriptum, depoſitumque apud ſe uirgines Veſtales cum tribus ſignatis aeque uoluminibus protulerunt.* Idem conſtat de Domitiani Teſtam. in Vita eius et de M. Antonii apud PLVTARCHVM.

§. 25. Quae cum ita ſint, plurimi Eccleſiae patres ab Ethnicis oriundi et eorum ſacra docti Virgines Deo deuotas, quas ſacras κατ' ἐξοχὴν nominabant, Romanorum mores aemulati, Chriſtianam in Eccleſiam intulerunt, initio quidem Graecam, ubi Moniales primum creatae ſunt. Hae autem Epiſcopo ad conſecrandum ad altare ueluti ſponſae, uti D. HILDEBRANDVS loquitur, ſiſtebantur ea ueſte, quali per totam uitam uſurae erant. Adductae a paranymphis ſolenni conuentu cum candelis accenſis uelum ab Epiſcopo his uerbis accipiebant: ASPICE. FILIA. ET. OBLIVISCERE. POPVLVM. TVVM. ET. DOMVM. PATRIS. TVI. VT. REX. DECOREM. TVVM. CONCVPISCAT. acclamantibus, qui intererant, Amen. Impoſito uelamine honeſtae matronae accurrebant, et certatim uelatae oſcula dabant. Oportebat eas ſaepius ieiunare, panem ſumere, et olera oleo intincta, uinum tanquam uenenum fugiebant, de laboribus manuum ſuarum uiuentes. Vid. S. AVGVST. l. 1. de Mor. Eccleſ. Cathol. S. Hier. Epiſt. 22. c. 16. de Virgin. Cuſtod. S. Baſil. l. I. de Virginitate.

§. 26. In Eccleſia quoque Latina uirgines Deo ſacrabantur, ubi ſi qua in Monialium ordinem recipi uellet, integro anno a ceteris probari ſolebat, poſtea uelabatur ex Decreto Concilii Aurel. V. A. Chriſti 522. Harum prima Scholaſtica fuiſſe fertur, ſoror S. Benedicti, quae ſub finem Seculi V. Moniales ad regulas fratris ſancte uiuere docuit. Plurimum temporis precibus deputabant, Pſalmos recitando et horas canonicas agendo. Stuprum paſſa flagellationis perpetuique carceris poenam dabat. In Eccleſia primum Graeca uel

in aedibus parentum et neceſſitudinis uinculo adſtrictorum, uel in conclaui, una cum aliquot uirginibus Deo deuotis degebant, donec ſub Conſtantini M. tempora coenobia extruerentur. Vid. AMBROS. l. ad Virg. Lapſ. et L. 1. de Virgin. ad Marcellinam Sororem, HILDEBRANDVS, alii. Inter Veſtales et Pontificiorum Moniales fere nullum intercedere diſcrimen, aequis nunc cenſoribus conſtabit. Principium Veſtalium Religionis innitebatur fabula, de congreſſibus nocturnis Ægeriae, uel igne ſacro male in idololatriam uerſo: Vita Pontificiorum monaſtica pariter commentum eſt atque fabula, ſcripturae locis ſiniſtre explicatis innitens. Veſtalibus, ubi annos diſcretionis boni et mali non attigiſſent, ſacerdotium credebatur. Pontificiorum Moniales pleraeque nondum maturae uiro in clauſtra remittuntur. Veſtalibus ſtupri compertis grauiſſimae poenae conſtituebantur, quales Moniales, apud Pontificios olim quoque ſtupratae ſumebant. Romani Veſtales tondebant, earumque crines, teſte ROSINO l. 4. c. 7. lit. G. ad Loton, uetuſtam Romae arborem, capillatam ideo antiquitus dictam, ſuſpendebant, qui mos iterum, ſi recte memini, Pontificiis in uſu eſt. Certe in Syria fuit olim conſuetudo tondendi uirgines Deo ſacratiſſimas, ut teſtatur HIER. ad Sabin. licet Apoſtolus probro illam uertat, eamque rem Synodus Gangrenſis Can. 17. prohibuerit. Veſtales uirginitate uenerabiles erant; Moniales itidem perpetua. Veſtalibus ignis aeternus et facula lucebat; in Monaſteriis olim aeternae faculae flamma cuſtodiebatur, quae lux aeterna dicebatur, ut alia capitis limites circumſcribens ſileam.

CAPVT III

§. 1.

Ad u. 4. Iohannes notanter dicitur ἐρημάζων. Non laboro, inquit SCHVRZFLEISCHIVS in Diſſ. pecul. de inſtitutis ueterum diuinae ueritatis expertium, qui ſolitariam uitae rationem commendarunt, nec tamen mihi temperare poſſum, quin affirmem, eam multis et ſolerti-

ſertibus ingeniis placuiſſe, et ſapientum ſtudiis comprobatam, ac ſubinde expetitam eſſe; adeo ut non paucos recordari poſſim, qui a turba et ſtrepitu ad otium ſolitudinemque ſe conferrent. Auctor eſt JAMBLICHIVS, PYTHAGORAM Samium ſacris deditum, locum ſibi deſignaſſe, in quo ſolus eſſet, et ſeorſim uerſaretur. *Ἔνθα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ πυθαγόρας κατὰ τὸ ἱερόν. Cap. III. de uita* PYTHAGORAE. Scripſit ἐμόναζε, ſolus erat, ſolus plerumque in templo agebat. Minus Latine IOANNES ARCERIVS, *ut plurimum*, interpretatur. Non pauci ad loca ab hominibus deſerta ſe receperunt, et perſaepe a congreſſu conſuetudineque hominum abhorruerunt, ut quanto remotiores a conuictu degerent, tanto contentius animo uacarent. Quo uitae genere uſus eſt DEMOCRITVS, Pythagoraeorum admirator, de quo tradidit DIOGENES LAERTIVS, eum ſaepe in loco ab hominibus deſerto habitaſſe: *ἐρημάζων ἐνιότε, ſaepe in ſolitudine degens, in deſerto habitans.* Plus ſane ineſt in uerbo ἐρημάζειν, quam μονάζειν, nec probatur mihi uulgaris interpretatio, *ſaepe ſolitarius uiuens.* Nihil nunc addam de NVMA POMPILIO, qui poſt deceſſum coniugis, relicta urbe, in lucos abiit, atque in ſolitudine ſacris operatus eſt, ut mentem animumque ad DEI cultum magis reuocaret. Teſtis eſt huius Numae moris PLVTARCHVS, qui uerbis euidentibus confirmat, quae in literas relata extant. *ὁ δὲ Νομᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ, καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἤθελεν, ἐν ἄλσεσι θεῶν, καὶ λειμῶσιν ἱεροῖς, καὶ τόποις ἐρήμοις ποιούμενος τὴν δίαιταν. In Numa.* Indicat CHAERONENSIS ſcriptor, Numam et ſolum fuiſſe, et in ſolitudine egiſſe: priori commate μονάζοντα, altero ἐρημάζοντα deſignat. Etenim πλανᾶσθαι μόνον, eſt τῷ ζῶντι βίου μονώτην, ut loquitur ARISTOTELES *Eth. Nicomach. lib. I. cap. 7.* Sic et idem μονώτην uocat hominem ſolitarium, *lib. eodem cap. 8.* PLVTARCHVS autem iſta diſtinctione remouet quidem conſuetudinem hominum, ſed non continuo τόπον ἔρημον notat Multum ſane inter utrumque intereſt, nec eandem ſignificationem habet μόνον εἶναι, quam recipit ἔρημον εἶναι. Recte ARRIANVS apud EPICTETVM· *ὁ γὰρ ὁ μόνος ὤν, εὐθὺς καὶ ἔρημος. Conf. lib. III. cap. 13. et lib. I. cap. 12.* Tum uero Numa *ἐν τόποις ἐρήμοις ἐποίησε τὴν δίαι-*

δίαιταν, quibus uerbis affirmat ſolitudinem, et negat ſodalitatem ; Hanc enim expreſſiſſet uerbis, ἐποίησε συνδίαιτον ἑταιρίδα, ut loquitur ANTONINVS *Liberalis metamorph. XXX.* Hic cuiuis integrum eſt exiſtimare, uocabulum ἐρήμου eſſe interdum κοινόν. Multis ante PLVTARCHVM ſeculis ISOCRATES *in Æginetico* ἔρημον οἶκον dixit, *orbam domum*, et ideo, quod ſine liberis eſt, ſolitudine ſua ruentem.

§. 2. Quod inſtitutum eo ſpectabat, ut uitam procul ſeculi negotiis agerent, et in ſtudiis atque exercitationibus animi omne tempus collocarent. Hoc uitae genus non ab ſe alienum duxit Samius, quaſi id eſſet ἄνευ μαλακίας φιλοσοφεῖν, ut loquitur ſcriptor ἀττικώτατος. Nam is ſingularem et ſolitariam uitam elegit, κατὰ γῆς οἰκίσκον ποιήσας, de quo uid. HERMIPPVS apud LAERTIVM in *Pythagora lib. VIII.* Nec enim modo animos, ſed etiam aures clauſas integri atque incorrupti homines habuerunt, fugientes uanarum futiliumque rerum, quae mentes inquinare poſſent. Illud praeterire non debeo, quod uerbis, *occludendi, ſeu obturandi aures*, ſilentium apud ueteres injungatur. Quomodo in Orphicis legiſſe memini, θύρας ἐπιθεῖτε, qua ſignificanti, nec inſcita tralatione, aures indicantur. Cujus ſequendae exemplum habuerunt ſcriptores idonei et graues, profani iuxta et ſacri, atque inter iſtos elegans caſtigatusque ſcriptor in libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Id uero aliter ARISTIDES extulit, πύλας ἐπιθέσθαι, et quod ORPHEVS, uel quisque antiquus auctor eſt, aſtricta numeris oratione, rhetor ille proſa appellauit, neque Orphici carminis lectionem interpolauit, *in or. Platonica ſecunda pro Quatuor uiris.* Ex his perſpiciamus, ueteres, quotquot ſapientiae ſe tradiderunt, credidiſſe hanc uitam emendatis uitae doctrinaeque rationibus maxime utilem, in qua nullum ambitionis ac leuitatis ueſtigium cerneretur. Quare μονήρης βίος erat φιλόσοφος βίος, cuius expreſſam imaginem reliquit Pythagoras, quando domo ſubtus terram facta contentus, ab hominum conſpectu et conſuetudine refugiebat, neminemque adeo in ſocietatem atque contubernium recipiebat. Ab hoc uitae genere non abhorruerunt plerique ſancti et, ex ſententia uulgi, perreligioſi homines,

homines, quibus in eo positum erat consilium, ut liberati molestiis et perturbationibus uacui, res diuinas meditarentur. Sed non defuerunt, qui dignitate sua alienum ducerent, illi maxime, qui uirtutes in actione sitas spectabant, et amore tractandae reipublicae capiebantur. Hinc reprehensos legas τὰς ἐν γωνίᾳ καθημένας, ut in prouerbii consuetudinem abierit formula, γωνίας ἄξιος ἄνθρωπος, quasi homo inutilis et ineptus. Quorum excusationi proficere posset sententia ARISTOTELIS, perpulchre affirmantis, δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία ἐν τῇ σχολῇ εἶναι. Cuiusmodi homines alibi dicuntur ἄσχολοι εἶναι, siue ἀσχολεῖσθαι. Sed eius sensus alio pertinet, nec ἄσχολοι sunt ἀπράγμονες, ut uirtutibus in agendo positis nuncium remittant. Vid. ARISTOTELES *Ethicor. lib. X. cap. 7.* A quibus multum discrepant οἱ ἐν γωνίᾳ ψιθυρίζοντες, in quos inuehuntur ARISTIDES in *Panathenaico*, THEMISTIVS in *Orat. III.* ARRIANVS apud EPICTETVM *Lib. III. cap. 13.* De aliis taceo libens.

§. 3. Verum sancti homines spe melioris uitae se consolati, ad res diuinas ita se compararunt, et pietatis studio ducti, ab hominum societate se disiunxerunt. CHRYSOSTOMVS reprehensionis securus toto biennio in speluncam secessit, et in meditatione tempus illud transegit. In hanc sententiam epitomastes uitae CHRYSOSTOMI tradit: καὶ ἀναχωρήτας ἐν ἑνὶ σπηλαίῳ μόνος ἔμεινεν ἔτη δύο. BASILIVS M. et GREGORIVS hoc tale institutum meliori fortunae, et ampliori, ad quem aspirare poterant, honori praetulerunt. τὸν μοναχὸν βίον προεκρίναν. SOCRATES *Hist. Eccles. lib. IV. cap. 26.* Diu ante hunc CLEMENS ALEXANDRINVS scripsit, καὶ τῷ ὄντε ἀνὴρ ἂν ἐν τῷ μοναχῷ ἐπαναλίσθαι δείκνυται βίον. *Stromatum libro VII.* Exponunt uulgo, uitam *monasticam*, sed imo notione propria, et generatim significante, *uitam solitariam*, exponere debuissent. Longe aberrant ueteres ab honoris studio, et sola pietate, omnem laudem assequi se, putabant, atque hi ut sancto et singulari uitae genere se distinguebant ab aliis, sic uocabulo etiam peculiari *ascetae* dicebantur. Apud Graecos autem ἀσκηταὶ, pugiles et palaestritae audiunt, auctori-

bus PLATONE *de Republica III.* *Isocrate in paraeneſi*, quae ei uulgo tribuitur, et certe perantiqui eſt ſcriptoris. PLVTARCHO eſt ἀνὴρ ἀσκητὴς, uir ad uirtutem ſe exercens, *in Lycurgo.* Conf. HESYCHIVS, *et Etymologus in h. u.* Sed quia hoc genus exercendi acre et uehemens erat, transferri coepit ad contentionem induſtriae cuiusdam inſignioris indicandam, maxime eam, quae in rebus diuinioribus collocatur. Omnes ergo, quotquot animis ab omni moleſtia ſolutis, ſiue in ſapientiae, ſiue in religionis ſtudia unice incumbebant, hi in ſuo quisque genere et ordine appellati ſunt *aſcetici*, inprimis autem, qui maiore animorum impetu ad auſterius uitae Chriſtianae inſtitutum rapiebantur. In hanc ſententiam CLEMENS ALEXANDRINVS nominat κυριακὴν ἄσκησιν, id eſt, τὴν τῆ κυρίᾳ διδασκαλίαν, ſiue religionis diſciplinam, a CHRISTO traditam, *Stromatum IV.* Quam qui ſequuntur et probant, perpetuaque attentionis lege ſeruant, ii propius a perfectione abeſſe, et accurate literis ſacris eruditi uidentur. SOCRATES de Siluano: Ἀκριβῶς δὲ χριστιανίζειν ἐσπουδακὼς, καὶ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀσκῶν., *hiſt. eccl. lib. VII. cap. 37.* Ἀσκητικὸς βίος eſt quaſi ἀθλητικὸς, ac deſignat τῷ ἀκριβεῖ βίῳ ἑαυτὸν ἐκδύναι. Hi ἀσκοῦντες ἑαυτοὺς πρὸς θεοσέβειαν, non modo caſtas atque in DEO defixas mentes, ſed etiam manus oculosque abſtinentes habuerunt, quam CHRYSOSTOMI ἄσκησιν laudatam eſſe accepimus, etſi non defuerunt, qui eam reprehenderent, οἱ τῆ Ἰωάννου ἄσκησιν μεμφόμενοι, ut ſcribit PALLADIVS in uita CHRYSOSTOMI. Nempe mali, et uitiorum laqueis implicati homines, cum libidinem continere non poſſent, tum abſtinentiam in uitio poſuerunt, obliti ſententiae, quae extat *in paraphraſi enchiridii Epicteti*, ἐγκράτειαν τῶν σωματικῶν εἰς δύναμιν ἀσκητέον. De hac uirtute apte eleganterque agit, et docet ARISTOTELES *Ethic. lib. VII. cap. 1. 2. ſeqq.* Non recte quidam in BASILIO ἐγκράτειαν Latine reddit *ieiunium*, quod Graecis νηστεία nominatur. Sed uero et BASILIVS M. praecepta tradit, et eandem uirtutem laude afficit, ac τὸ σῶμα συντρίβοντας caſtigat, quippe qui crapula ſe obruant, atque hac intemperantia corpus conficiant ac perdant Neque eo ſecius uituperat ἐριθείαν, et ſimul uirtutes uitae felicis effectrices multum ſerioque commendat. *Vid. Baſilii*

filii Aſcetica operum tom. II. Tantum noto mendum, quod paſſim exhibent libri editi, in quibus hoc uocabulum προπαροξύτονον occurrit. Omnes enim, et ipſi etiam tyrones norunt, nomina, quae eo modo deſinunt, atque a uerbis in ευω deducuntur, *paroxytona* fieri oportere, ut *Techniti* loquuntur. Sic plerique, nec ſine errore θεοσεβείαν efferunt, cuius tamen par ratio eſt, atque nominum ἀληθεια, εὐσέβεια, ἐγκράτεια, ſed haec cognita habẽnt γραμματικῶν παῖδες.

§. 4. Nec ſolum Graeci, et ſuperſtitione imbutae gentes, ſed etiam Hebraei ſuos *aſcetas* habuerunt. Quod, opinor, nemo in dubium uocare auſit, niſi, Eſſaeos extitiſſe, negauerit, de quibus tamen luculentiſſime teſtantur idonei ſcriptores. IOSEPHVS affirmat, eorum mores auſtero uitae genere, et cultu graui mollitiaeque experti deſcriptos, certisque notis etiam ab aliis ſectis diſtinctos, ad diſciplinam Pythagorae inſtituti ſimilitudine acceſſiſſe, *Antiq. Iud. lib. XIII. cap. 8. lib. XV. cap. 13. et de bello Iud. lib. II. cap. 7.* γένος δὲ τοῦτ' ἐστὶ διαίτῃ χρώμενον τῇ παρ' ἕλλησιν ὑπὸ πυθαγόρου καταδεδειγμένῃ. Reliqua adſcribere non uacat, nec operae pretium puto. Suffragatur PHILO IVDAEVS, et refert, Eſſaeos, quos uulgo *Eſſenos* nominant, ſumma animi religione DEVM colere, animosque componere ad ſanctimoniam, et habitare uicatim, ac fugere urbes, atque a connubio et uictimis caedendis abſtinere, *in opuſculo ab auctore inſcripto, quod liber ſit, quisquis uirtuti ſtudet.* PORPHYRIVS apprime conſentit. οἱ ἐσσαῖοι ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος: φιλάλληλοι δὲ ἢ τῶν ἄλλων πλέον. ἔτοι τὰς μὲν ἡδονὰς, ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, et quae ibi ſequuntur. Matrimonium non turpe ducebant, neque damnabant, ſed ipſi non inibant, rebusque omnibus tanquam communibus utebantur, περὶ ἀποχῆς, quam perperam et imperite de abſtinentia interpretantur *lib. IV. Conſ.* SVIDAS *in h. u.* Nullus tamen horum, quos protuli, ſcriptorum dixit uſpiam ἐρημάζοντας, ut non opus ſit, cur huius rei cauſa labor ſuſcipiatur. Equidem nullas urbes incoluiſſe, ex Philone recordor, ſed uicatim Eſſaeos habitaſſe conſtat, quia κωμηδὸν οἰκοῦντες deſcribuntur. Nam κώμη ſemper pagum, ſeu uicum denotat, et κωμητὴς opponitur τῷ πολίτῃ, ut paganus ciui,

seu municipi: κωμηδὸν idem sonat, quod uicatim, siue per pagos. Hic constans usus est scriptorum Graecorum, etsi non inficiari possum, uocabulum πόλεως interdum laxe etiam pro pago sumi, *apud* HERODOTVM *lib. VII.* imo et apud PTOLOMAEVM et STEPHANVM ἐθνικογράφον. In quo discrepant Essaei ab instituto PYTHAGORAE μοναζοντῶν, etsi hoc neque perpetuum, neque ab eius discipulis omnibus usu probatum fuit.

§. 5. Quare ut a diuerticulo in uiam redeam, Ioannes, a quo exorsus sum, uitae huius, quam ascetae ab seculo, atque rebus caducis seiunctam agunt, occasionem praebuit ac prolusit. Vixit enim, uersatusque est in loco, non ualde culto, nec frequenti, ab omnibus tamen hominibus non deserto: perinde ut Geographi in descriptionibus locorum eo uocabulo, non protinus significatione ἀοικήτου et ἀπανθρώπου utuntur. STRABO scriptor scitus et purus Arabiam ἐρήμην nominat, *Geogr. XVI.* quae tamen non prorsus fuit hominibus uacua, etsi passim montosa et sterilis appellatur. *V.* PLINIVS *lib. VI. cap. 28. H. N.* Nomina enim saepe ab origine sua recedunt, neque ea solum, sed inprimis usu aestimantur. Hoc modo LXX. dicunt, Ioabum θαφθέντα ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ *1. Reg. II. 34. et 2. Reg. III. 8. collat. Iosuae XV. 21.* ὁδὸν ἔρημον Ἐδώμ. Nec tamen Idumaea ita fuit inculta, ut non habitaretur, quod, praeter alios, scriptor belli sacri GVILIELMVS TYRIVS confirmat, *hist. lib. XX. cap. 19.* Non me praeterit, diligentem auctorem SVIDAM interpretari *eremum, terram ab incolis desertam.* Sed non ea mente, ut prorsus habitari neget. Nam primariam, non uniuersam huius uocis significationem spectat. Verba SVIDAE explicant SVIDAM. Ἔρημος κυρίως, ἡ μονωθεῖσα τῶν ἐνοικούντων γῆ. Minime assentior interpretibus, Hebraicae linguae subsidia ad hanc rem comparantibus, quos Graecae literaturae imperitia in hunc errorem induxit. Etenim Graeci ueteres et classici, χώρας ὀρεινὰς καὶ λυπρὰς, sane οἰκητὰς, et reuera οἰκισθείσας, haud raro ita extulerunt. Similis et maxime geminus est locus *Lucae I. 39.* ubi τὴν ὀρεινὴν dixit, quam Matthaeus τὴν ἔρημον nominauit. CASAVBONVS *in exercit. XIII. contra* BARONIVM. Non continuo locus, qui hominum inops, minus-

ue

ue cultus eſt, hominum et habitatorum plane expers haberi debet.

§. 6. Sed tractus ille, in quo Ioannes docuit et concionatus eſt, in regione montana cis Iordanem ſitus, nomine *Quarentanae* celebratur, et Iudaeae proprie dictae finibus continetur. V. CHRISTIANVS ADRICHOMIVS *in theatro terrae ſanctae.* Reperiuntur, qui locum iſtum, ubi Ioannes commoratus, munereque functus eſt, remotiorem fuiſſe, exiſtiment, et maiori, quam par eſt, ſpatio a Iordane diſiungant. CAROLVS MARIA VEIL *in Matth. III.* Non quidem eſt, cur negemus, Ioannem quoque in alias ueniſſe urbes, propterea quod diuerſis in locis partes ſuas peregit, hominesque ad ſe uentitantes excepit, ac DEI notitia imbutos, ſacro fonte tinxit. Hoc liquet auctoritate hiſtoriae diuinioris, *Joh. I. 28. Joh. III. 23.* Ibi Bethabara trans Iordanem, hic Aenon cis Iordanem, ſita memoratur, V. EVSEBIVS *in Onomaſtico urbium et locorum.* Vtraque autem ab *eremo*, in qua Ioannes doctrinam ſuam exorſus eſt, diſtabat. Enimuero ſatis notum exploratumque eſt, πέραν τῦ Ἰορδάνυ, quod apud Ioannem legitur, idem eſſe, quod ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κεῖσθαι. Non ſinit linguae huius ratio, nec uſus, ut pro conſuetudine Hebraeorum uox iſta πέραν de citeriori ripa ſumatur. Repugnat ſignificatio, quam res ipſa declarat, ſi reputo traiectum, qui apud *Bethabaram* fuit. Quare cum hic Ioannes ageret, et peccato inquinatos abluereret, non potuit effuſa multitudo, quin Iordanem tranſiret. Hoc argumento patres conſtanter ac recte Bethabaram legunt et retinent, ſigillatim ORIGENES, CHRYSOSTOMVS, EPIPHANIVS, EVTHYMIVS, atque horum ſuffragator THEOPHYLACTVS. In diuerſa, mirum, abit CASAVBONVS, *in notis ad Ioan. I. 28.* Tanto minus ſenſu et ſignificatione congruunt dictiones ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, et πέραν τῦ Ἰορδάνυ, quarum altera extat *Matth. III. 13.* ſpectatque ad Ioannem, cum citra flumen conſiſteret, altera *occurrit Ioan. I. 28. X. 40.* et locum ulteriorem, in quem deinde Ioannes egreſſus eſt, notat; altera motum ad Iordanem, altera tranſitum Iordanis deſignat. Quae monuiſſe ſatis habeo, nec uim nominis περιχώρυ exquiro, quae

per se patet, satisque explicata est, si de circumiacente ora, et ipsa adeo quoque trans Iordanem sita intelligatur. V. HVGO GROTIVS *in h. l.*

§. 7. De uictu et cultu Ioannis omnes libri commentationum pleni sunt, quibus excutiendis operam in praesenti non sumam, nec nisi summa quaedam capita, quae propositum exigit, attingam. CLEMENS ALEXANDRINVS, rarae et reconditae eruditionis *presbyter*, affirmat, Ioannem et simplici uitae et uestitus genere simplicem, ac a fraudibus fallaciisque alienam uitae componendae rationem significare uoluisse. Is uero aliquoties Ioannis meminit, et digno eum elogio ornauit. *Ἰωάννης δὲ ὑπερτείνας τὴν ἐγκράτειαν, ἀκρίδας καὶ μέλι ἤσθιεν ἄγριον. Paedagogi libro II.* Quibus uerbis non inficiatur, et remouet semina, baccas et olera, perinde ac si Ioannes tantum locustas, et mel agreste comedisset; sed comparatione cum Matthaeo instituta, pluris facit Ioannis abstinentiam, non uero prohibet, quin Ioannes uel aliquando saltem comederit olera, baccas, et radices. Postea CLEMENS eodem libro scribit, *καὶ μέλι ἤσθιεν καὶ ἀκρίδας, γλυκεῖαν καὶ πνευματικὴν τροφήν.* Inest ergo in melle uis nutriendi, et copia spirituum, sed per se non admodum nutrit, et magis attenuat, et uictui *ascetarum* apprime conducit. Audiamus senem COVM, qui mellis ingenium apte et accurate declarat, *τὸ μέλι, ξὺν μὲν ἑτέροις ἐσθιόμενον, καὶ τρέφει, καὶ εὐχροιαν παρέχει. Αὐτὸ δὲ ἐφ' ἑαυτῷ λεπτύνει μᾶλλον ἢ κομίζει. LXIV. de affectionibus.* Quare *πνευματικὴν τροφὴν* interpretari licet, *λεπτὴν δίαιταν*, quae sancto *ascetae* conueniebat. Id nemini puto non esse manifestum, si perfrugalis PYTHAGORAE uictus ante oculos ponatur, qui carne abstinebat, et melle contentus erat, ut mente liberiori uteretur. Ratio a CLEMENTE subiecta est, quod ita consuleret corpori, ut simul caueret animo, quippe quem affligeret, si crassiorem sumeret cibum, unde subuecta mole uaporum, qui cerebrum peterent, grauari se laedique sciret. Elegans appositumque uocabulum instituto adhibet, quo *turbulentum*, *limosum*, *faeculentum* aliquid denotatur. Hoc Graecis est *θολώδες*, quod cum euidenti sanitatis pernicie coniunctum est, quum caput, imo totum corpus, uelut superinie-

iniecto pondere, oneratur, βάρος ἐπιγίνεται, ut Medici appellant. Hoc modo, atque hoc uictus genere uitium contrahitur, ut ratio impedita, et tenebris obscurata atque oppressa uideatur. Quales cibos non admisit PYTHAGORAS, sed auersatus est, ut insigni abstinentia sectam suam nobilitaret. Hinc oritur rudis ista praegrauisque moles, qua prosternitur animus, ut neque officium faciat, nec regere seipsum possit: ἡ ἀναθυμίασις, θολωδέστερα ὄσα, ἐπισκοτεῖ τῇ ψυχῇ. Cum uero ista docet CLEMENS, tum innuit, animam sui non compotem, cuiusmodi est ἐπισκοτουμένη ψυχή, quippe in caligine tenebrisque iacens: quasi dicere uoluisset, γνώμην ἀνὰ σκότος κυλινδουμένην νωθρὰν γηρᾶσκειν, mentem in tenebras depressam deuolutamque non constare sibi, sed uelut graui profundoque somno contracto, prorsus torpere: quod medici sic usurpare solent, et eodem nomine languorem ac ueternum designant. Νωθρεπιθέτης auctori physiognomonicorum est cunctator: νωθρότης torpor, item ueternus. HIPPOCRATES *in Coicae praenotionibus.* ἐν φρενίτιδι νωθρότης, κακόν. *Conf. glossarium uetus, et* HESYCHIVS *in h. u.* Nempe hoc est, mentem νωθρὰν γηράσκειν.

§. 8. Ceterum Ioannes uicit abstinentia PYTHAGORAM, neque huius imitandi consilium iniit, sed Eliam referre debuit, in quo magnum eius diuini muneris, quod gerebat, momentum erat. PYTHAGORAS, fateor, persaepe solo melle, aut pane contentus, summae frugalitatis laudem sibi parauit, sed uino non semper abstinuit, et sub uesperam aliquantum bibit, ut uires paulo debilitatas recrearet. V. DIOGENES LAERTIVS *in Pythagora.* Ille etiam cibos emptos, etsi non delicatos et parabiles, mensae suae adhibuit: Ioannes sola Dei prouidentia nixus, sine tecto, sine lecto, (nisi forsan per ἔρημον intelligas pagos urbibus contradistinctos, quales propter incolarum raritatem ἐρήμου nomine circumferebantur, sicuti nos hodie dicimus auf dem Lande) sine mensa cibis, quos fortuna obtulit, uescebatur: locustis et melle syluestri famem, aqua sitim depellebat: uinum, *siceram*, liquores generosos, quos seu necessitas, seu luxuria excogitauit, ne ualetudinis quidem causa bibebat, nec Pythagora modo, sed etiam Elia,

sed

ſed omnibus diuinitus afflatis uatibus maior erat. Quamobrem ſcribit CHRYSOSTOMVS. Ἐκεῖνος (Ἠλίας) ἐν πολέσι, καὶ ἐν οἰκίαις ἐτρέφετο. ὅτος δὲ (Ἰωάννης) δι' ὅλου τὴν ἔρημον ᾤκησεν ἐκ σπαργάνων αὐτῶν. Et paulo poſt de Ioanne loqui pertendens. Ὅτε γῆν ἤροσεν, ὅτε ἄυλακα ἔτεμεν, οὐκ ἐν ἰδρῶτι τοῦ προσώπου τὸν ἄρτον ἔφαγεν, ἀλλ' ἦν ἐκκεδιασμένη αὐτῷ ἡ τράπεζα, καὶ εὐκολωτέρα τῆς τραπέζης ἡ περιβολὴ καὶ ἀπραγμονεστέρα τῆς περιβολῆς ἡ οἴκησις. Ὅτε γὰρ σέγης, ὅτε κλίνης, ὅτε τραπέζης, ὅτε ἄλλου τινὸς τούτων ἐδεήθη, ἀλλὰ ἀγγελικόν τινα βίον ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ἐπεδείκνυτο. *Homil. X. in Matthaeum.* Exinde intelligitur, quamobrem *Angelus* appellatus fuerit; cuius rei cauſa eo minus obſcura eſt, quod a trito et communi uitae genere receſſit, ac ſumma animi et muneris ſanctitate eluxit. THEOPHYLACTVS ait: ἄγγελος ἐκλήθη, καὶ διὰ τὴν ἀγγελικὴν ζωὴν, καὶ ἄυλον χοῦν, καὶ διότι ἤγγειλε καὶ ἐκήρυξε τὸν Χριστόν. *Comment. in cap. XI. Matthaei.* Dicit, ἄυλον, non ἁπλῶς, ſed συγκριτικῶς ob tenuem ſubtilemque cibum, quo tenerum Ioannis corpuſculum alebatur. Hac loquendi comparatione non ediſſe, nec bibiſſe dicitur, *Matth. XI. 18.* Non edidiſſe, ſcilicet panem, non bibiſſe, puta uinum, quod ex *Luc. VII. 33.* commode intelligi, et apte ſuppleri poteſt. Bene ac eleganter Hipponenſis Praeſul: *Ioannis eſcam et potum nouimus; non enim dictum eſt, quod omnino non biberet, ſed quod uinum et ſiceram non biberet; bibebat ergo aquam; cibus autem eius non omnino nullus erat, ſed locuſtae et mel ſylueſtre. Vnde ergo dictus eſt non manducans, neque bibens, niſi quia illo uictu, quo Iudaei utebantur, ille non utebatur: hoc ergo Dominus niſi uteretur, non in eius comparatione manducans bibensque diceretur. Contra Fauſtum l. XVI. c. 36.* Ioannem τὸν σκυθρωπὸν imitatus eſt Iacobus Iuſtus, de quo ſcriptum reliquit Egeſippus, eum et a uino, et a carnibus abſtinuiſſe. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγε. *Apud Euſebium H. E. lib. II. cap. 23.* De induſtria tricari uidentur, qui mel, quod cibum Ioanni praebuit, inſuaue et amarum fuiſſe affirmant. Pro qua ſententia niti et ſtare uoluit ISIDORVS PELVSIOTA *lib. I. ep. 132.* A quo non diſſidet EVTHYMIVS, uterque forſan deceptus auctoritate ueterum, *DIODORI SICVLI, lib. V.* τὸ μέλι τὸ γινόμενον ἐν αὐτῇ (νήσῳ) παντελῶς γίνεται πικρόν. *Dioſcoridis lib. II. cap. 10.* Τὸ ἐν Χαλδαίᾳ γεννώμενον μέλι, πικρὸν διὰ

διὰ τὴν τῦ ἀψινθίϊ νόμην. Alter in Cyrno, ſiue Corſica, alter in Sardinia mel exiſtere amarum, ſcribit. De Corſica etiam confirmat PLINIVS, buxo amaritudinem iuxta cum Diodoro uindicans, *H. N. lib. XVI. cap. 16.* A quo in reddenda amaritudinis cauſa diſſentit MARO, et taxo eam uim acceptam fert in *Ecloga IX.* Cicutae OVIDIVS adſcribit, *Am. lib. I. eleg. 12.* Sed nemo horum de Palaeſtina, ne per ſomnium quidem, cogitauit, inter cuius diuitias mel dulce omnium conſenſu numeratur. Multa huius rei teſtimonia in promptu ſunt, quae breuitatis cauſa praetermitto. Fuit demum mel agreſte, μέλι ἄγριον, ab apibus ſylueſtribus confectum, ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργύμενον, ut loquitur THEOPHYLACTVS. Dicuntur ἀγρίαι μέλισσαι, τοῖς σίμβλοις μὴ ἐναποκλεισμέναι, quae in arboribus, montibus, ſyluis reperiuntur. Omnium ceteroquin apum natura eſt una et eadem, ut pronunciat THEOPHILVS *paraphraſtes:* Ἡ τῶν μελισσῶν Φύσις ἐςὶν ἀγρία. Quam rem rationibus et exemplis illuſtrare ſuperſedeo, nec mihi nunc ſumo, ut euincam, locuſtas in cibo fuiſſe gratas, quod cum plerique non inani ſtudio complexi ſunt, tum nationum gentiumque exemplis confirmare poſſum. *Eo ſummatim uid.* PLINIVS *H. N. lib. VI. 30. lib. VII. 2. XI. 29.* Inter recentiores BOCHARTVS *Hierozoic. lib. IV. c. 7.*

§. 9. Ad u. 4. 5. 6. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ετοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, ἰυθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους ἀυτῦ etc. *Vox clamantis in deſerto: Parate uiam Domini, rectas facite ſemitas eius. Omnis uallis implebitur, et omnis mons et collis reddetur humilis, et fiant, quae obliqua ſunt, directa, et aſpera uertentur in uias planas. Et uidebit omnis caro* σωτήριον τῦ Θεῦ, *ſalutare Dei.* Verbis his Euangeliſtae ad ueterum Aſyla Hebraeorum oculos uertunt. Veteres ad aras, earundemque cornua confugere ſolitos eſſe *ad Luc. I. u. 69. p. 892.* oſtendimus. Iam de Aſylis Hebraeorum eſt dicendum. Vocantur Aſyla Hebraeis ערי מקלט, *urbes receptionis, refugii,* Aufnahm Städte, ערי מועדה, *urbes conuentus,* ubi homicidae inuoluntarii confluebant. Erant numero ſex, quas inter tres ſitae cis Iordanem, Betzer in terra Rubenitarum, Ramoth in Gilead Gaditharum, Golan in Baſchane Ma-

naſſitarum, a Moſe conſtitutae *Deut.* IV. *41. 43.* Atque tres in terra Canaan, ſcilicet *Kedes* in Galilaea, in monte Naphthali, *Sichem* in monte Ephraim, et *Kiriath Arba*, ſiue *Hebron*, in montibus Iudae, quas Ioſua ſelegit, *Joſ.* XX. 7. His Deus promittebat alias tres ſubiiciendas, ſi praeceptis ipſius ſint parituri, *Deut.* XIX. *8. 9.* Sed enim, ſi Magiſtris habenda fides, reliquae XLII. Leuitarum urbes, itidem immunitatibus quibusdam ſunt gauiſae, de quibus MAIMONIDES cum ſequenti diſcrimine loquitur: ערי מקלט קולטות בין לרעת בין שלא לרעת הואיל ונכנס בהן נקלט ושאר ערי חלוים אינן קולטות אלא לדעת ורוצח הדר בערי מקלט אינו נותן שכר בירו והדר בשאר ערי הלוי נותן שכר לבעל חביתו: *Vrbes refugii omnem iuris inſcium et conſcium recipiunt: Eo ipſo, quo aliquam ingreſſus eſt; receptus. At reliquae Leuitarum urbes non niſi iuris conſcium. Inſuper homicida, qui commoratur in urbe refugii, nullum locationis pretium ſoluit. Soluit uero ille proprietario, qui in aliqua Leuitarum commoratur.* Ciuitates has prolixius porro deſcribit MAIMONIDES Hilc. u. 33. רוצח ושמירת, Cap. VIII. ערי מקלט אין עושין אותן לא עיירות ולא כרכים גדולים אלא עיירות בינוניות ואין מושיבין אותן אלא במקום שוקין ובמקום המים ואם אין שם מים מכניסין לתוכן מים ואין מושיבין אותן אלא במקום אוכלוסין נתמעטו אוכלוסיהן מוסיפין עליהן נתמעטין דיוריהם מוסיפין לתוכן כהנים לוים וישראלים ואין פורשין בתוכן מצודת ואין מפשילין בתוכם חבליו כדי שלא יהיה רגל גאל הדם מצויה שם: *Vrbes refugii non extruunt magnas, neque caſtella magna, ſed urbes mediocris magnitudinis ad Aſyla conſtituendae ſunt. Ibi collocantur, ubi fora et aqua. Si uero aqua deficit, in illam deducenda eſt. Ita ibi, ab hominum turba Aſylum recte deſignatur. At illa deficiente, habitatoribus imminutis incolae aliunde ex Sacerdotibus, Leuitis, Iſraelitis aduocandi ſunt. In illa retia expandere, aut funes ſuſpendere, non conceſſum eſt, ne pes uindicis ſanguinis eo ueniat.* Quod tempore Meſſiae, quem expectant,

pectant, fruſtra Iudaei, tres aliae ciuitates refugii ſint adiiciendae, idem MAIMONIDES adfirmat l. c. בימי המלך המשיח מוסיפין שלש אחרות על אלו הששׁ שנ׳ ויספת לך עוד שלש ערים על השלש האלה והיכן מוסיפי׳ אותן בערי חקיניזי והקני וחקדמוני שנכרת לאברהם אבינו ברית עליהן וערין לא נכבשו ועליהן נאמר בתורה ואם ירחיב ה׳ אלהיך את גבולך: *In diebus regis Meſſiae ſex illis Aſylis tria alia addenda erunt Q. S. E. Deut. XIX. 9.* et addes tibi tres alias urbes, praeter tres illas. *Sed unde illae ſumentur? Ex urbibus Kenizaeorum, Kenaeorum et Kadmonaeorum. Nam foedus cum Abrahamo, patre noſtro, propter illas initum erat.* Gen. XV. 19.) *Hucusque autem nondum ſubactae ſunt. De his in lege accipiendum Deut. XIX. 8.* Quando Iehoua Deus tuus tibi terminos tuos dilatauerit.

§. 10. Subiecta quod attinet, ſiue perſonas, quae huc refugere poterant, non omnes promiſcue homicidae, has in urbes, recipiebantur, ſed ſaltim inuoluntarii, excluſis ab hoc beneficio illis, qui uoluntarie homicidium commiſerent. Vid. LVNDII Jüd. Heiligth. Libr. IV. Cap. XXX. p. 872. Nec quilibet ius habebat homicidam proſequendi, ſed tantum גאל הדם, uindex ſanguinis, cui licitum erat, homicidam extra limites urbis refugii occidere. LVNDIVS l. c. Wenn ein ſolcher vorſetzlicher muthwilliger Todtſchläger gleich nach einer Freyſtadt ſeine Zuflucht nahm, hatte er daſelbſt doch keinen Schutz, ſondern ward durch die Elteſten ſeiner Stadt von dannen abgefordert, und dem Bluträcher übergeben, der ihn zum Tode bringen muſte, Exod. XXI. 13. Num. XXXV. 6. ſqq. Deut. IV. 42. Deut. XIX. 3. ſqq. Ioſ. XX. 3. Der Blut-Rächer, גאל הדם, muſte des Entleibten nechſter Blutfreund, und der nechſte Erbe ſeyn, anders hatte er kein Recht, ſich an den Mörder des Entleibten zu rächen, ob er ihm ſchon verwand war, wo er der nechſte Erbe nicht war. Dannenhero, wenn es ſich etwa zutrüge, daß ein Vater ſeinen Sohn freventlich und muthwillig erſchlüge, der einen Sohn wieder hatte, muſte des Entleibten Sohn, ſeinen Groß-Vater, als den Mörder tödten, weil er der nechſte Erbe

§. 14. Quaeritur iam, qualis ἀποσυναγωγίας poena Luc. IV. 29. ubi CHRISTVM *eiecerunt e ciuitate*, et duxerunt illum usque ad ſupercilium montis, *ut praecipitarent eum*, intelligatur? Reſpondemus: Tertius excommunicationis gradus מרדם, מחא, ubi maledicti ſtatuebantur morte et poena μαραναθὰ digni, hoc eſt, relinquebantur iudicio DEI, מרן אתא, quando ſcilicet uenturus ſit Dominus in iudicium. Eiusmodi enim contumaces peccatores in numerum καθαρμάτων et περιψημάτων referebantur, ſi nempe non deſiſterent a maledictionibus et blaſphemiis in legem et uerba ſapientum. Vnde, quod iam ſupra commemorauimus, cuilibet licitum fuit, talem ſceleratiſſimum hominem uel illico lapidibus obruere, uel, absque praemiſſo proceſſu forenſi, ex alto praecipitem dare. Atque hoc tertium eſt, quod in explicatione commatis huius meretur attendi. Exponendum ergo breuiter, quid fuerint καθάρματα, qualem olim poenam ueteribus incurrerint? Antequam autem illud fiat, perluſtrandos citamus L' EMPEREVR ad BERTRAM. *p. 370.* COCCEIVM *Exc. Gem. Sanhedr. p. 147. ſ.* PFEIFFERVM *in Antiquit. Hebraic.* qui in hoc ἀναθέματι deſcribendo admodum multi ſunt, quibus adde LVDOVICI CAPPELLI *Spicileg. p. 65.* VORSTIVM *ad Pirke Eliezer*, et LEVSDENIVM *in Ioel. Illuſtr. p. 56. et Phil. Hebr. Diſſ. 50.*

§. 15. καθάρματα et περιψήματα erant et Hebraeis et aliis Gentibus ἀναθέματα ueluti κατ' ἐξοχὴν, id eſt, homines, ut ita loquar, peſtilentiſſimi, maledictorum et ſceleratiſſimorum principes, propter quorum infamiam et praegrandia peccata Deus plagas totis nationibus, Land-Plagen, immitteret. Hos proinde, in expiationem harum poenarum, ſacrificabant Gentiles, pleraeque uero gentes ex praecipiti loco deturbabant in mare, uel alias profunditates his plerumque uerbis: Περίψημα ἡμῶν γενοῦ; *Sis pro nobis* περίψημα. Vid. VETVS SCHOLIASTES in ARISTOPH. PLVTARCH. *p. 48.* SVIDAS et HESYCHIVS in uoc. περίψημα. Atque ſic περίψημα et κάθαρμα deſignat eiusmodi hominem, qui, niſi e medio tollatur, iram Dei aduerſus totas gentes irritet, quem alias uocitant βδέλυγμα, *abominationem, et hominem ſacerrimum*, einen verfluchten Menſchen.

ſchen. GOODWIN· *Moſ. et Aar. Libr. III· Cap. VIII· p. m. 622.* iuxta opinionem BVDAEI *Annotat. reliq. in Pandect. de Poenis* p. 334. Apoſtolus 1. Cor. IV. 13. reſpexit iſtam expiationem, qua utebantur Gentiles, q. d. Ita deſpecti ſumus, et ſic exoſi populo, ſic onerati contumeliis et maledictionibus, quemadmodum τὰ καθάρματα, homines illi, qui publicae expiationis gratia ſacrificantur. SPENCERVS *de Legib. Hebraeor. Ritualib. Libr. III. Cap. V· p. m. 1453.* Veteres Ethnici, quorum moribus addictior erat Hebraeorum natio (Hoc erat ita inuertendum: Ethnicorum nationes Hebraeorum moribus addictiores extitere) piacula publica contumeliis onerabant, eaque diris omnibus, quas animis commotis offert indignatio, proſequebantur. Inter diras autem id piaculis hiſce praecipue precabantur, ut, ſi quid mali populi ceruicibus impenderet, in eorum capita uerteretur. Inde ἀνάθημα, homo deuotus et piacularis, idem HESYCHIO in uoc. ἀναθ. qui ἐπάρατος, execrabilis. Ad ea piacula BVDAEVS *Annot. in Pandect. de Poenis p. 334.* Apoſtolum ſpectare, cenſuit, cum dicit *1. Cor. IV· 13. Facti ſumus ut* περικαθάρματα *mundi, omnium* περίψημα *usque adhuc.* Id eſt, non minus deſpicatui ſumus, et omnium oculis odioſi, non minus uulgi probris et execrationibus onerati, quam illi bipedum uiliſſimi, qui, tanquam καθάρματα et piacula publica, contumeliis et diris omnibus onuſti, ciuitatibus eiiciuntur. Vid. LEIGH. *Critic. S. p. m. 477.* Apud Ethnicos etiam uſurpatum erat, ut idem SPENCERVS ait *l. c. p. 1454.* homines deuotos, et quaeuis alia καθάρματα publica, neci dare, plerumque uero de rupe, uel monte deturbare. STRABO *Geogr. Libr. X. Leucadios*, in Apollinis ſacro, quotannis hominem piacularem de montis ſpecula deieciſſe, et in mare praecipitem egiſſe, refert. Apud *Tauros*, iuxta ALEX· ab ALEXANDR· *Libr. VI· C. 26.* opinionem, etiam ſeparatum erat, ut, irae Deorum auertendae gratia, caput hominis claua ferirent, et truncum corpus ex ingenti rupe in praeceps darent. Cum Athenienſibus grauis incumberet belli moles, *Agraulus* quidam e muro in praeceps corpus abiecit, ut belli rabiem ſiſteret. Vid. SCHOLIAST· DEMOSTHEN· *in Orat. de falſ. legat.* Sed ad rem praeſentem multo propius accedit LVCIANI teſtimonium, *Libr. de Dea Syr.*

p. 1076. Ille, uarios ſacrificandi ritus a Deae Syriae Sacerdotibus uſurpatos referens: *Eſt*, inquit, *et alius quidam ſacrificandi ritus, talis: Poſtquam animalia immolationi deſtinata coronarunt, e templi ueſtibulis ea demittunt;* τὰ δὲ κατευχθέντα, πίπτοντα θνήσκουσι, *illa uero praecipitata, ex caſu moriuntur.* Huc ſupplicii genus referendum, quod καταποντισμὸν adpellitabant, *ſubmerſionem in mare*, ubi καθάρματα, homines maledicti, praecipites dabantur, annexo collo lapide molinari, in mare, uel fontem abiecti, ubi fluuius erat altiſſimus, quo de ſupplicii genere diximus *Marc. IX. 42. p. 615. ſq.* Huc pertinent *loci Neh. IX. u. 11. Pſ. LV. 24. CXL. 11. Ezech. XXVII. 34.* exemplum Ionae *II. 4. Mich. VII. 19.* ubi, cum Meſſias dicitur *peccata noſtra proiicere in profundum maris*, ad καταποντισμὸν graphice adluditur.

§. 16. Ex καθαρμάτων genere HEBRAEIS olim erat hircus emiſſarius *Azazel*, circa quem emittendum HEBRAEI ſequentes praecipuos ritus enarrant. Primus quidem uittae, coronae, uel taeniae, coccineae, e lana factae, capiti hirci piacularis alligatio, quem ritum TALMVDICI referunt *Cod. Ioma Cap. 4. §. 2.* קשר לשון של זהורית בראש שעיר המשתלח וגו *Alligabat ſacerdos linguam coccineam ad caput hirci emiſſarii, et ſiſtebat eum ad locum, unde erat emittendus.* MAIMONID. *de Die Expiat.* הוא לשון של צמר צבוע ארום: *Lingua illa lanei ſtaminis erat, rubro tincta.* MISCHNA *Tract. Schabbath. Cap. 8. f. 86. Vnde habemus, quod alligare debuerint linguam coccineam capiti hirci emiſſarii? Ex eo, quod dictum eſt, Eſ. I. 18.* Si fuerint peccata ueſtra ſicut dibapha, ſicut nix dealbabuntur. Fingunt enim Hebraei, linteum illud coccineum, ſi Deus peccata ipſis remiſerit, ex rubedine in colorem album, in gratiae diuinae ſymbolum, ſtatim abiiſſe. LVNDIVS in Jüd. Heiligth. Libr. V. Cap. XXI. p. 1038. Wenn GOtt dem Volck gnädig war, ward das rothe Band weiß. Die Schrifft ſelbſt ſcheinet hierauf zu zielen, wenn GOtt Eſ. I. 18. ſpricht: Wenn eure Sünde gleich Blutroth iſt, ſol ſie doch ſchneeweiß werden, und wenn ſie gleich iſt, wie Roſinfarbe, ſol ſie doch wie Wolle werden. Vid. DIETER. *Antiquit. Biblic. ad Eſ. I. 18.* Wenn aber der Lappe weiß geworden,

hatte

hatte der Führer des Bocks alſobald ins Horn geblaſen ꝛc. Secundo abeuntem hircum probris et contumeliis omnibus onerabant, ipſum compungendo, maledicendo, deridendo, conſpuendo, crines uellicando. Vid. TALMVD. *Codic. Ioma Cap. VI. §. 4.* LVNDIVS l. c. Barnabas, apud SELDENVM, legem de hirco citans notanter ait, ſi modo auctor germanus eſt; λάβετε δύο τράγους, καλοὺς καὶ ὁμοίους, καὶ προσενέγκατε, καὶ λαβέτω ὁ ἱερεὺς τὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα, τὸ δὲ ἕνα ἐπικατάρατον, καὶ ἐκπτύσατε πάντες, καὶ κατακεντήσατε, καὶ περιθεῖτε τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθήτω. *Sumite duos hircos, bonos et ſimiles, et offerte. Et accipiat Sacerdos unum in holocauſtum, alterum in maledictum, et conſpuite illum omnes, ac lancinate, et imponite lanam coccineam circa caput eius, et ſic in deſertum emittatur. Referunt quidam huc ſequentes Scripturae locos Eſ. L. 6. Zach. XII. 10.* Tandem hircum ab ſummitate rupis, aut praerupti montis, ad ima praecipitabant. SCHERINGHAM *Not. in Iom. p. 140. Mandatum Dei non erat, ſed ſtatutum Rabbinorum, ut hircus emiſſarius a rupe detruderetur. Nam ſi hircus e deſerto uiuus rediiſſet, triſtia praeſagire ſolebant, malumque inde portendi exiſtimabant. Statuerunt igitur, ut e* Zuck, *alto et praerupto monte, depelleretur.* LVNDIVS l. c. p. 1037. So bald der Führer mit dem Verſühn-Bock in die Wüſten zurück gekommen war, und den Bock auf den hohen felſigten Berg, oder Felſen hinaufgebracht, nahm er den Scharlachlappen, ſo dem Bocke an die Hörner gebunden war, und theilete dieſen Lappen, Zunge, oder Band von ander, band die Helffte davon an den Felß, und die andere Helffte dem Bock zwiſchen die Hörner, und ſtieß ihn mit aller Gewalt hinter über ſich rücklings den Felß herunter, daß er über und über herunter fiel, und ehe er halb hinab kam, an den Klippen ſchon zerſchmettert war. Ioma Cap. 6. Sect. 5. et 6. et SCHERINGAM not. LIGHTFOOT. Cent. Chorogr. Matth. praem. Cap. 54. BOCHART. Hieroz. P. I. Libr. II. Cap. 54. p. 658. ſqq.

§. 17. Singula haec Chriſti paſſionem et contumelias, ab hoſtibus ipſi immiſſas, συμβολικῶς et typice adumbrabant, qua de re LVNDIVS egregie p. 1048. Der Bock iſt ein ſtinckend Thier. Alſo iſt Chriſtus das reine unſchuldige Lämmlein, ein ſtin-

deine Wächter ruffen laut mit ihrer Stimme, und rühmen mit einander.

§. 18. CHRISTVM igitur Iudaei et hoſtes infenſiſſimi exagitabant perinde, ut hircum emiſſarium. Matthaeus teſtatur idem Cap. XXVI. 67. 68. καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν. Diſcrimen inter κολαφίζειν et ῥαπίζειν erudite oſtendit HEINSIVS *in Ariſtarcho Sacro p. 493. ſq.* Nimirum κολαφίζειν erat *pugno ferire*, ῥαπίζειν *palma et manu paſſa uerberare*, quanquam hoc diſcrimen non eſt perpetuum. LYDIVS *in Antiquit. Paſſional. p. m. 97.* Omnia ſummum redolent contemtum. Nam, ut conſputationem faciei Chriſti ſilentio inuoluam, κόλαφοι, pueri et tyronis inſtar, Chriſtum a Iudaeorum Magiſtris, habitum, demonſtrant. His enim colaphos impingi a praeceptoribus, ex ſcholaſtica diſciplina, conſueuerant. Vnde EPICHARMVS paedagogum quendam, ob id ipſum, feſtiue, κόλαφον nuncupauit. Quin etiam, mendici et erronis in modum exceptum Ieſum, exiſtimare licet, ſecundum illud, quod apud Graecos extat prouerbium, teſte EVSTATHIO in HOMERI *Iliad. Pſ.*

Δὸς πτωχῷ ἄρτον, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῷ
Panem inopi da, ſed condimenti uice pugnos.

ῥαπίσματα uero eiusmodi percuſſionem notant, quae non plana duntaxat manu, ſed etiam interdum ſandalio, ſolea, uel crepida peragebatur, dum in os adigebantur. Nam ῥαπὶς, unde ῥαπίζω et ῥάπισμα deducta uolunt, ſoleam notat. HESYCHIVS: ῥαπίδες, ὑποδήματα. Per contumeliam itaque Chriſtus ῥαπίσματα paſſus eſt a ſynagoga meretrice et adultera, quemadmodum (ſi magna paruis componere fas eſt) Hercules ab Omphale, quae caput eius ſandalio tundebat.

§. 19. Luc. XXII. 63. 64. Ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες, καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον αὐτῦ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπηρώτων αὐτόν. Aliud ludibrii genus, quo Chriſtum uexarunt, et ueluti puerum ludificatui habuerunt. Quo ſpectat uerbum ἐμπαίζειν, quod a παῖς deriuatum eſſe, manifeſtum eſt. παῖς, quod heic inter-

Bild 1.

Bild 1. Dioskurides. Aus einer Handschrift des 15. Jahrhunderts.

Dioskurides, Pedanius, aus Anazarbos in Kilikien, lebte unter Nero, Vespasian und Titus, also in der Mitte des 1. Jahrhunderts n. Chr. Er war Militärarzt und hat auf seinen Reisen durch das Römische Reich Pflanzen gesammelt und beschrieben. Sein Werk, das in 5 Büchern die Heilmittel aus dem Pflanzen-, Tier- und Mineralreich behandelt, ist eine Kompilation der Arbeiten seiner Vorgänger, vor allem des Nikander, Krateuas und Sextius Niger. Es ist in griechischer Sprache geschrieben und hat sich in zahlreichen Handschriften erhalten. Die älteste ist eine Wiener Handschrift aus dem 6. Jahrhundert, die Bild 1 wiedergibt. Sie ist mit Miniaturen geschmückt, die Pflanzen und Tiere darstellen. Die Handschrift ist in Majuskeln geschrieben, d. h. in Großbuchstaben, die keine Unterlängen haben. Sie ist ein Prachtexemplar, das wahrscheinlich für die Bibliothek eines Fürsten angefertigt wurde. Die Miniaturen sind nicht immer naturgetreu, aber sie sind doch so gut, daß man die Pflanzen und Tiere meistens erkennen kann. Die Handschrift ist in Majuskeln geschrieben, d. h. in Großbuchstaben, die keine Unterlängen haben. Sie ist ein Prachtexemplar, das wahrscheinlich für die Bibliothek eines Fürsten angefertigt wurde. Die Miniaturen sind nicht immer naturgetreu, aber sie sind doch so gut, daß man die Pflanzen und Tiere meistens erkennen kann.

tere maxillam, iubet os praebere aduersario, et priuata contumelia et irrisione se onerari sinere potius, quam uindictam exercere, et par pari referre. Eiusmodi autem patientiam CHRISTVS exemplo commendauit, impleuitque prophetiam *Es. L. 6.* quem allusisse Euangelistas non dubium est. ῥαπίσματα autem, quod uocabulum de hac contumelia et iniuria Christo illata ab utrisque usurpatur, notat illas etiam alapas, quas impingere histrionibus, per ludibrium, antiquitus solebant. Adiicimus, quas et seruis consueuerant adplicare.

§. 20. Pium uero fuerit hic expendere morem uetustum genas percutiendi, et colaphum infringendi manumittendo, de quo uidesis IACOBVM RAEVARDVM *Variorum Libr. IV. Cap. IX.* ut cum gaudio intueamur imaginem nostrae libertatis, per CHRISTVM uadem nostrum, nobis acquisitae. Vnde CLAVDIANVS talem colaphum felicis uoti iniuriam adpellauit, eiusque, qui sic caesus erat genas *in ciuem rubere* dixit. Sufficiat duo loca de hac consuetudine produxisse, unum ex *C. lib. VIII. Tit. 49. Cum inspeximus in emancipationibus uanam obseruationem custodiri, et uenditiones in liberas personas figuratas, et circumductiones inextricabiles, et iniuriosa Rhapismata, quorum nullus rationabilis inuenitur exitus: Iubemus, huiusmodi circuitu in posterum quiescente, licentiam ei esse, qui emancipare uult, uel ex lege Anastasiana hoc facere, uel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal etc. Alterum ex Simone Magistro,* qui sermone octauo sic scribit: Εἰ δοῦλος ἀνθρώπων ἦθα, προεγράφη δὲ δούλοις ἐλευθερία ἢν οὐ ἐπὶ τὴν κυρίαν ἀπήντισας, συνηγόρους μισθώμενος καὶ δικαστὰς, ὥστε πάσῃ μηχανῇ πρὸς ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι. Ἤπου καὶ ῥαπισμα, τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγὴν ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς κατεδέχθ. *Quid si seruus hominum existas, decreta autem sit seruis libertas, an non, ut propriam adsequaris, occurras, aduocatos conducas, iudices aduocans, ut omnibus machinis in libertatem adseraris; utque alapam, ultimam seruorum plagam, pro commutatione reliquorum post haec suppliciorum et uerberum recipias.* Itaque uidere mihi uideor, genas Saluatoris Iesu in libertatem nostram rubere alapis. In quam cogitationem me adduxit SEDVLIVS, cum scripsit:

Nam-

Namque per hos colaphos caput eſt ſanabile noſtrum;
Sputa haec per Dominum noſtram lauere figuram;
His alapis nobis LIBERTAS maxima plauſit.

§. 21. De HEBRAEIS erudite ſcribit DASSOVIVS *in Antiquit. Paſſion. MStis Cap. IX. §. 8.* Quando colaphus impingebatur in faciem, magis erat ignominioſum, quam ſi ceruici impactus fuiſſet. Nam qui alterius ceruicem pugno feriebat, unum tantum ſoluebat, loco pœnae, ſiclum, ſed qui colaphum in faciem impingebat, ſoluebat 200. Suſas. Erat autem Suſa octaua pars Imperialis noſtri (fuerunt itaque 25. thaleri) Si quis autem ſputum proieciſſet in faciem alterius, dabat 400. Suſas, (id eſt 50. thaleros) Vid. MAIMONID. *in Miſchn. de Pretio For. Leg. Cap. VIII. §. 6.* quod pretium augebatur, ſi perſona honeſta a perſona plebeia uerberaretur. Qui autem caput alterius percuſſerat ſine periculo uitae, compenſabat dolorem, ſanationem et pudorem, licet non compenſaret damnum, ut docet MAIMONID. *de Laeſione Prox. Cap. I. §. 2.* Quod ſi etiam ille, qui patrem uerberauerat, ut uulnus infligeret, reus mortis habebatur iuxta MAIMONID. l. c. multo magis ille, qui magiſtrum uerberabat, reus habendus erat, quia maiori honore afficiebatur magiſter, quam pater. Et *Cap. XII. §. 2.* Sputa Gentilium hominum Iudaeis aeque immunda erant, ac ſputa hominum fluxu laborantium. Huiusmodi enim ſputa fluxu laborantium immundabant hominem et uaſa, aeque ac ipſe fluxus et ſanguis hominis fluentis. Fluxus autem apud Iudaeos erat prodromus morbi quaſi gallici, qui toto corpore erat aegrotus, unde ſi ſputum eiusmodi caderet in ueſtem, lauare diligentiſſime debebat, multo magis facies ſputo illita erat foeda, immo qui alterum Iudaeum conſpuerat, ſoluebat quadraginta drachmas, iuxta MAIMONID. *in Miſchn. de Leg. Forenſ. Cap. VIII. §. 6.*

§. 22. Ioh. XIX. 1. Praeſens argumentum nobis auctor fuit, ut et heic in flagellationes et fuſtigationes inquiramus. Cum enim Paſſionis hiſtoria tradit: Τότε οὖν ἐλάβεν ὁ πιλάτος τὸν ἰησοῦν καὶ ἐμαστίγωσε; *Tunc excepit Pilatus Ieſum, et flagellabat ipſum in memo-*

memoriam uenit, καθάρματα flagris et uerberibus fuerint caesi. Flagellatio uulgo duplex statuitur, una peragebatur *uirgis*, altera *flagellis*. Vtraque Romanis in morem ibat, posterior Iudaeis non erat infrequens, licet memoria CHRISTI Talmudici adiecerint flagellationem per חומרים, *uirgas*, id quod ex *Talm. Sanhedr. Cap I.* manifesto constat. Hanc cum primis poenam incurrebant *serui Gentiles*, atque adeo omnes illi, qui uel contra legem Mosis, uel uerba sapientum aliquid criminis admiserant, ita, ut rei quoque mortis, ante mortem uirgis fuerint excepti, nec uerbera, sicut in flagellatione numerarentur. Nam eiusmodi transgressores eodem, quo serui Chananaei, habebantur loco. Proinde uocabant hoc supplicium מכת מרדות, *plagam contumaciae*, *apostasiae* et *rebellionis*. Vid. MAIMONID. *in Mischn. Sanhedr. Cap. XVI.* Egregia, iterum ex monumentis ueterum adfert LYDIVS l. c. p. 137. sqq. καθάρματα, inquit, flagris et uerberibus exigebantur. Vnde seruis (quorum scapulae saepe patiebantur uirgindemiam, et qui hac poena a liberis hominibus distinguebantur) καθαρμοὶ adscripti. PHOCYLIDES:

Λάμβανε χ᾽ βουλὴν παρὰ οἰκέτου ἢν Φρονέοντος.
Ἁγνεῖαι ψυχῆς, τῆ σώματός εἰσι καθαρμοί.

Vbi καθαρμοὶ denotant *flagra*, uti uerbum καθαίρειν est *uirgis*, *lorisue caedere* apud THEOCRITVM *Idyll. V.*

— ὄκα μὲν πόκα τῆδε τὸ δάσας
Εὐμάρας ἐκάθηρε, καλῶς μάλα τᾶτό γε ἴσαμι.
— *Verum quando te hic nunctum*
Eumaras ualde cecidit loris, id equidem probe noui.

Potissimum autem scillis herbis uera καθάρματα impetebant. Idem THEOCRITVS mihi testis *Idyll. VII.*

Κὴν μ᾽ ταῦθ᾽ ἕρδοις, ὦ παῖ Φίλι, μὴ τό τι παῖδες
Ἀρκάδικοι σκίλλαισι, ὑπὸ πλευρᾶς τε καὶ ὤμους
Ταῖκα μαστίσδοιεν, ὅτι κρία τυτθὰ παρείη.

Et ſi id facis, o care Pan, non te pueri
Arcadici ſcillis ſub latera et humeros
Tunc flagellent, cum parum carnium adfuerit.

HIPPONAX:

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
Κράδῃσι, καὶ σκίλλαισιν ὥστε Φαρμακόν.

SALVATOR autem, pro hominibus ſerui forma aſſumpta, factus κάθαρμα et κατάρα *Gal. III. 13.* ideoque flagra in eum expedita, ut ſeruum nihili, adeoque ipſum ſcelus, ipſamque ἁμαρτίαν *2. Cor. V. 21.* GOODWINVS l. c. p. 825. perbelle: Subinde, ut exacerbarent plagas inſignium nebulonum, certos plumbi bolos, aut rigidas ſpinas locorum extremitatibus annectebant Hebraei. Hanc flagellationem Graeci uocarunt μάστιγας ἀστραγαλωτὰς, *flagra taxillata.* EVSTATHIVS. Item ATHENAEVS l. 4. In SCRIPTVRA dicuntur עקרבים, *ſcorpiones. Pater meus uos caſtigauit ſcuticis, ego uero uos caſtigabo ſcorpionibus 1. Reg. XII. 11.* THOLOSAN. *Synt. Iur. Vniuerſ. l. 31.* De quibus optime PFEIFFERVS *in Antiquit. Hebraic. Cap. II. §. 14. p. m. 27* Extraordinarie autem crudelitatis inuentum erat flagellatio, quae fiebat בעקרבים, *ſcorpionibus*, id eſt, flagellis aculeatis, uti uertit IVNIVS *1. Reg. XII. 11.* Baculi erant, ait RALBAG, pleni ſpinis, quae pungebant, et dolorem afferebant. Spinarum ſpeciem fuiſſe, quae pungerent inſtar ſcorpionis, *Gallice Esglantier*, notant RASCHIVS et R. SAL. Ben MELECH. Fuſtigationem adpellitant HEBRAEI מכת מרדות רבנן, *percuſſionem contumaciae ab Rabbinis acceptam*, flagellationem autem מכות אורייתא, *plagam*, ſeu, *percuſſionem legis*, id eſt, lege Moſis demandatam. Haec ſtatuebat certum plagis numerum definitum, illa poterat numerum excedere, pro ratione criminis minui et augeri, immo usque ad necem aliquando fontis excurrere. Vid. MAIMONID. *Hilc. Sanhedrin. Cap. XVI. et XVIII.* AVCTOR *Aruch. in rad.* ימרד, COCCEIVS *ad Sanhedrin et Maccoth p. 123. et 145.* VORSTIVS *ad* MAIMONID. הלכות יסודי התורה *p. 76.*

§. 23.

§. 23. Ritus plerosque, qui inter flagellandum usu uenerunt, MAIMONIDES l. c. fusius persequitur: כיצד מלקין אותו כופת שתי ידיו על העמוד אילך ואילך וחזן הכנסת אוחז בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמי ער שהוא מגלה את לבו שאינו מכהו על כסותו שנ' והכהו ולא לכסותו והאבן נתונה מאחריו שהחזן המכה עומד עליה ורצועה של עגל בידו כפולה לשנים ושנים לארבעה ושתי רצועות של חמור עולות ויורדות בו ורוחב הרצועה טפח וארכה כדי שתהא מגאת ער פי כריסו והיד של רצועות שאוחז בה ארכה טפח והאיש חמכה צריף להיות יתר ברויה וחסר בכח ומגביה את הרצועות בשתי ידיו ומכה כידו אחר בכל כחו ומלקהו שליש מלפניו על חזיתי בין ידיו ושני שלישית מאחוריו שליש על כתף זה ושליש על כתף זה חמוכה אינו עומד ולא יושב אלא מוטה שנ' והפילו השופט והכהו לפניו שיהיו עיניו של שופט בו: *Quae flagellandi ratio? Manus uinciuntur ad columnam ab utroque latere. Lictor dein prehendit uestes eius, ſi rumpuntur* (extra ſuturam) *diſſuuntur eo uſque, ut cor aperiatur. Neque enim ueſtimentum eius percutiendum q. d.* Deut. XXV. 2. percute illum, *non uero ueſtimentum eius. Situs eſt lapis a tergo, cui lictor inſiſtit. Hic manu tenet lorum uitulinum biſidum, quod denuo quadriſidum, et duo alia lora aſinina aſcendentia et deſcendentia* (h. e. quae contrahi et dilatari queunt.) *Lori latitudo palmaris, longitudo ea, ut perſtingat ad os uentris. Manubrium, quo lora tenentur, eſt quoque palmare. Is, cuius eſt uerberare, notitiâ pollere non adeo uiribus tenetur: Lora duabus manibus attollit, ſed una, quantum ualet, uerbera infligit, et quidem tertiam illorum partem pectori, tertiam huic, aliam tertiam iſti humero. Verberandus neque ſtat, neque ſedet, ſed inclinatur, quemadmodum dictum eſt.* Deut. XXV. 2. Et proſternet illum iudex, et percutiet illum in conſpectu eius, ut oculi iudicum uerberandum aſpiciant. Addit GOODWINVS *l. c. p. m. 825.* Iudex, qui inter tres illos praeſtabat, ſonantibus

flagris, legebat, aut recitabat illud *Deut. XXVIII. 58. Si non obſeruaueris, ut feceris omnia uerba legis huius, mirabiles faciet Dominus plagas tuas* etc. TALMVD. ibid. Alter iudicum numerabat plagas; Tertius iubebat lictorem ferire. Primus iudicum finiebat, dicens: *Et ipſe miſericors expiabit iniquitatem Pſ. LXXVIII. 38.* Palus, ſuper quo reus inclinabatur, עמוד audit, *columna.* Veſtes reo detrahebant ad lumbos, quo referunt locum de Pauilo *Act. XVI. 22.* στρατηγοὶ, περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια ἐκέλευον ῥαβδίζειν; *Duces, diſſutis Paulli et Silae ueſtibus, iuſſerunt, ipſos caedi.* Aliquando ſontibus infamiae nota, ſi crimen cum honeſtatis iactura, u. c. crimen furti, commiſerat, inurebatur, praeter quem caſum flagellatio poenis honeſtioribus annumerabatur, niſi fuſtigatio accederet, Romanorum ritu, in ſeruis adplicata. Infligebatur illa interdum uiris maximis in honoribus conſtitutis. MAIMONID. *l. c. Cap. XVII.* כהן גדול שחטא לוקה בשלשה כשאר כל העם וחוזר לגדולתו: *Pontifex napulat praeſentibus tribus, quemadmodum reliqui de plebe, et poſtea ad dignitatem ſuam redit.*

§. 24. Hanc tamen honeſtiorem flagellationis poenam CHRISTVS neutiquam tulit, ſed more Romano flagellis caeſus uidetur, ut et heic ſerui ſtatum demiſſi proderet. Bene LYDIVS infert. l. c. p. 138. cuius ſane uerba legi merentur, ſcilicet digna, quae heic adiiciantur. Romana uero ſeruorum flagellatio qua CHRISTVS punitus, hunc in modum fieri conſueuerat. Flagella, non uirgae, poenae huic deſtinata. Nam hae liberis hominibus, illa ſeruis et fere cruciariis ſupplicii inſtrumenta fuerunt, ut flagellis, quam uirgis caedi, multo turpius, foediusque ſupplicium fuerit. Ea propter *Matth. XXVII. 26. et Marc. XV. 15.* non abs re uerbum φραγελλώσας uſurpari uideas, ut conſtet, IESVM flagellis conſciſſum. Haec autem uiminea interdum et ex uirgultis facta. CODEX THEODOS. *Libr. VIII. tit. 5. de curſu publico, angariis et perangariis libr. 2. Placet omnino, ut nullus in agitando fuſte utatur, ſed aut uirga, aut certe flagro, cuius in cuſpide infixus ſit breuis aculeus. Vt flagra* fuſtibus tenuiora et uirgis craſſiora fuerint, mediumque inter duo illa locum obtinuerint. Vide *Etymologicum* MATTH. MARTINII. Etiam *ἐκ χοινίων, ex funiculis*, adornata legere eſt

Ioh.

Ioh. II. 15. qui *cap. XIX. comm. 1.* de Pilato CHRISTVM flagellante, uerbum μαστιγῶν uſurpat. Μάστιξ autem a μάσσω, *ſubigo, pinſo*, quia ex ſubacto et emollito corio. Vnde et ſcutica a σκύτος, *corium*. Tametſi ſcuticam a flagello, ut horribiliore, diſtinxerit HORATIVS *Libr. I. Serm. Sat. III.* Vnde ut flagrionem a flagris, ita maſtigiam, a maſtigibus, quibus conſcinditerga ſceleratorum et uiliſſimorum ſeruorum ſolebant, dictos nouimus. Aculeatis uero flagris, non uirgis, caeſum Saluatorem IESVM, ueriſimile mihi uidetur, ob incredibilem hoſtium ſpiculatorum ſacuitiam.

§. 25. Non hic annuit LIPSIVS, cuius elegantem hac de re commentationem uerbotenus adſcribere, ne eam deteram culpa ingenii, e re erit lectoris. Sacui, foedique quid, inquit, in hoc ſupplicio fuerit, Modus ipſe dixerit, quem graphice imus repraeſentatum. Vt magis poſſit, partimur, et duplicem eum facimus: *Vulgarem, et Rarum.* Illum, qui receptiſſimus, et quo uulgo utebantur. Alterum, qui magis ſepoſitus, nec in tam aſſiduo uſu. De illo prius: Et quidem ordine haec tria: *Quae ante fixionem, quae in ipſa, quae poſt ipſam.* Ante fixionem duo adhibita, *flagellatio et deductio.* Flagellatio quidem ſolemnis anteceſſor, et raro in crucem dati, niſi ſic purpurati. Apud LIVIVM *Libr. XXXIII. de ſeruis coniuratis: Multi occiſi, multi capti, alii uerberati crucibus adfixi.* Verberatos ecce praedixit. *Alexander* apud CVRTIVM *Libr. VIII.* moris huius retinens, eos, qui *Petram* obſtinate defenderant, omnes uerberibus affectos, ſub ipſis radicibus Petrae crucibus iuſſit affigi, Iudaei apud Ioſephum *Libr. V. Excid. Cap. XXVIII.* μαστιγούμενοι καὶ προβασανιζόμενοι τῷ θανάτῳ πᾶσαν αἰκίαν, ἀνεσταυροῦντο, *flagellati et praecruciati ante mortem omne genus uerberibus, crucifigebantur.* PHILO *item contra Flaccum*, narrans Iudaeos Alexandriae in crucem actos a Flacco, hoc addit: μετὰ τὸ αἰκίσασθαι ἐν τῷ θεάτρῳ; *Poſtquam flagellati fuiſſent in theatro.* Solemnis ergo mos, immo lex: Et horrendum carmen diſerte canebat apud LIVIVM *Libr. I. Verbera intra aut extra pomoerium;* Et tum denique ſuccinebat: Arbori infelici ſuſpendito.

§. 26. Verberati igitur, ſed utrum uirgis, an flagellis? Illas interdum reperio, ſed magis crebro iſta. Diſcrimen enim eſſe ſcimus, et quia uirgae honeſtiores, inhoneſtiſſimo huic ſupplicio adtributa flagra. CICERO *Orat. pro Rabir. perd.* illudens et cauillans in Labienum: *Porcia lex uirgas ab omnium ciuium corpore amouit, hic miſericors flagella retulit.* Quomodo retulit? una cum Cruce, cui haec adiuncta. Dixi inhoneſtiora fuiſſe. Ita et proprie ſeruorum. Sic apud TERENTIVM *Adelph.*

Ad necem operiere loris. SAN. loris liber?

Exclamat, et indignatur, ut in re inſolenti, quod libero intentata lora. Et ab hac nota ſeruilem conditionem Menae HORATIVS *Epod. Od. IV. opprobrat:*

Sectus flagellis hic triumuiralibus
Praeconis ad faſtidium.

Significat a Triumuiris (Imperium iis et animaduerſio in ſeruos) caeſum flagris publice, idque ſub praeconis uoce. L. X. de poenis. Itaque et MACER JCTVS ſcripſit: Ex quibus cauſſis liber fuſtibus, ex his ſeruum flagellis caedi. Et IMPP. *I. VIII. C. I. de repud.* reſcripſerunt, mulierem habere iuſtas diuortii cauſſas, ſi ſe uerberibus, quae ingenuo aliena ſunt, afficientem maritum probauerit. Flagra haec ipſa intelligunt, quae cum ab ingenuis, tum a feminis remota maxime. Atque ut nouum et ſeuerum in Licinio Pontifice narrat VALERIVS *Libr. I. Cap. I.* quod ei uirgo Veſtalis, *quia parum diligens ignis aeterni cuſtos fuiſſet, digna uiſa eſt, quae flagro admoneretur.* Flagella autem haec aſpera, adeo ut VLPIANVS *Libr. VIII. de poenis* ſcripſerit, miniſtrorum immanitate, multos ſub eiusmodi flagellis interiiſſe. Et horribile etiam id HORATIO *libr. I. Serm. III.* uiſum agnominare:

Nec ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.

Quod magis fuit, cum ea inſitis talis, aut oſſiculis exaſperabant. Factum Romae, atque alibi. EVSTATHIVS dici notat ἀσραγαλωτὰς μάσιγας, τὰς ἐξ ἀσραγάλων ἐνειρομένων καταχροτουμένας, *Flagra talaria, quae talis inſertis inuolutisque confecta ſunt.*

ſunt. Apud ATHENAEVM *Libr. IV.* quispiam recenſet, in Parthis optimates quoque et Satrapas, ubi uiſum regi, ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ἀτραγαλωτοῖς μαστιγοῦσθαι, *uirgis et loris taxillatis caedi.* APVLEIVS *Libr.* VIII. *agnoſcit, et flagrum pecuinis offibus catbenatum ſcite adpellat.* Ille idem Gallis Matris Deum adſcribit: *Arrepto flagro*, inquit, *quod ſemiuiris illis proprium geſtamen eſt, contortis taeniis lanoſi uelleris prolixe fimbriatum, et multiiugis talis ouium teſſellatum, indidem ſeſe multimodis commulcant ictibus.* Et PLVTARCHVS *contra Coloten* adpoſite ad eius lucem: οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀτραγαλωτῆς ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσι: *Nec qui liberae uerberationis egeat, ſed flagri illius taxillati, quo Gallos aliquid offendentes in ſacris Magnae matris coercent.* An tale aliquod flagri genus, quo CHRISTVS etiam noſter caeſus? imaginantur, aut pingunt per pietatem nonnulli. Haud ego adſero: Sed illud Euangeliſtae, caeſum eſſe et quidem flagro. Sic enim Matthaeus, corrupta ipſa Latina uoce: Τὸν δὲ Φραγελλώσας παρέδωκεν, ἵνα σταυρωθῇ. *JEſum cum flagellaſſet, tradidit, ut crucifigeretur.* ἱμάθλην, id eſt, lorum flagellum adpellat NONNVS.

Ριγεδανῇ χριστοῖο δέμας φοίνιξεν ἱμάθλῃ
Horribili Chriſti corpus rubeſcit habena.

Furca Poenalis ea eſt, qua collo impoſita circumducti, ſed cum uerberibus et poenae cauſſa. Atque adeo mors plerumque huic conſequa, ſiue ſub ipſa furca ad necem caeſis, ſiue cum ea in crucem latis. Seorſim utrumque explicabo, et firmabo. Sub ea ad mortem caeſi, ex SVETONIO, Neron. Cap. XLIX. qui poenam more maiorum interpretatur, nudi hominis ceruicem inſeri furcae, corpus uirgis ad necem caedi. Atque idem etiam VICTOR in Nerone: *Senatus ſententia conſtitutum, ut, more maiorum, collo in furcam coniecto, uirgis ad necem caederetur.* Ac reperio exempla etiam in hiſtoria, etſi haud crebra. LIVIVS *Libr.* XXII. inceſtum cum Veſtale ſic punitum oſtendit: *L. Cantilius ſcriba Pontificum, quos nunc minores Pontifices adpellant, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, a Pontifice Maximo eousque uirgis in comitio caeſus, ut inter uerbera exſpiraret.* Vide FESTVM in *Probrum.* DIONYSIVS *Libr.* IX. *Antiqu. in culpa* ſimili, et de iis, qui Vrbiniam ſtuprarant: τῶν δὲ διαπραξαμέ-

νων

ων τὴν ἀνοσίαν φθορὰν, ὁ μὲν ἕτερος ἑαυτὸν διεχειρίσατο, τὸν δὲ ἕτερον, οἱ τῶν ἱερῶν ἐπίσκοποι συλλαβόντες, ἐν ἀγορᾷ μάστιξιν ἀνελόμενοι, καθάπερ ἀνδράποδον ἀπέκτειναν: Ex iis autem, qui illicitam corruptionem patrauerant, alter ſeipſum interemit, alterum ii, qui ſacris praeeant (ii ſunt Pontifices) *comprehendentes, in foro flagris ſecantes, tanquam mancipium interemerunt.* Nam etſi neuter furcae hic mentionem faciat, tamen cum uerberibus ad necem datos denarrent, probabile id ita ritu priſco factum: Hoc magis, quod Dionyſius quaſi indicans addidit, *καθάπερ ἀνδράποδον, ſeruilem in modum.* Quod autem liberi etiam ſub furca interdum caeſi, exemplum in Epitoma LIVII *Libr. LV.* clarum, de C. Matieno, qui accuſatus apud Tribunos, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet, damnatusque, ſub furca diu uirgis caeſus, et ſeſtertio nummo *uaeniit.* Nam etſi ille non ad ueram mortem caeſus, tamen ad ciuilem, et libertatem, ciuitatemque pariter amiſit. Atque ideo dixi plerumque mortem conſequam, cum et in PLAVTO Menaech. legam:

Et ob eam rem in carcerem ſedisſe compactum ſcio,
Et poſtquam es emiſſus, caeſum uirgis ſub furca, ſcio.

Quae obiiciuntur ſeni uiuo etiam et uidenti. Quod autem ex VLPIANO narrat, multos Romanorum flagellis caeſos interiiſſe, et conſilio, ſtudioque ad mortem caeſos, id ipſum SALVATOREM reſpexiſſe, mihi fit ueriſimile, cum de ſe praedixit hanc flagellationem *Luc.* XVIII. *33.* *καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν.* Etenim aoriſtus ille primus participii exprimi commode poteſt, per Participium Praeſens flagellantes, aut per Gerundium *flagellando.* Nec obſtat illud *ἀποκτενοῦσιν*, quia id uerbum conatum et uoluntatem occidendi CHRISTVM per flagellationem indicat, ut *Marc. I. 26.* cum de energumeno dicitur: *καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐξῆλθε*, de conatu id accipiendum ex LVCA manifeſtum eſt, qui de eodem ait *Cap. IV. com. 35.* *καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον, ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτόν.* Et ſic interpretantur doctiores, inter quos CARTWRIGHTVS et DEODATVS. Iacobus haud abſimilem in modum rem ipſam poſuit, conatum, ſtudiumque indicare uolens Cap. II. com. 21. cum dixit: *Abrahamus pater ille noſter non ex operibus iuſtificatus eſt, cum obtuliſſet*

(id

(id eſt, offerre uoluiſſet) *Iſaacum filium ſuum ſuper altare.* Addit, quod flagellatio ſeruilis poena fuerit. PRVDENTIVS:

— atque columnae
Adnexus tergum dedit, ut ſeruile, flagellis.

Sic l. 9. §. 3. D. de iniuriis. *Si atrocem iniuriam* (inquit Vlpianus) *ſeruus fecerit, ſiquidem dominus praeſens ſit, poteſt agi de eo. Quod ſi abfuerit, praeſidi offerendus eſt, qui eum flagris rumpat.* Et l. 10. initio D. de poenis. *In ſeruorum perſona ita obſeruatur, ut, exemplo humiliorum, puniantur, et ex quibus cauſſis liber fuſtibus caeditur, ex his ſeruus flagellis caedi, et domino reddi iubetur. Et ex quibus liber fuſtibus caeſus in opus publicum damnatur: Ex his ſeruus, ſub poena uinculorum, ad eius temporis ſpatium, flagellis caeſus domino reddi iubetur.* Item l. 4. §. 1. D de incend. ruina, naufr. *Si grauior praeda ui adpetita uidebitur, liberos quidem fuſtibus caeſos in triennium relegabit? Aut ſi ſordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis, ſeruos, flagellis caeſos, in metallum damnabis. Si non magnae pecuniae rei fuerint, liberos fuſtibus, ſeruos flagellis caeſos dimittere poteris. Et omnino ut in ceteris, ita huiusmodi cauſſis, ex perſonarum conditione, et rerum qualitate, et diligenter ſunt aeſtimandae, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quam cauſſa poſtulabit.* Ex hiſce, quae Diuus ANTONIVS ſic reſcripſit, exiſtimari poteſt, Saluatorem, flagellis caeſum, furis ac ſordidi hominis loco habitum, et quidem horribilem in modum. Applaudit PFEIFFERVS *in Antiquit. Iudaic. Cap.* II. *de Poenis Iudaeor. forenſib.* Sic et flagellatio CHRISTI *Matth.* XXVII. *26. Ioh.* XIX. *1.* cum deſcribenda, non erat eiusdem generis, uerum ex more Romanorum. Hi enim ad crucem ituros in carcere flagris concidere ſolebant. Hinc IOSEPHVS de *Bello Iud. l. 2. c. 25.* Οὓς μάστιξι προσαικισάμενος ἀνεσταύρωσεν. Conf. ROSINVS *Antiqu. Rom. l. 9. c. 17. p. 710.* et HENRICVS KIPPING. *l. 2. c. 8. p. 479* Quod uero ſeruis in crucibus affigendis ueteres uerbera praemiſerint, praeter alios, teſtatur Dionyſius Halicarn Ἀνὴρ Ῥωμαῖος οὐκ ἀφανὴς θεράποντα ἴδιον ἐπὶ τιμωρίᾳ θανάτου παραδοὺς τοῖς ὁμοδούλοις ἄγειν, ἵνα δὴ περιφανὴς ἡ τιμωρία τοῦ ἀνθρώπου γένηται, δι' ἀγορᾶς αὐτὸν μαστιγούμενον ἐκέλευσεν ἕλκειν, ἢ εἴ τις ἄλλος ἦν τῆς πόλεως τόπος ἐπιφανής. Οἱ δὲ ἄγοντες τὸν θεράποντα ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τὰς χεῖρας ἀποτείνοντες ἀμφοτέρας

τειρας, καὶ ξύλῳ προσδήσαντες περὶ τὰ σέρνα τε καὶ τὰς ὤμους, καὶ μέχρι τῶν καρπῶν διήκοντι παρηκολούθουν ξαίνοντες μάστιξι γυμνὸν ὄντα. *Vir Romanus haud ignobilis*, Autronius Maximus, *ſeruum ſuum ad mortis ſupplicium tradens conſeruis aliis ducendum, ut conſpicua et illuſtris poena hominis eius fieret, per forum uerberibus affectum trahere ipſos iuſſit, et ſi quis alius in urbe locus celebris. Qui autem ducebant eum ad poenam, manus eius ambas extendentes, et ad lignum alligantes, quod circa pectus et humeros ad manum pertingeret uolam, ſequebantur flagris caedentes ſic nudum.* Eodem fere modo ſeruus Chriſtus Φραγελλώσας, *flagella paſſus* eſt, ut habet Marcus, ἵνα σταυρωθῇ, *ut crucifigeretur*, unde flagellatio uelut aditus et praeparatio ad crucifixionem eſſe uidetur.

§. 27. Non uero hae poenae ſaltim a magiſtratu politico per שוטרים, ὑπηρέτας, exigebantur in foro, uerum et in Eccleſia per חזן הכנסת, *miniſtrum Eccleſiae. Matth. X. 17. XXIII. 34.* Vid LVNDII Jüd. Heiligth. *Libr.* III. *Cap. XV. p. 471.* Immo extraordinarie, ex iuribus zelotypiae, quilibet contra legem Moſis et uerba ſapientum uapulantes, poterat uirgis, aut flagellis, aut inſtrumentis aliis, ad manus praeſentibus, pro grauitate criminis, uel ad necem caedere. Lex praeſcribit XL. plagas *Deut. XXV. 2.* Sapientes autem XL. minus una, hoc eſt XXXIX. iniunxerunt ſontibus, quas Paullus quinquies tulit *2. Cor. XI. 24.* Rationes huius mutationis uarias TALMVDICI adferunt, quas inter MAIMONIDIS opinio uidetur palmam praeripere, qui propterea, unum ictum eſſe demtum, ait, ne percuſſor incautus quadragenarium accederet, quod lex inhibebat, numerum, minuere non item. TALMVD *Miſchna Tr.* מכות *Cap.* III. *10.* כמה מלקין אותו ארבעים חסר אחת שנ׳ במספר ארבעים מנין שהוא סמוך לארבעים ר׳ יהודה אומר ארבעים שלימות הוא לוקה: *Quot uerbera infliguntur? Quadraginta uno minus Q. D. E.* Deut. XXV. 2. 3. ad numerum quadraginta, *hoc eſt, ad numerum, qui quadragenario propinquus. R. Iehuda ait: Quadraginta integro numero infliguntur.* Quot plagis CHRISTVS fuerit caeſus, hiſtoria neutiquam ſacra commemorat, parum etiam hac in re ſitum eſt.

§. 28.

§. 28. De περικαλύψει pauca heic ſunt notanda, ſiquidem *obuelatio faciei Ieſu Chriſti*, uti bene ritum hunc deſcribit LYDIVS l. c. p. 101. pro reo et damnato habitum eum fuiſſe, arguit. Praeceſſit enim ſententia ὁμοθυμαδὸν pronunciantium eum mortis reum, *Marc. XIV. 64.* Nam reorum facies opertae, id quod ex Hamanis et Suſannae exemplis patet, *Eſth. VII. 8.* quo et referunt uerba *Ezech. XII. 6.* obuelabis faciem tuam etc. Addit laudatus uir: Hinc Romanorum ſimilis Conſuetudo. LIVIVS *Libr. I. Caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito.* Et paulo poſt: *Lictor, caput obnube liberatoris huius urbis.* TACITVS *Libr. IV. Annal. Trahebatur damnatus, quantum obducta ueſte et adſtrictis faucibus, niti poterat.* CVRTIVS *Libr. VI. de Philota: Dum obteguntur oculi, dum ueſtis exuitur, Deos patrios, gentium iura innocabat.* PROCOPIVS *libr. IX. Hiſtor. Arcan.* de miſſo in exilium ait, eum intempeſta nocte, obuelatum capite, conſtrictum uinculis et nauigio impoſitum, a ſatellite ad imperatas exilii ſedes deductum. Perſis hunc morem acceptum ferre, aequum eſt. De his ABEN ESRA *in Eſth.* ſic ſcribit: *Mos Perſarum erat, ut ſerui regis tegerent faciem eius, cui rex ſuccenſebat, ne amplius eum rex uideret. Et hoc notum eſt ex libris Perſarum.* Reis autem et damnatis tectam faciem fuiſſe, ideo arbitror, ut eos docerent ſcelerum pudore et dolore tangi. Nam etiam triſtes et pudibundi uultum olim obuelabant *Ier. XIV. 4.* Immo mortuorum uultus obtegebantur *Hiob. XL. 8. Prou. X. 6. Ioh. XI. 44. et XX. 7.* Itaque cum damnati mortuis accenſerentur, facies eorum tectas fuiſſe, minime mirum uideri debet. Sed de obuelandi ritu alibi plura diximus. Velatos tamen in maius ſubinde ludibrium denudabant, ἐμπτύσαντες εἰς τὸν πρόσωπον αὐτῶν, *conſpuentes in facies ipſorum, Matth.* XXVI. 67. XXVII. 30. id quod heroibus aliquando, uirisque in honoribus conſtitutis, contigit. PLVTARCHVS hoc de Phocione tradit σιωπῇ βαδίζοντι τῶν ἐχθρῶν τις ἐνέπτυσεν εἰς πρόσωπον. SENECA ad Helu. Cap. XIII. *Ducebatur Athenis ad ſupplicium Ariſtides, cui quisquis occurrebat, deiiciebat oculos etc. Inuentus eſt tam ſi, qui faciem eius inſpueret.* Quae hactenus ex ueterum adduxi monumentis, multum Cap. VI. com. 22. ἀΦορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, illuſtrationis poterat adferre.

CAPVT VII

§. 1.

Ad u. 19. σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, *Tu es, qui uenturus es.* Iam olim multi fuerant testati de ἐρχομένῳ, unde formula ברוך הבא, *benedictus qui uenit,* Messiam certo uenturum respiciebat, quam cum primis phraliologiam in epithalamiis Hebraeorum adhibebant, cum sponsos in domum nuptiarum abducerent, qua de re fusius egimus pag. 36. sqq. quo pertinebant praesertim uerba *Matth.* XXV· 6. ἰδοὺ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ; *Ecce sponsus uenit, egredimini in occursum eius*, acclamaturi חושיע נא ברוך הבא, *Hosianna benedictus, qui uenit* Matth. XXI· 9. Vid. BVXTORFF· *Synag. Iud. Cap. 28. p. 408.* CARPZOV· *de Chuppa Hebr. Cap.* III· §. 11. MENOCH· *de Republ. Hebr. p. 305. sqq.* DAN· HEINSIVS *in Arist. Sacro, p. 358.* Graeca ergo uox ἐρχόμενος non quemcunque significat aduentum, sed praegnanter et κατ' ἐξοχὴν aditum eiusmodi, quo foedus cum altero initur, *Jer.* XXXIV· 10. *Ezech.* XVI· 8. maxime illud arctissimum matrimonii uinculum, atque adeo ipsam ἔυνοιαν coniugalem, *Gen.* XIX· 31. לבא עליתו, *ueniendo super nos, Gen.* XXIX· 21. Graeci dicunt eleganter εἰσέρχεσθαι, βαίνειν, item συνοικεῖν. Certe CHRISTVS, sponsus noster, uenit nobiscum in foedus per nuptias personales et mysticas. De prioribus uaticinatus est ipse ἄσαρκος Ps. XL· 8. הנה באתי, *ecce uenio*, scilicet in plenitudine temporis ברוך, εὐλογημένος et εὐλογητὸς, priore uocabulo ad humanam, posteriore ad diuinam naturam, relato. Communis fere Hebraeorum est sententia, praesente formula ברוך הבא, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος, *benedictus qui uenit*, sponso adclamatum fuisse, et Messiae ἐρχομένῳ acclamaturos esse Israelitas.

§. 2. CHRISTVS sane, rex Iudaeorum, in urbem introductus Matth. XXI· excipitur hoc festiuitatis nuptialis uoto ac iubilatu: ὡσαννὰ υἱῷ Δαβίδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος, quo et regibus, qui συμβολικῶς Messiam ἐρχόμενον repraesentabant, olim obui-

obuiam ibatur, ubi ſimul conſuetudinis erat, ut reges floribus, coronis atque frondibus in uiis maxima cum pompa reciperentur, quod uidemus ex exemplo Iehu *2. Reg.* IX· *6. 13.* quae ſigna erant uictoriae ac triumphi apud Hebraeos, Graecos et Romanos. Adplicetur hoc in coeleſtem uictorem, quem populus tanquam regem, cui in anteceſſum de uictoriis deportandis eſſet gratulandum, ueneratur, unde CASP· SANCTIVS *ad Matth.* XXI· exiſtimat, haec uerba *Hoſianna-benedictus*, qui uenit, fuiſſe uerba uotiua acclamationis, qua regibus de regno gratulati eſſent. PERSIS quoque mos erat uias, per quas reges incederent, floribus et coronis ſternere, eorundemque in laudem carmina decantare, qua de re uideſis BARN· BRISSONII *de Regno Perſar. Libr. II· p. m. 598.* et SCHVRZFLEISCHII *Diſſert. de Ritu ſpargendi flores.*

§. 3. Ad u. 47. ἀΦέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε πολύ. *Remittuntur peccata eius multa*, QVONIAM *dilexit multum.* Mirum in modum nodus hic intricatus detorſit interpretes, in primis cum comma praetens a Pontificiorum, Fanaticorum, atque adeo omnium Synergiſtarum partibus ſtare uideatur. Dantur et hodie, qui proh dolor amorem immiſcent actui iuſtificationis, quod idem eſt, ac malum, fructum, ad eſſentiam arboris mali referre. Sed enim ſi negotium illud, omnino arduum, τεχνικῶς ac diſtincte conſideremus, omnis difficultas perfacile exſpirat et tollitur. Diſtinctiones, quas recentiores quidam, an ex ignorantia, quod ueriſimile mihi uidetur, an ex proaereſi, neſcio, infenſiſſimo proſequuntur odio, multum omnino adferunt ad reſoluendas controuerſias. Cum *1. Theſſal. V· 23. et Luc. I· 47. Corporis*, *animae et ſpiritus* iniicitur mentio, quaerunt Theologi, quid per *ſpiritum* heic intelligatur? Multi recentiorum exinde tertiam hominis partem fingunt, cum tamen δυχοτομία ſatis ſit in SCRIPTVRIS fundata. Noſtrates rectius ad diſtinctiones recurrunt, et ſumunt uocem hanc uel μετωνυμικῶς, cauſſa pro effectu poſita, uel συνωνυμικῶς et per ἐπεξήγησιν, ita ut ſit ulterior ſaltim per ſynonymum animae declaratio, uel etiam χρηματικῶς pro ſubiecto regenito in ſtatu ſpectato, alias cor, mens, facultas et uires, Herz, Gemüthe,

Vermögen und Kräffte, *Deut.* VI. *5.* X. *12. Matth.* XXII. *37. Luc.* X. *27. Marc.* XII. *30.* itidem eſſent ex numero partium hominis eſſentialium. Sic diſputatur, quomodo lex fuerit data per Angelos, durch der Engel Geſchäffte, et qua ratione Patriarchae et Apoſtoli futuri ſint iudices? Optime reſpondent ſcholae τεχνικῶς, id eſt, ſolide per diſtinctiones 1.) παραστατικῶς, *aſſiſtendo*, 2.) δοκιμαστικῶς, *ſententiam iudicis adprobando*, 3.) ἐπαινετικῶς, *Deum*, legislatorem et iudicem, *laudando.*

§. 4. Poſſem alia eiusmodi loca in ſcenam producere, niſi praeſens ſe offerret locus diſcuſſione ſane digniſſimus. Agit Euangeliſta de magna, praegrandique peccatrice, cui SERVATOR optimus in laudem teſtatur: *Multa ipſi peccata ſunt remiſſa*, QVIA *multum dilexit.* Vocula praeſertim ὅτι, *quia*, magnam difficultatem habet inuolutam, ſiquidem exinde diſſentientes inferunt, propter amorem erga Deum et proximum remitti peccata, atque adeo charitatem influere ipſum actum iuſtificationis. At enim uero CHRISTVS *non loquitur de cauſſa et forma* iuſtificationis, ſed *de ſtatu* iuſtificati. Quaerebatur, utrum Phariſaeus ſit coram Deo iuſtus, an mulier iſthaec? Phariſaeus primum apud ſe ſtatuebat, exiſtimando, ſemetipſum eſſe iuſtum, mulierem uero peccatis in maximis uolutari, uerſarique iam extra ſtatum gratiae, cui inani perſuaſioni CHRISTVS fortiter occurrebat, certiſſimo argumento a poſteriori, ſiue ab effectu, petito, demonſtrans, peccatricem eſſe in ſtatu gratiae conſtitutum, ὅτι, quia πολὺ, *multum*, id eſt, מאד, ualde, dilexerat. Amor enim eſt γνώρισμα et character fidei externus, unde CHRISTVS: *Ex fructibus cognoſcetis*, et *Joh. XIII. 35. In hoc*, ſcilicet amore, *cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei ſitis, ſi charitatem habueritis inter uos mutuam.* Atque ſic ὅτι capitur λογικῶς, uel συλλογιστικῶς, id eſt, *rationaliter*, *collective*, et uelut argumentatiue ab effectu, a ſigno, et redditur, ut Hebraeorum כי, per *Nam*, non uero αἰτιολογικῶς, *cauſſaliter*, ita ut l. c. ſignificet PROPTER. LVTHERVS perbelle: Die Liebe iſt frommer Chriſten Feld-Zeichen, daraus du ſieheſt, daß ſie unter JEſu Fahne gehören, wie iene groſſe Sünderin, die ſtand in Glauben und in der Gnade, weil ſie viel geliebt. Iſt eben ſo viel, als: Er iſt ein

Rho-

Rhodeſer-Ritter, weil er ein Creutz träget (denn er trägt ein Creutz) Er iſt ein Fürſt, weil er einen Stern auf der Bruſt führet, i. e. Denn er führet einen Stern auf der Bruſt. LEIGHIVS *in Critica Sacra p. m. 435.* Ὅτι *eſt particula non cauſſatiua, ſed illatiua, et rationalis, petita a ſigno.*

§. 5. Eodem ſenſu ſumitur Hebraeorum uocula כי pro NAM *1. Sam. II. 12. Filii ſacerdotis Heli nequiſſimi non audiuerunt uocem patris ſui*, כי, QVONIAM *Deus uoluit eosdem occidere*, ubi particula כי non eſt *αἰτιολογικὴ*, ſiue cauſſalis, ſed *συλλογιστικὴ*, id eſt, collectiua, quae non a priori ad poſterius, ſed a poſteriori ad prius argumentatur. Sic dicimus: Sol eſt ortus, quia dies adeſt, cum tamen dies non ſit cauſſa ſolis orti, uerum ſol exortus cauſſa diei, ſicut ſupra a nobis eſt commonſtratum. Dixeris, fides tamen non nili *ἐνεργουμένη*, ſiue formalis, id eſt, quae per charitatem efficax, uiua fides fidei mortuae oppoſita ſalutatur, et ſaluificat. Reſpondemus: Duplex hac ratione admitteretur error. Primum cum ueritate non conſonat, quod fides tantum per charitatem operatiua ſit uiua, ſiquidem haec phraſis duplici modo ſpectanda. Initio fides uiua dicitur *effectiue*, quae fructus oſtendit fidei et uitae ſpiritualis, quae quidem eſt efficax in ſtatu iuſtificati, non uero (quatenus nimirum ratione operum, quae tanquam fructus et effectus fidem inſequuntur, ſpectatur) in actu iuſtificationis, ubi amor, atque adeo omnia opera excluduntur. Exiſtimant diſſentientes, fructus hos fidei dare et largiri uitam, et absque operibus uel abſtractiue conſideratam omnem fidem eſſe mortuam. Verumenimuero, quemadmodum mala arbori neutiquam conferunt formam, eſſentiam et uitam, arbori competentem, ſed ſaltim de bonitate arboris uiuae teſtantur: Ita ſimiliter amor et opera fidei uitam, quam iam habet in actu iuſtificationis in ſe, non deferunt, uerum *συμβολικῶς* ſaltim de ſtatu iuſtificati teſtimonium ſuppeditant, ita, ut a poſteriori et effectu ad prius, ſiue cauſſam, non incommode poſſes argumentari *λογιστικῶς* et collectiue, ſicut iam a nobis eſt explicatum. Secundo fides uocatur uiua *formaliter* et in ſe, ubi ex uoluntate SPIRITVS S. dicitur אמונה, ueluti certiſſima *πληροφορία* et *ὑπόστασις*, *πίστις*

καὶ

ἡ ἔλεγχος ὧν βλεπομένων *Hebr.* XI· *1.* Quae partes eſſentiales conſtitutiuas reapſe complectitur, et haec fides ſola, non quatenus ipſam ἐνεργουμένην inſequuntur opera, ſed haec, inquam ſola, iuſtificat et ſaluificat, u. 50. id quod SCRIPTVRA S· aperte loquitur. Nam com. 50. non dicitur ἀγάπη, ſed ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, *fides tua te ſaluum fecit.* Peccatrix CHRISTI pedes exoſculata itidem per fidem iuſtitiam conſequebatur, cuius teſtis fidiſſimus erat amor et CHRISTVS ipſe, qui a dextra uel partibus ipſius ſtabat, παρακλητὸς noſter certiſſimus. Aduocati פרקלטי et סניגורי ſtabant a dextra partis in ius uocatae. Sic Zach. III· 1. *Satanas dicitur ſtetiſſe ad dextram Ioſuae*, ad ipſum accuſandum, aut cauſſam ipſius disiiciendam. De Meſſia praedicebat uates Pſ. CXIX· 31. *ſtabit Dominus ad dextram egeni, ad ſaluandum a damnantibus animam eius.* Nos ergo, ſi quis peccauerit, habemus παρακλητὸν JESVM CHRISTVM *1. Joh.* II· *1.* quem cum peccatrice uera fide amplectamur.

CAPVT IIX

§. 1.

Ad u. 4. et 10. Matth. XIII· 34. CHRISTVS loquitur per parabolas ἀνθρωπίνως, ſicuti Paullus propter infirmitatem carnis humanae, *Rom. VI· 19.* quo ſcilicet plebeii, eo citius, uirtutem uerbi ſui attendentes, efficaciam diuinam animaduerterent. Equidem, plerosque inter Chriſtianos hic diſcedere a nobis, probe nouimus. Reformatorum mens complurium eo redit, ac ſi CHRISTI conciones parabolis adfluxerint, ut non intelligerent Laici, quapropter hoc argumento Pontificii errorem de SCRIPTVRA, Laicis haud perluſtranda, defenſum eunt. LIGHTFOOTVS, u. 2. ſequentibus ex antiquitate uerbis praemiſſis: *Sic mos gentis*, inquit, *ut Magiſtri ſedentes praelegerent, diſcipulis ſtantibus. Qui mos honorarius, ad mortem Gamalielis ſenioris continuatus, tunc eousque periit, ut ſederent etiam diſcipuli, ſedente Magiſtro, Sotah Cap. IX· Hal. XV· et Gloſſa ex Megillah, ad u. 3. haec adiecit: Oratoriae Iudaicae nullum ſchema familiarius, quam Paraboliſmus. Eodem loquendi genere*

nere utitur Sāluator, cum uulgo ſemper ac ubique loquens eodemque frequentiſſime exordio, quo et illi in Parabolis ſuis למה הרבר רומה τίνι ὡμοίωϑη etc. (Vid. GOODW. *Moſ. et Aaron ad Marc.* IV. 30. *et Matth.* XI. 16. *p. m.* 12. *Pirke Abhoth Cap.* III. 17.) *Ac in eo ſic loquente et diuinam agnoſcas iuſtitiam, qui* CALIGINOSE *loquitur lucem ſpernentibus, ac diuinam pariter eius ſapientiam, qui uidentibus et tamen non uidentibus ſic loquitur, ut* CORTICEM VIDEANT, NVCLEVM NON VIDEANT. Sed enim, ter ab ſemita ueritatis LIGHTFOOTVM deſiſtere, cernimus.

§. 2. Primum, duo cum faciunt idem, non eſt idem, quanquam, CHRISTVM per ſimilitudines loquentem cum TALMVDICIS parabolizantibus eadem inceſſiſſe uia, negamus ac pernegamus. Horum dicendi ratio eſt abſtruſior, et tantum obſcuritatis inuoluit, ut mentem dicentis magis implicet, quam explicet; CHRISTI autem ars concionandi facilior fluit, ſimilitudinibus ab rebus cuilibet cognitis, atque uulgo quoque perſpectis, u. c. ab ſemine, agro, margarita, nuptiis atque ſic amplius deſumptis. Ergo Paraboliſmus Judaicus ab ſimilitudinibus CHRISTI tantum diſcedit, quantum terra diſtat ab ſiderum curſu et coelorum compagibus. Difficultas quidem, quod ſecundo erat monendum, relidet in rebus ac myſteriis propter exilitatem intellectus noſtri, ſed modus Chriſti proponendi dogmata perquam facilis uidetur, ita ut nullibi ſit caliginoſe locutus ad populum. Δυσνόητα recondit SCRIPTVRAE theſaurus, quae commodius difficultates dixeris, quam obſcuritatem, qua de re uide Theologos paſſim. Interim CHRISTVM ſimilitudinibus et adagiis in gente Judaica uſu receptis aliquando luſiſſe, nulli dubitamus. Parabola de Patrefamilias, conducente operarios in uineam ſuam, legitur in libro *Tanchum*, uetuſtiſſimo in Pentateuchum *Commentario fol.* 43. *col.* 1. *et Hieroſ. Beracoth. fol.* 5. 3. ſimilis fere extat: *Cuinam fuit R. Bon bar Chaiiia ſimilis?* למלך ששכר פועלים, *regi, qui conduxit operarios multos, inter quos fuit unus conductus, qui opus ſuum praeſtitit extraordinarie. Quid fecit rex? ſecum eum tulit, atque cum eo ambulauit hinc illinc* לעיתותי ערב, ὀψίας γενομένης, *uenerunt operarii iſti* ליטול שכרן, ἵνα λήψωνται τὸν μισθὸν αὐτῶν, *dedit-*

deditque ille iſti mercedem completam cum illis, ויהיו הפועלים אנו יגענו כל היום מתרעמין καὶ ἐγόγυζον οἱ ἐργάται λέγοντες. *Nos grauiter laborauimus per totum diem, hic autem non niſi per duas horas, et data eſt ei merces aequalis noſtrae.* Huc referunt nonnulli phraſes prouerbiales *Prou. XXII. 9. Matth. VI. 22. XX. 15. Luc. XI. 34.* Conf. *Deut. XV. 9. Prou. XXIII. 6. XXVIII. 22.* טוב עין, *bonum oculi*, id eſt, bonus oculus, ὁ ὀφθαλμὸς ἁπλᾶς, *oculus ſimplex*, ὁ ὀφθαλμὸς πονηρὸς, ubi oculus bonus Judaeis erat liberalis, oculus malus idem, ac animus auarus. Vnde GOODWINVS *in Moſ. et Aar. Libr. VI. Cap. II. §. 10.* de Primitiis erudite ſcribit: *Quidam dabant quadrageſimam ſuorum prouentuum partem, quae quia erat maxima, quae pendebatur in hac oblationis ſpecie, merebatur nominari ab ipſis* תרומת עין יפה, *oblatio oculi boni. Alii* (quamuis ad alterorum liberalitatem non aſcenderent, nihilominus, ne exiſtimarentur ſordidi) *ſoluebant partem quinquageſimam, quae merebatur dici* תרומה בינונית, *oblatio mediana. Alii, quos ſordidos tenacesque cenſebant, non plus quam ſexageſimam partem dabant, qua minus non licebat dare.* Hoc uocitabant תרומת עין רעה, *oblationem oculi mali.* Denominationem deſumebant ab oculo, ceu animi, cogitationumque indice. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. ad Matth. VI. 22. 23. p. m. 305.* proinde ſequentes ex antiquitate Iudaica citauit teſtes. *Trumoth. Cap. IV. Hal. 3. Haec eſt menſura Trumae, uel oblationis ſacerdotibus conceſſae* עין יפה א' מארבעים, *oculus bonus concedit unam ex quadraginta, id eſt, partem quadrageſimam.* Schola Schammaeana dicit, *unam ex triginta. Oculus medicus unam ex quinquaginta,* והרעה א' משׁשׁים *et oculus malus unam ex ſexaginta.* Hieroſ. Baua Bathra fol. 14. 4. נותן מתנה נותן בעין יפה *Qui dat donum, det oculo bono, et qui quicquam dedicat, dedicet oculo bono.* Vid. *Matth. XX. 15.* Hinc auaritia uocatur *ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, 1. Ioh. II. 16. oſtendit ergo hic Saluator, quantis tenebris animum obnubilet, atque obfuſcet auaritia, ac ſollicitudo nimia de mundanis.* Hactenus ille.

§. 3. Huiusmodi locutione prouerbiali utitur CHRISTVS *Matth. XIX. 24.* Facilius eſt, *κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ut tranſeat camelus per foramen acus,* qua difficultatem et impos-

impoſſibilitatem rei notabant. Talmud Babylonic. Tr. Berachot f. LV. Cap. II f. תרע דלא מחוו ליה לאינש לא דקלא ודהבא ולא פילה דעייל בקופא דמחטא *Scito homini non oſtendi uel palmam auream, uel Elephantem, qui per foramen acus intrat.* Vnde Gloſſa רבר שלא הורגל לראות *intelligitur res, quae nunquam uiſa eſt*, ולא הרחר בו מעולם *uel in mentem hominis adſcendit.* Eundem in locum referenda formula Matth. XXIII. 37. *colligere ſub alis* שכינה id eſt, Meſſiae, quae שכינה commorari dicitur in medio duorum, uel trium perluſtrantium legem, *Pirke Abhoth Cap. III. 2.* quod Chriſtus ad ſe adplicat *Matth. XVIII. 20.* De priore etiam phraſi admodum commemorabile, quod iisdem quoque uerbis apud Hebraeos legatur. Teſtem primum MAIMONIDEM auocamus, *Tract.* איסורי ביאח Cap. III. ab init. כן לדורות כשירצה הגוי לכנס לברית ולהסתופף תחת כנפי השכינה ויקכל עליו עול תורה צריך מילח וטבילח והרצאת קרבן ואם נקבה היא טבילה וקדבן וגו׳ *Ita uero perpetuo ſe habet, quando Gentilis foederi accedere, atque ſub alis Maieſtatis diuinae colligi uult, atque iugum legis ſubire. Tenetur talis ad circumciſionem, immerſionem atque oblationem ſacrificii.* Idem tradit *Melachim Cap. VIII.* להכנס תחת כנפי השכינה, *ad colligendum* proſelytas *ſub alas* שכינה, *diuinae Maieſtatis*, ſiue Meſſiae, quam formulam etiam ex Talmude colligit LIGHTFOOTVS, ubi ſimul gallinae mentionem fecit. TALMVDICI ergo per שכינה intelligunt Meſſiam ἐρχόμενον, quod alibi a nobis eſt confirmatum, de quo praeterea adſerunt, quod religionis Candidatos, filios foederis, ita enim adpellabantur proſelyti בני ברית, *filii foederis*, ſit ſub alas ſuas collecturus. Hinc CHRISTVS aduerſarios propriis ipſorum traditionibus conſtringere intendit, tacite ueluti commonefaciens: Vos exſpectatis שכינה et מימרא, Meſſiam, ut filios foederis colligat ſub alas ſuas, more ſponſi, qui colligebat ſponſam ſub extremitates pallii, (Vid. p. 33. ſqq.) uel ritu gallinarum, quae tegunt pullos alis ſuis; Ego ſum iſte Meſſias ἐρχόμενος, שכינה, λόγος et מימרא, qui contendi filios noui foederis euocare

care ſub alas meas, et noluiſtis. Quanquam ergo Saluatori noſtro parabolae, prouerbia et ſimilitudines, in gente Judaica non infrequentes, aliquando uenerint in mentem, non tamen propterea exiſtimandum, ipſum ad parabolas *Talmudicorum*, quae Cabbaliſmum et abſtruſiſſimas dicendi rationes ſapiunt, animum adplicaſſe. Tertio LIGHTFOOTVS cum ſuis errat, quando ſcribit: *Chriſtus caliginoſe loquitur, ut corticem uideant, nucleum non uideant.* Noſtro iudicio Seruator per ſimilitudines loquitur ad populum, eum in finem, quo et ſimpliciores, atque adeo homines rudes, mentem eo rectius poſſent capere. Nec enim obſtant uoculae ὅτι, ἵνα, μήποτε, quas pag. 16. explicuimus, ſicut etiam alibi controuerſiam iſtam ad ἀναλογίαν fidei examinauimus.

CAPVT X

§. 1.

Ad u. 4. Μὴ βαστάζετε τὰ ὑποδήματα καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε; *Nolite adiicere calceamenta et neminem, per uiam, ſalutaueritis.* Quaeritur, quid intenderit Seruator ſalutationem per uiam prohibiturus? BELLARMINVS inſulſe et ſatis friuole de Religioſis mandatum accipit, ac ſi Chriſtus ordinis eremitici uelut auctor ſuaſorque hcic extiterit. Sed quaero ex ipſo, quinam ſunt hodie ex opinione Pontificiorum ſeptuaginta diſcipuli? Nonne purpurati, quos Cardinales adpellitat Eccleſia Romana! At enim, quomodo eorum uiuendi ratio cum ſimplicitate, ruditate et obſcuritate eremitica conſonat, ſiquidem hi, λαμπρῶς καὶ λεπρῶς uitam in deliciis plerumque ducentes, uel ipſis principibus ſuperiores habentur. Sed manum de tabula! Verſiculus tertius nos in ſcopum a CHRISTO praefixum deducit. Quando enim ait: Ὑπάγετε, *abite, ecce ego mitto uos, ſicut agnos inter lupos*, tunc conditionem eorum miſeram lugentium ſqualori non abſimilem tacite denunciat. Inprimis u. 4. et 5. exulum ſtatus deſcribitur, quibus inconueniens ducebatur, portare βαλάντιον, circumferre πήραν, calceos adiicere pedibus, praetereuntibus, in uia

uia χαίρειν praemittere. Prima ſtatim nox ὑπαγειν uniuerſim hominibus communem omnium fugam, et ſigillatim legatis Dei, inter lupos emiſſis, exilium in memoriam reuocat, cuius fata p. 639. multum deplorauimus. Certe doctores in Eccleſia ſunt διάκονοι, qui κονίᾳ, *labori ſeruili*, dediti, inter puluerem deſudant (Vid. p. 618. ſq.) exules perpetui, ὑπηρέται et δῆλοι, quos inter illi nauibus, hi per terras continentes, tanquam ſerui, quos ſclauen adpellitat aetas noſtra, miſerrimam uitam inter gemitus et ſuſpiria traducebant, atque adeo גרי, ueluti exules, per tempeſtates huius mundi decurrebant. In primis diſcalceatum excurrere foras et in publicum, character erat moeroris et luctus ingentis. Ex quo capite Dauid exul oberrat יחף, *diſcalceatus*, *2. Sam. XV. 30.* et Achab metu perterritus ac poenitens ex opinione interpretis CHALDAEI, qui Hebraeum אט *1. Reg. XXI. 27.* uertit per יחיף, *diſcalceatus*, quo cum facit etiam JOSEPHVS *Libr. VIII. Antiq. Cap. VII.* γυμνὸς τοῖς ποσὶ, διῆγεν. SCHINDLERVS bene: *Et iacebat in ſacco, et incedebat* אט, *pedetentim, ſine ſtrepitu et impetu, ut moeſtus.* In triſtitiae ſymbolum in ieiuniis ſolemnioribus, in publica et feſtiua peccatorum deploratione, maxime die expiationis magno, ritus ille uenit in conſuetudinem, MISCHNICI *Tract.* יומא, *Cap. VIII. 1.* יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה: *Die expiationis prohibitus eſt eſus et potus, lotio, unctio, inductio ſandalii, concubitus coniugalis.* Adiicit GEIERVS ſcite de *Luctu Hebraeor. Cap. XV. 6.* Vbi quantum ad calceos ROBERTVS SHERINGHAM ſuper eodem titulo p. 193. obſeruat, intelligendum hoc de coriaceis. Poterant enim באנפלאות, *pilis*, qua de uoce prolixus eſt SELDENVS, *Vx. Hebr. Libr. I Cap. XIV. p. 102. ſq.* uel ſoccis ex panno, aut quauis alia materia confectis uti, cum perinde hoc ſit, ac ſi aliquis diſcalceatus incederet, id quod ex *Arba Turim* et *Men. B. Iſrael* comprobat. Eadem, quae in MISCHNA leguntur, habet ferme et JONATHAN PARAPHRASTES ad *Leu. XVI. 29. Adfligetis animas ueſtras, abſtinendo a cibo et potu, item a procreatione liberorum, et ab abſterſionibus et a calceamentis* etc. itemque HISKVNI apud *Druſium Cap. 56. ad Loca Leuit. difficil.* Eadem in *Synag. ſua Cap. XXI.* refert BVXTORFFIVS *p.*

m. 68. Non ergo tibi mirum uidebitur, quod CHRISTVS discipulis has ueterum consuetudines iniunxerit, cum in eo essent, ut magno N. T. die expiationis instante, poenitentiam agendam toti terrarum orbi indicerent.

§. 2. Deinceps gens Judaica, luctus testandi et mortui deflendi caussa, seligendos hos ad ritus deuenerunt, quod iterum patet ex MOSE AEGYPTIO *Cap. IV. Tract.* אבל *§. 3. Portantes feretrum,* אסורין בנעילות הסנדל, *arcentur ab induitione sandaliorum, ne forte corrigia sandaliorum alicuius ex eorum numero soluatur,* ונמצא מתעבה מן המצוה, *et inueniatur impeditus a bono opere,* alii uertunt, *a processione.* Idem l. c. *Cap. V. §. 1. Illae sunt res, quae lugenti prohibentur, die quidem primo, ex sententia legis, diebus autem reliquis ex traditione maiorum, nimirum 1. tonderi, 2. lauare uestes, 3. balneare corpus, 4. ungi oleo, 5. maritaliter cohabitare, 6. calceos induere, 7. facere negotium, 8. legere in libro legis. 9. erigere lectum, 10. nudare caput suum, 11. salutare. Summa rerum undecim.* De modernis Judaeis testis est BVXTORFF. *Synag. Cap. 35. qui principis funus deducunt, siue filii, siue proximi agnati, per 7. dies humi nudis pedibus sedere debent* etc. et item PAVLLVS FAGIVS *ad Deut. XIV. 1. nudis pedibus sequuntur funus,* nec non MINHAGIM *Cap. ult.* Wenn das מית (Verstorbene) noch nicht zu קבירה (Grab) ist kommen, darf der אבל (Leidtragende) nicht die Schuh austhun, nachgehends muß er die Schuh austhun, und sol sein Weib stehen lassen, ꝛc.

§. 3. Judaei non tantum luctus, et doloris ob peccata testandi gratia, calceos abiiciebant, uerum etiam alias ob caussas eosdem detrahebant. Ita de leuiro uiduam fratris defuncti negligente *Deut. XXV. 9. 10. Ruth. IV. 7. 8.* tale quid legimus, qua de re uid. SELDEN. *Vx. Hebr. Libr. I. Cap. XIV. p. 96.* Aliquando reuerentiae caussa corrigias soluebant, quapropter multae gentes, locos aditurae sacros, calceos exuunt. Repetunt cerimoniam a Mose et Josua, quibus DEVS calcei detractionem, ob loci sanctitatem, iniunxerat *Exod.* III. *5. Ios. V. 15.* Vnde sacerdotes, stante templo, non nisi discalceati comparebant in templo, quem in finem peculiare habebant conclaue, in quo,

gis arridet. De cetero de *Calceis Veterum* integros Tractatus reliquerunt ANTONIVS BYNAEVS et PETRVS CIACONIVS.

§. 4. *Salutatio intermissa* itidem commemorabilis est, de qua LIGHTFOOT ad *Luc. X. 4. p. m. 787. Visitatum erat*, inquit, *in ista gente, sub quibusdam rationibus non salutare omnino.*

Rambam in Moed. Katon Cap. ult. Lugens pro mortuo, septem primis diebus luctus sui, ne quemquam salutet.

Taanith fol. 12. 2. Si praeterierint tredecim ieiunia, quae indixerat Synedrium pro implorandis pluuiis, et non descenderant pluuiae, tum diminuunt de negotiatione, et de aedificatione, et de desponsationibus, et nuptiis, ובשאלת שלום בין אדם לחבירו, *et de mutua salutatione* (id est, ab his rebus abstinent) *sicut homines increpati a Deo.*

Ibid. fol. 14. 2. חבורים אין שואלת שלום ביניהם *Religiosi non mutuo salutant. Quod si quis de uulgo eos salutet, illi regerunt* בשפה רפה וכובד ראש, *uoce submissa et cum grauitate, et uelant se, et sedent sicut lugentes, uel sicut excommunicati.*

MAIMONIDES significanter admodum *Tract.* אבל, *Cap. V. §. 20. Vnde est, quod lugenti interdicta* שאלת שלום, *salutatio? R. Ea, quod dicitur Ezech. XXIV. 17.* ingemisce sile. *Totos ergo tres dies primos, cum quis salutem impertit lugenti, non repenit ille paria, uerum subinnuit, se uersari in luctu. A tertio autem die usque ad septimum salutanti reprecatur, et a septimo usque ad trigesimum salutat quidem alios ipsemet, uerum* אחרים אין שואלין בשלומו עד לאחר שלשים *alii non salutant ipsum, nisi post tricesimum. Immo si patrem, matremue quis lugeat, non salutant eum, nisi post 12. Quandoquidem ergo lugenti inhibita est salutatio, quanto magis inhibita erit sermonum multiplicatio, aut risus, cum dictum sit* דום, *sile. Qua de causa etiam non licet manu sua tenere* תינוק, *puellum,* (per quam uocem MAIMONID. *Tr.* אשה, *Cap. 2.* intelligit omnem puerum usque ad annum 13.) *ne ab eodem ad risum inducatur, neque etiam uisitare locum gaudii,* u. c. *domos conuiuiorum, aliaque his similia.* Idem commemorat

rat MAIMONIDES *Tit.* תענית, *Cap. V. §. 11. de ieiuniis die IX. Jul.* ob deſtructum Templum: *Sapientum diſcipuli non ſalutant ſe inuicem eo die, uerum ſedent* רוים, *miſerabiles ac ſuſpirantes, tanquam lugentes, et ſi eosdem quis de plebe ſalutet, referunt quidem, ſed labio ſubmiſſo capiteque pendulo.* Lugentes olim uiſitaturi mortuos ſedebant ad ſepulchrum taciti, moeſtique, abſtinentes ab ſalutationibus, cum primis uidui ac uiduae, unde iſti nomine אלמן, et hae notione אלמנה ueniunt, quae uoces *tacitos, mutos, moeſtosque* ſignificant, quo referunt Eſ. XLVII. 8. *Non ſedebo* אלמנה, *uidua tacita*, et Gen. XXXVIII. 11. *Sede* אלמנה, *tacita uidua.* Vide ea, quae Cap. XXVIII Matthaei p. 440. adiecimus. Si quid ergo coniiciendo poſſumus aſſequi, SERVATOR, ſalutationem diſcipulis per uiam inhibiturus, oculos reflexit partim ad lugubres caſus, doctoribus et Chriſtianis in Eccleſia euenturos, partim ad feſtum N. T. expiationis magnum, toti iam terrarum orbi denunciandum. Debebant enim praeconum poenitentialium onera in ſe ſuſcipere, atque adeo alta proclamare uoce: Μετανοεῖτε, *agite poenitentiam, appropinquauit regnum Dei* n. 9.

CAPVT XI. ET XII

§. 1.

Ad u. 1. Πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων. *Primum cauete uobis ipſis a fermento Phariſaeorum.* Marc. VIII. 15. Βλέπετε ὑπὸ τῆς ζύμης. *Cauete a fermento Phariſaeorum et Herodis*, Matth. XVI. 6. *A fermento Sadducaeorum.* Exinde ob ἐξήχησιν Matth. XVI. 12. relinquitur, Herodem falſae Sadducaeorum doctrinae fuiſſe deditum. Fermentum ergo falſam doctrinam, uulpinam Herodis fraudem, Phariſaicam hypocriſin et hominum impuritates denotat, quod ultimum ex 1. Cor. V. 6. 7. intelligitur, ubi Paullus iubet uetus fermentum expurgandum, id eſt, hominem, inceſtus conuictum, ex Eccleſia eiiciendum. Quemadmodum enim acida omnem liquorem, et fermenta totam maſ-

ſam perrepunt; Ita falſae doctrinae, hypocriſes et praui mores ſe per animos hominis uelut inflectunt, atque inſinuant, ut totus deinceps homo, per omnes facultates et animi uires corrumpatur. Panes propoſitionis, προθέσεως, Schaubrodte, quod omnino notari meretur, nec acida, nec fermentum oportebat influere, quia συμβολικῶς adumbrabant CHRISTVM, panem uitae, cui nullum malitiae et uerſutiae fermentum inerat. Vnde LVNDIVS ſcite admodum in Jüd. Heiligth. *Libr. I. Cap. XXV. p. 130.* Die Schau-Brod waren ungeſäuert, und ohne Sauerteig. Alſo iſt auch JEſus, das Brod des Lebens, gantz lauter und rein. Kein Sauerteig der falſchen Lehre iſt bey ihm geweſen, ſondern er iſt vielmehr der Weg, die Warheit und das Leben, *Ioh. XIV. 6.* Er hat auch keinen Sünden-Sauerteig bey ſich gehabt, ſondern er war heilig, unſchuldig, unbefleckt, von den Sünden abgeſondert, Hebr. VII. 26. Er wuſte von keiner Sünde, 2. Cor. V. 21. Er konte den Juden Trotz bitten und ſagen: Welcher unter euch kan mich einer Sünde zeihen? Joh. VIII. 46. Lex diuina de reiiciendo fermento naturali legitur Exod. XII. 15. Deut. XVI. 3. et Exod. XIII. 7. *Non conſpicitor apud te* חמץ, *fermentum, non conſpicitor apud te*, ſcilicet per ſeptem Paſchatis dies, שאור, ubi HOTTINGERVS per חמץ intelligit, in genere, omnia acida, aut quae ex fermentatione acedinem contrahere queunt, per poſterius fermentum farinaceum. Vnde, non ſolum panem ἄζυμον, ſed etiam cibos acidos, immo potum aceſcentem fuiſſe prohibitum, colligit. Haec quoque Iudaeorum eſt explicatio, quod patet ex Hilc. פסחים, Cap. III. 1. אלו עוברין בפסח כותח חבבלי ושכר חמרי וחומץ הארומי זיתום המצרי וכוי חומץ של צבמים *Paſcha uiolatur Cutach Babylonico*, ex pane mucido et lacte, *cereuiſia Medorum*, ex tritico, aut hordeo in aquis macerato, *fermento Idumaeorum*, qui ſoliti ſunt hordeum uino indere, usque aceſcat, *Zythos Aegyptiorum*, conſtabat tertia parte ex hordeo, tertia parte ex croco ſylueſtri, et alia tertia parte ex ſale, *infectorio ſucco Zuman*, eſt aqua furfure mixta. MAIMONIDES paullo aliter uetita commemorat *Hilc.* אין אסור משום חמץ בפסח אלא חמץ ומצה Cap. V. 1. ח מינרגן

חי מיני דגן בלבד הם שני מיני חטים שהם החטה
והכוסמת ושלשה מיני השעורים שהם השעורה ושבולת
אבל הקטניות כגון אורז ודוחן ופולים ועדשים וכיוצא
בהן אין בהן משום חמץ: *Quinque tantum frumenti ſpecies ſub fermento in Paſchate prohibitae ſunt, ſcilicet duae ſpecies tritici, ueluti triticum proprie ſic dictum, ſpelta et tres hordei ſpecies, quales hordeum proprie ſic dictum, hordeum ſylueſtre et auena, non item oryza, milium, faba et lens.*

§. 2. Legislatorem omnia promiſcue acida prohibitione ſua complexum eſſe, nemo facile, uerbo legis rite expenſo, uocabit in dubium. Volebat autem ſummus legis ſtator hoc ipſo ſignificare *συμβολικῶς*, omnem falſam, cuiuscunque demum ſit nominis, doctrinam, in primis idololatriam et morum prauitatem eſſe penitus eradicandam, contra *ἄζυμον* ſinceritatis atque ueritatis animabus noſtris immittendum. Vnde Paulus ſuos monet 1. Cor. V. 8. *Feſtum celebremus non in fermento ueteri, nec in fermento malitiae et uerſutiae, ſed in panibus fermento carentibus* etc. Inueſtigatio fermenti ope candelae peracta legitur apud MAIMONID. *l. c.* §. 4. אין בורקין לא לאור
חלבנה ולא לאור החמה ולא לאור האבוק אלא לאור
הנר: *Non inueſtigant fermentum ope ſplendentis lunae, aut ſolis, uel taedarum, ſed ope candelarum, niſi locus fuerit lucidus.* Quum ex lumine naturae falſitas doctrinae et morum prauitas in oculos mentis incidit, ſcrutinium rationis in ſubſidium uocari poteſt, ſed tutius eſt, et heic ad Scripturae lumen examen inſtituere. Dantur tamen falſa dogmata, quorum fermentum non niſi ope luceſcentis Scripturae cognoſcitur. Prius illud notent ſibi Syncretiſtae, Indifferentiſtae, omnesque adeo illi, qui elenchum cordatorum Theologorum extremos ad Indos relegatum uolunt. Poſterius animo ſuo penſitent omnes Naturaliſtae et alii, qui lumini naturae plus uirium, quam par erat, deferunt. Hebraei in fermentis inueſtigandis omnes angulos, minima quoque fruſta et micas panis colligendo, perquirebant, quod patet ex *Orach Chaiim. n. 433.* et ex MAIMON. *Hilc.* חמץ ומצה

iuſtum ordinem, certasque leges reſtrictam, commiſſam habebant; Et item uox ex ueterum Architectonica, ubi οἰκονόμοις τάξις, διάθεσις et οἰκονομία curae erant. οἰκοδεσποτεῖν, *domum adminiſtrare*, eſt uox ex iure Attico et Romano, qua ſignificatur ius illud, quod in recens nuptas tranſibat, cum primum domos maritorum ingrederentur. Graecis ideo οἰκοδέσποιναι audiunt, Latinis Dominae: ἡ μὲν ἐξουσία παρὰ τῶ νόμω δίδοται τῶν οἰκετῶν ἄρχειν (οἰκοδεσποτεῖν) ἅμα τῷ γημᾶσθαι. Facultas, ſiue poteſtas, a lege illis datur, ſimulac ducuntur, rei domeſticae curam agendi, quae ἐξουσία coniuncta fuit cum ἐπιμελείᾳ perpetua. Eum in finem recens nuptis, clauibus cinctis, ſolemniter ius illud conferebatur, unde et οἰκοδέσποινα ſalutabatur uxor, cui dabatur ab ancillis, puellisque honos et reuerentia. Similiter οἰκονόμοις et ἐπιτρόποις in domum introducendis claues porrigebantur in manus, ad rei domeſticae curam forti animo ſuſcipiendam. Hoc utroque ſenſu Apoſtoli, omnes ſalutis praecones, elegantiſſime uocantur Oeconomi et ἐπίτροποι, quibus myſteria diuina τάξις, ordo ſalutis et diſpenſatio donorum *Spiritus S.* excellentiſſima bona, ſunt concredita. Ipſos apud Hebraeos νομικοὶ, ſolemni ritu, τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως accipiebant. Ita legimus de R. Samuele, qui mortuus fuit ſine prole maſcula, ante uaſtationem Templi ſecundi: נתנו מפתחו ופנקסו בארונו מפני שלא בן וכו׳ *Dederunt clauem ipſius, et pugillares eius in arca*, ſiue loculo, *propterea quod non habuerit filium.* LVNDIVS in Jüd. Heiligth. Libr. IV. Cap. 17. p. 814. Es ſcheinet aber wohl, daß es einem ieden ohn Unterſchied nicht vergönnet geweſen, priuáta Collegia zu halten, ſondern denen allen, denen es vom Ober-Gerichte vergönnet worden, Luc. XI. 52. ſpricht Chriſtus von dieſen νομικοῖς, daß ſie den Schlüſſel des Erkenntniß gehabt. Es ſol bey denen Juden gebräuchlich geweſen ſeyn, daß wenn einer zum Lehrer gemacht worden, er auf die Catheder geſetzet, ihm ein Schlüſſel und Schreib-Taffel übergeben worden, der Schlüſſel zwar, die Geheimniſſe damit gleichſam aufzuſchlüſſen, die Schreib-Taffel aber, daß ſie ihre Sachen fleiſſig aufſchrieben, damit ſie es nicht vergeſſen, welche Schlüſſel und Schreib-Taffel ihre Nachkommen zum Gedächtniſſe verwahret, was ihre Vorfahren für Leute geweſen, und weil Rabbi Samuel keine Erben gehabt, ſey ſein Schlüſſel mit

der Schreib-Taffel neben ihm in Sarg geleget. Nach Ubergebung des Schlüſſels und der Schreib-Taffel wären ihn die Hände aufgelegt, und er darauf Rabbi, Doctor, oder Meiſter genannt. Vid. ALTING. *de Republ. Hebr. Schol. p. 107.* Huc trahunt nonnulli uerba *Matth. XVI. 19. Tibi dabo claues regni coelorum*, et *Luc. XI. 52. Vae uobis Legis peritis, quia tuliſtis clauem ſcientiae, ipſi non introiſtis, et eos, qui introibant, uetuiſtis.* De Oeconomo notanter dicitur, τῦ διδόναι ἐν καιρῷ σιτομέτριον, *ad dandum illis, iuſto tempore*, σιτομέτριον, *dimenſum cibum.* Nam huius erat munus, ciborum, poculentorumque certas partes, ſiue dimenſas portiones, ſingulis per domum diſtribuere, qualis mos in conuiuiis etiam obtinuit, qua de re diximus ad Matth. XXVI. p. 374.

§. 4. Ad u. 47. Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τῦ κυρίυ etc. *Ille autem ſeruus, qui cognouit uoluntatem domini ſui, nec fecit ſecundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis.* Quomodo γινώσκειν et ידע, *cognoſcere*, in SCRIPTVRIS ſignificet emphatice et ſpecialiſſime, tegmine faciei abiecto, aliquam agnoſcere pro uxore, per Metonymiam, cum aliqua concumbere, p. 33. et 75. percepimus? Hoc praeſertim loco, quaeſtio poterat moueri, utrum notitia *irregeniti orthodoxi*, hoc eſt, illius qui nouit uoluntatem Domini, nec facit ſecundum uoluntatem eius, ſit Theologia uera? Qui negatiuam amplectuntur, hodie perquam multi ſunt, quorum tamen nomina ſilentio praetermittenda duco. Interim plerosque ex dioriſticae artis ignoratione in negatiuam inclinare, manifeſtum eſt. Nos adfirmatiuam absque omni exceptione defendendam putamus, quam pererudite, ſolideque IANVS noſter νῦν ἐν ἁγίοις, SCHROEERVS et HILLIGERVS, aliique ab his adlegati defenſam iuerunt. Licet autem multitudinem argumentorum hae paginae uix ſint capturae, tamen, quaedam heic monere, aliorumque argumentis adiicere, in primis utile erit, et perquam iucundum. In anteceſſum uero monendum, diſtinctionem inter notitiam ſimplicem et compoſitam, ſiue emphaticam et praegnanter ſic dictam, et item inter Theologum et Chriſtianum probe eſſe attendendam. Quo igitur ſingula in compendium mittamus, ex *Actis* noſtris *Academicis* A. C. MDCC XXII. et XXIII potiſſi-

ma

ma iam argumenta diſſentientium repetenda puto, quae ſunt ſequentis tenoris I. Diejenige, welche den Heil. Geiſt in ſich nicht wohnend haben, ja denſelben wiederſtreben, die können auch keinen habitum Theologiae in ſich haben. Atqui die Unwiedergebohrne etc. Reſp. 1. diſtinguendum inter gratiam SPIRITVS S. inhabitantem, quae iuſtificationis conſequens, et aſſiſtentem, quae iuſtificationem antecedit. *Apoc. III. 20. Cant. V. 2.* a negatione gratiae inhabitantis ad negationem omnis gratiae etiam docentis, et aſſiſtentis, non ualet conſequentia 2.) diſt. inter gratiam praeuenientem, praeparantem, perficientem, cooperantem etc. 3.) Committitur μετάβασις εἰς ἄλλο γένος ratione *Subiecti* et *Praedicati*. Diſſentiens debebat ſic inferre: Diejenige, welche den Heiligen Geiſt in ſich nicht wohnend haben ꝛc. ſind keine ueri Chriſtiani. II. Diſſentientes ita argumentantur: Diejenige, ſo den Geiſt der Wahrheit nicht empfangen können, ſind auch keine wahre Theologi, Atqui irregeniti E. *Joh. XIV. 17.* Reſp. πνεῦμα τῆς ἀληθείας opponitur h. l. illis, qui habent α.) cupiditates mundi *1. Joh.* II. *16.* β.) errores mundi, *1. Cor.* I. *20.* qui utroque ſenſu ſunt filii huius mundi, toti et ſimpliciter carnales ac ψυχικοὶ, *1. Cor.* II. *14.* qua uoluntatem et intellectum *Eph. IV. 18.* uti pagani, qua tales, et hi neutiquam ſunt ueri Theologi, quia nondum illuminati ratione intellectus. At enim Theologos orthodoxos irregenitos tales eſſe, negatur in totum. Diſtinguendum eſt inter orthodoxum irregenitum, et inter heterodoxum. III. prouocatur ad *1. Joh.* IV. *8.* Wer GOtt nicht kennet, iſt kein wahrer Theologus, Atqui irregenitus etc. Reſp. Committitur fallacia compoſitionis. Diſtinguendum cum GERHARDO ex *Harm. Euangel. ad Joh.* XIV. *Cap. 76. p. m. 1309.* inter γινώσκειν, ſiue nudam et ſimplicem notitiam, quam dixeris cum Germanis kennen, et inter emphaticam, praegnanter ſic dictam, affectiuam cum deſiderio, adprobatione, et dilectione, quam dixeris erkennen, quo ſenſu et uox Hebraea ידע ſaepius occurrit ex antiquitate illuſtranda. Feminae olim tegumentis iuerunt foras, et ſponſus primum ſponſae adſpectum donis, quae propterea προσφθεκτήρια uocabant, ſolemniter acquirebat, unde notio ידע agnoſcere aliquam ſponſam, uel uxorem, et μετωνυμικῶς concumbere cum aliqua, ſubnata. Grae-

ci

ci adpellitant χαριτόειν, unde χάρις. Juuenis, qui, de facie nouit uirginem deformem, decrepitam ac monſtroſam, uere qua ſimplicem notitiam cognoſcit illam, etiamſi haec notitia nec cum matrimonii contrahendi deſiderio, nec cum amoris Chriſtiani deferendi adfectu ſit coniuncta. Diſtinctionem hanc inter notitiam ſimplicem et compoſitam in ipſa SCRIPTVRA uides comprobatam. De ſimplici notitia legimus *Rom. II. 18.* καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα etc. *Luc. XII. 47.* δοῦλος ὁ γνὺς τὸ θέλημα, quo et referri poterant uerba: *Si hoc cognoueritis, beati ſi feceritis.* Emphaticam tradunt ſequentes loci, *Matth.* VII. *23. Nunquam noui uos, diſcedite abs me operantes iniquitatem, Joh. X. 14. 27.* XVII. *25. Ego ſum paſtor ille bonus, et cognoſco oues meas, et cognoſcor a meis, 2. Tim.* II. *19. Solidum tamen fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: Nouit Dominus, qui ſint ſui etc.*

§. 5. Quartum diſſentientis argumentum ita ſonat: Wer die Erkäntnis der Warheit hat ſecundum pietatem in der Hoffnung des ewigen Lebens, der iſt allein ein wahrer Theologus, Atqui ein irregenitus hat die Erkäntnis der Warheit ſecundum pietatem nicht, E. *Tit.* I. *1.* SPIRITVS S. praeter notitiam requirit praxin, ut actu ſeſe exerat in eodem ſubiecto. Reſp. I. κατ' ἄνθρωπον, et quidem κατ' ἀτοπίαν. Atqui Epiſtolae Paulli, et reliqua codicis uolumina non credunt in CHRISTVM, nec ſancte uiuendo opera charitatis exhibent, E. non habent ueram Theologiam. Syſtemata theologica non habent ſibi coniunctam ἐυσέβειαν, nec diſſentiens annexuit, nec innexuit libris ſuis amorem Chriſtianum, nec credidere libri hi in SERVATOREM, nec opera praeſtitere charitatis, E. non habent ueram Theologiam. Indirecte diſſentientes, Biblia ueram continere Theologiam, negant ac pernegant, quia certe Biblia ipſorum nec DEVM amant, nec credunt in optimum SERVATOREM IESVM CHRISTVM. Videmus exinde, quod ἐυσέβεια, ſenſu diſſentientium accepta, non pertinere poſſit *formaliter* et conſtitutiue ad ueram Theologiam, quia nempe poteſt abeſſe in Syſtematibus, Eccleſiae Symbolis, ipſisque adeo Bibliis, ſalua manente rei, id eſt, ueritatis metaphyſicae, eſſentia. De ueritate SCRIPTVRAE nihil detrahitur, ſiue textum

tum in caeruleam conieceris membranam, siue in albam retuleris. Medicinae probatae nihil, ut ita loquar, de ueritate decedit, licet Medicus dissolutam sequatur uitam. ICti legalis notitia et lata sententia manet uera, etiamsi JCtus ipse peccatis rei, cui poenam dictitat, sit implicatus. Si Theologus tantum habet ueram notitiam, qui cum notitia praxin coniungit, sequitur ui oppositorum, Theologi regeniti de haeresi et peccatis notitiam uel plane non esse ueram, uel huiusmodi Theologum ipsum oportere esse talem haereticum, moechum, furem etc. Si notitia tantum uera est, quae praxin habet coniunctam, sequitur, regenitum, ex statu gratiae per peccata proaeretica excidentem, amittere ueritatem Theologiae, sequitur, eruditum, quoties peccet, abire ex tempore uel in idiotam, uel in haereticum, et, simulac resipiscat, illico transmutari in eruditum Theologum et orthodoxum. Respondemus porro ad obiectionem, *quod Logice saltem, non metaphysice sit uera* notitia orthodoxi impii, κατ' ἄνθρωπον, et quidem κατ' ἀδύνατον. Quia omnis ueritas Logica, quae alias dicitur ueritas in cognoscendo, fluit ex ueritate Metaphysica, hoc est, ex ueritate in essendo. Hoc est omnis ueritatis Logicae fundamentum fluit ex ueritate essentiae, E· impossibile est, ut detur ueritas Logica absque ueritate Metaphysica. Quando GRATIANVS Logicę conceptum auis sibi format, non opus est ad ueritatem, ut ipse sit auis, aut ut cantum auis imitetur, sed sufficit, si conceptus Logicus essentiae auis sit conformis. Respondemus porro κατ' ἄνθρωπον, ex concessis. Theologia irregeniti, iudice ipso GRATIANO, uera est in se, ratione subiecti, *actu primo*, E· et ὄντως, ratione essentiae et metaphysice. Consentit BVDDEVS *Phil. Instr. P. IV· C. IV· §. 1. p. 286. Actum diuidunt in primum et secundum, per illum ipsam rei essentiam* (essentia autem est ueritas metaphysica) *intelligentes*. Deinde respondemus κατ' ἀλήθειαν, directe. πρῶτον ψεῦδος est, quod a dissentientibus, ex Philosophiae ignoratione, committatur fallacia non caussae formalis, ut caussae formalis. Pietas κατὰ δόγμα pertinet quidem essentialiter ad praedicationem uerbi diuini, siliquidem praeco et fidem et charitatem, et credenda, et agenda, inculcat sedulo, sed κατὰ πρᾶγμα sensu dissentientis sumpta,

ſtro iudicio non ſola bonorum operum exercitia, ſed fidei ἐνέργειαν, θεοσέβειαν, das thätige und lebendige Chriſtenthum, qua per fidem in iuſtificatione meritum CHRISTI prehendimus, per inhabitationis gratiam in renouatione ſancte uiuimus, κατὰ δόγμα connotat. κατὰ, iudice GROTIO et CALOVIO *Tit. I. 1. 1. Tim. VI. 3. 2. Tim. I. 1.* non ſtatum et conditionem Subiecti Euangelium annunciantis, ſed materiam et finem Apoſtolatus innuit, unde LVTHERVS: zur Gottſeeligkeit. Quod ſi etiam κατὰ ſumatur *normaliter* et *obiectiue*, diſſentiens tamen exinde nihil lucraretur, quod εὐσέβεια utique debet eſſe materia, obiectum et norma noſtrae ἐπιγνώσεως, ſiue conceptus Logicus iſte debet fluere ex eſſentia, ex ueritate Metaphyſica.

§. 6. Diſſentientes quinto ſic inferunt *1. Tim.* III. *2. ſqq. 8. Coll. Tit. I. 6. 1. Tim.* I. *18. 19.* III. *9.* IV. *7. et 12. 16. Tit.* II. *7.* etc. *Paulus uult, ut ipſi habeant* εὐσέβειαν *doctores et* μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, *item* γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. Reſp. Committitur ſtatus controuerſiae mutatio. Non enim quaeritur, an uitae ſanctitas in Theologo neceſſaria ſit neceſſitate praecepti et expedientiae, ſed an pietas haec neceſſaria ſit, neceſſitate formae et ſimplicis exigentiae. Poſterius uult GRATIANVS contra mentem Pauli. Quis enim crederet, Paulum Accidens et fructum habuiſſe pro forma, extraeſſentiale pro eſſentiali. Certe Paulus ſic omnibus ſuis epiſtolis ueritatem denegaſſet. Argumentum, cui magnum ineſſe robur creditur, deſumitur ex *Rom. II. 20. Paulus irregenito tantum* μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας *tribuit, quid autem* μόρφωσις *denotet ex 2. Tim.* III. *5. intelligitur.* Reſp. Μόρφωσις τῆς γνώσεως, ſiue forma cognitionis et ueritatis *Rom.* II. *18.* non ſignificat ſpeciem inanem, formam fucatam, ſiue δόκησιν, uti *2. Tim.* III. *5.* ſed ſenſu metaphyſico ipſam eſſentiam rei, quemadmodum et Latinis forma ſumitur pro eſſentia. *Rom.* VI. *17.* τύπος διδαχῆς *2. Tim. I. 13.* ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων τῶν λόγων et *Gal.* IV. *19.* μορφωθῇ χριστὸς ἐν ὑμῖν ueram formam denotat. Certe quod *Rom.* II. μόρφωσις ueram deſignet formam, intelligitur clare ex praedicatis. Dicitur enim 1.) γινώσκειν *uoluntatem Dei*, 2.) δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα, 3.) *in lege diuina inſtitutus*, 4.) *alios uera docere*

Exemplar Bibliothecae Regiomontanae

Anno 1671. Sir Matthew Hale, Knight, Lord Chief Baron of the Exchequer, was made Lord Chief Justice of the Court of Pleas, and Sir Edward Turner, Knight, Lord Chief Baron of the Exchequer, in the room of Sir Matthew Hale.

$$\mathbb{E}_{\mathbf{x}}\left[\left(\frac{\partial \log p_{\theta}(\mathbf{x})}{\partial \theta_i}\right)^2\right] = -\mathbb{E}_{\mathbf{x}}\left[\frac{\partial^2 \log p_{\theta}(\mathbf{x})}{\partial \theta_i^2}\right] \tag{A.1}$$

Proof. Let $\ell(\theta) = \log p_{\theta}(\mathbf{x})$ denote the log-likelihood. Differentiating twice with respect to θ_i yields

$$\frac{\partial^2 \ell}{\partial \theta_i^2} = \frac{\partial}{\partial \theta_i}\left(\frac{1}{p_{\theta}(\mathbf{x})}\frac{\partial p_{\theta}(\mathbf{x})}{\partial \theta_i}\right) = -\frac{1}{p_{\theta}(\mathbf{x})^2}\left(\frac{\partial p_{\theta}(\mathbf{x})}{\partial \theta_i}\right)^2 + \frac{1}{p_{\theta}(\mathbf{x})}\frac{\partial^2 p_{\theta}(\mathbf{x})}{\partial \theta_i^2}.$$

Taking expectations and using $\mathbb{E}_{\mathbf{x}}\left[\frac{1}{p_{\theta}(\mathbf{x})}\frac{\partial^2 p_{\theta}(\mathbf{x})}{\partial \theta_i^2}\right] = \frac{\partial^2}{\partial \theta_i^2}\int p_{\theta}(\mathbf{x})\,d\mathbf{x} = 0$ gives the result. $\square$

Lemma A.2 (Bounded score). Under the assumptions of Theorem 3.1, there exists $G < \infty$ such that $\left|\frac{\partial \log p_{\theta}(\mathbf{x})}{\partial \theta_i}\right| \le G$ for all $\theta \in \Theta$ and all $\mathbf{x}$ in the support of p_{θ}.

Proof. Compactness of Θ and continuity of the score in θ imply boundedness on the support. $\square$

Fig. 1. Nest of Common Tern on Ravenglass Gullery, 1 June 1951.

Fig. 2. Nest of Common Tern on Ravenglass Gullery, 1 June 1951.

Fig. 3. Nest of Common Tern on Ravenglass Gullery, 1 June 1951.

Wie ich mich freue, daß ich dich gefunden!
Wie ich mich freue, daß ich dich gefunden!

καταλάβητε; *An neſcitis, quod, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit praemium? Sic currite, ut comprehendatis.* Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος etc. *Omnis autem, qui certat, per omnia temperans eſt* etc.

§. 2. Non autem omnes promiſcue ad quodcunque certamen admittebantur, ſed tantum per omnium ora δόκιμοι, explorati ſtemmatis, uirtutis comprobatae, manifeſti roboris ac uelocitatis uiri, aſſiduo luctandi ſtudio, indefeſſo labore, multoque dierum uſu a teneris exercitati, in athletarum catalogos ſolemniter recipiebantur, quique adeo ſpem aliquam victoriae palmas reportandi ſuſcitarent, cuius rei fidem faciunt PLATO de *Legibus Libr. III. f. 830.* PLVTARCHVS *L. V. Sympoſ. Probl.* Qu. II. PAVSANIAS in Meſſen. f. 89. Quo fraus ac dolus abeſſet quam longiſſime a ciuibus Gymnicis, iuramentis ad Iouis, cognomine ὁρκίου, ſimulacrum in ſenatu Eleo obſtringebantur, qua de conſuetudine conf. PAVSANIAS in *Eliacis f. 135.* et ALEXAND. SARDVS *de Moribus Gent. L. III. c. 22.* Vitae per artem Gymnicam curſus certis legibus atque regulis dirigebant, quarum promulgatio fiebat a *praecone*, a Graecis κήρυξ uocato, qui ex eminentiore loco per tubam leges promulgabat, ſignificato certaminis ineundi genere, reportandoque praemio certaturos ad pugnas prouocabat, concitabatque, tandem victoribus palmam deſignabat ac deferebat. Vid ISIDORVS PELVSIOTA Ep. L. III. ὁ κήρυξ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων τὰς νικῶντας ἀναγορεύει ἀγῶνα τοῖς ἄλλοις διατιθείς. *Praeco exterorum ludorum victores pronuntiat, et certamen aliis proponit.* De Curſoribus Veterum Gymnicis erudite IOH. FRIDERIC. GVNTHERVS §. 14. p. 23. Curſores, qui ab agonibus ἱεροῖς, uti illud ex Philoxeni Epigrammate patet, ἱεροδρόμοι dicuntur, a κήρυκι, ſeu *praecone*, ad certamen ex athletis, primum omnium ac praeter ceteros Antagoniſtas, in ſtadium, prout quemque ſors elegerat, uocari, atque citari, honorem habebant. Id haud male, ut opinor, colligi poteſt, non ſolum ex DIONIS, in uita Neronis, Cap. XXI. uerbis: οὐδὲ κάλεσαν εἰς τὸ στάδιον παλαιστὴν οὐδένα. Sed etiam, quando Athenienſis hoſpes apud PLATONEM ita docet, L. VIII. de Legg. f. 833. σταδιοδρόμων δὴ πρῶ-

Mémoire sur la Marine, par Duhamel du Monceau, 1763.

niebat, ut metam aſſequeretur, EVRIPIDES dixit, ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμήν. Longinquas enim et ultimas lineas ſibi admonebat, qui propiores eas faciebat curſu, et contingebat.

§. 5. Curſus, pro uarietate ſpecierum, in anteriora, poſteriora, et orbem ab Antyllo, uariatus, non uno modo abſoluendus erat. Alius enim et minimus, unius curriculi ſpatium comprehendebat, unde, ſecundum ISAACVM TZETZEM, *Hiſt. L. III.* ἁπλῶν ποιησαντες τὸν δρόμον, σταδιοδρόμοι, et, qui in eo decurrendo inſignis artifex et praeſtantiſſimus erat, σταδιεῖς, dicti fuerunt; alius, in quo maxima ſcriptorum pars conſentit, duplex curriculum, ſeu ſtadium, ſine recurſu in longum, complectebatur, quod ipſa non ſolum, quam acceperat, uox δόλιχος, et ab hoc δολιχοδρόμοι, declarat, ſed etiam, aduerſus SVIDAM, δόλιχον ſtadio longiorem fuiſſe, Epigramma Parmenionis Graecum, ex illo prolatum a POLLVCE, Onomaſt. *L. III.* et Prouerbium, μὴ ζήτει ἐν σταδίῳ δόλιχον, quo ſignificatur, *in re minori non maiorem eſſe quaerendam*, magis adhuc confirmat: alius denique δίαυλος, curſus geminus, ad eandem ſtadii partem retracti ſpatium, de quo ſcholiaſtes apud Ariſtophanem, qui, f. 396. δίαυλος inquit, ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ, τῷ πληρῶσαι τὸ σταδιον καὶ ὑποστρέψαι. Vid. poſt PHILONEM, f. 37. praecipue PAVSANIAS, *Eliac. L. I. f. 165. ed. Wechel.* Hinc, qui geminum a carceribus ad metam ſtadii curſum legerent relegerentque, Διαυλοδρόμοι appellabantur.

§. 6. Quaelibet curſus ſpecies inter certamina primum antemeridiana, ſub auroram, et ſtatim ab exortu ſolis, a ſic dictis incipiebarur carceribus, in qua curſione currentibus ad metam contendendum erat, et quidem, (1) relictos poſt tergum non retroſpiciendo (2) τὰς συνδρόμους, ſiue antagoniſtas concurrentes, anteuertendo, et (3) contentionem ad calcem usque ſeruando. Praeteritos enim extremos inter euntes, quod HORATIVS habet, contemnentes negligebant, et contra uincentibus, quia ſignificante PLVTARCHO, f. 908. edit. Ald. ἡ νίκη τῶ φθάσαντος ἦν, *uictoria eius erat, qui alios anteuertebat*, ut iſtis antecederent, inſtabant, ad quod praeſtandum

[illegible] [illegible] [illegible] [

Ⅱ. Ⅱ. Ⅱ.

tatem corporis, qua ſummopere indigebant, tum in curſu, tum in pugilatu, ſed eum corporis adipiſci nitebantur habitum, quo et uires, et agilitatem, conſequerentur. Simile confirmat LVCIANVS *de Gymnaſiis L. I.* Athletas, ſeu gymnicis certaminibus crebro exercitatos, deſcribendo: ὅτε ῥικνοὶ καὶ κατεσκληρηκότες, οὔτε περιπληθεῖς εἰς βάρος· ἀλλ' ἐς τὸ σύμμετρον περιγεγραμμένοι, τὸ μὲν ἀγρεῖον τῶν σαρκῶν καὶ περιττὸν τοῖς ἱδρῶσιν ἐξαναλωκότες, *neque ſunt rugoſi et aridi, neque granditate graues, uerum iuſta menſura circumſcripti, quippe qui inutilem et ſuperfluam carnium partem ſudoribus abſumpſerunt.* Neque tantum, iuxta legum conſtitutiones, cibi potusque ingurgitationem et ſomnolentiam uitabant, ſed etiam, teſte HORATIO, Venere, optatam curſu contingentes metam abſtinebant. Corroborant illud autoritate ſua CLEMENS ALEXANDRINVS, de athletis haec proferens, δι' ἄσκησιν σωματικὴν ἐγκρατεύεσθαι, καὶ ἀφροδισίων ἀπέχειν, *propter exercitationem corpoream eſſe continentes et abſtinere a uenereis:* AELIANVS, p. 13. *de loco Tarent.* prodens, ὑπήξατο σωφρονέστερον τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον διαξήσας, καὶ κεκολασμένῃ τροφῇ διαβιώσας, καὶ ἀφροδίτης ἀμαθὴς διατελέσας, *qui ſobrie per uniuerſum certandi tempus uixit, moderato cibo uſus, et a Venere per totam uitam abſtinens.*

§. 10. Praeterea ad eam ſupra deſcriptam *Curſorum* curam, quae ad corporis agilitatem faciebat, accedit et illud, quod, ut, remotis omnibus impedimentis, ad decurrenda ſtadii ſpatia quam leuiſſimi fierent, neque ulla re implicarentur, etiam ueſtimenta, quae ſaepius tardabant, abiicerent, et γυμνοὶ καὶ ἀχίτωνες, *nudi et ſine tunica,* ut Porphyrius *de abſtinent.* loquitur (unde et γυμνασταὶ, *curſores gymnici*, i. e. *denudati*, uocabantur) adhibito interdum ſubligaculi cingulo, ut pudor et honos oculis ſeruaretur, currerent. Quo PAPINII uerba ſunt referenda, quae, de nudatis curſoribus et eorum uelocitate pedum, *Thebaid. L. VI.* ita ſcribens, conſignauit: *nuda cohors uolucres iisdem modo tardius aruis Iſſe uidentur equi.* uid. ISIDORVS PELVSIOTA, *Epp. L. III. Ep. ad Heraclium, Epiſcopum 202.* ISIDORVS HISPALENSIS, Originum *L. XIIX. c. 40.* IVL. POLLVX. *L. III. c. 30.* THVCYDIDES, *Hiſt. L. I. f. 3. ed. Steph.*, PAVSA-

NIAS, Atticorum in extremo *f. 32.* EVSTATHIVS, *f. 1837.* PHILOSTRATVS, *L. VI. de Apoll. f. 36.* ACHILLES Eretrienſis *apud Athenaeum, ſub initium L. X. Deipnoſoph. de athletis.* At enimuero nonnunquam genere quodam calceamentorum utebantur, quod ἐνδρομίδες, quaſi, *calcei curſorii*, uocabant, de quo POLLVX, *L. III. c. 30.* dicit: ἔτω δὲ ἐκαλοῦντο τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα. Inſuper etiam denudatas corporis partes Curſores non minus, quam luctatores et pugiles, oleo perungere ante certamen conſueſſe, STATIVS idem PAPINIVS, de Arcade Parthenopaeo, certamen curſus cum aliis inituro, *Thebaid XI.* indicat, idque, conſentiente LVCIANO, in Dialogo περὶ γυμνασίων, et MERCVRIALI, A. G. *L. I. c. 8.* ideo factum fuiſſe, *ut membra emollita, ſine ullius ruptarae periculo, labores ſuſtinerent, et ad conducendos motus praeparentur.* Confer. ALEXAND. APHRODIS. *L. I. Probl. 119.* Neque hic praetereunda eſt athletarum ὁπλομαχία, cuius uſus, quamuis militiae, quam curſui, aptior uideatur, quandoquidem ſine adiuncto armaturae inſtrumento, miles neutiquam conſiſtere atque aduerſarium uincere poteſt; interim tamen, quia gymnicae et athleticae exercitationes, quae celeritatem et agilitatem pedum, manuum ac totius corporis, primum omnium una comprehendunt, nihil aliud, quam rei militaris praeparationem, complectuntur, et PLATO, *L. VIII. de Legg. f. 833.* ψιλὰς δρόμους, h. e. *inermes curſores*, reſpuit, ideo ὁπλιτοδρόμους admittere, et approbatos inter athletas recipere, non dubitarunt. Sicuti etiam Feraeum Demaretum, cum clypeo Curſorem, primum uictorem declaratum fuiſſe, PAVSANIAS, *Eliac. I. f. 121.* multis fide digniſſimis uerbis declarauit.

§. 11. His obſeruatis, ad illa denique poſt curſuram animaduertenda curſoribus, perueniendum eſt, quibus inter alia praecipue omnium erat *index*, ſeu βραβευτὴς, *teſtis* et *praemium.* Vtrumque enim, aut gloria, aut ignominia, curſum finientes, manebat, de quibus priorem uictor, metam primus attingens, poſteriorem uicti, poſt tergum relicti, nanciſcebantur. Nam, τὺς ἀπολειφθέντας, affirmante PLVTARCHO, ὃ ςεφανῦσι, h. e. *derelictos*, ſiue τὺς ἁπλῶς ἡττηθέντας, *qui*, iuxta EVSTATHIVM

in

in HOMER. Iliad. ψ. *plane ſuperantur, non coronant.* Nemini uero absque iudicio Ἑλλανοδικῶν audito, ad quos athletae poſt certamen peractum accedebant, et ſine impetrata ab ipſis, cum ſolemni commendatione uirtutis et celeritatis, facultate, praemium auferre, licitum erat; unde AELIANVS, *Var. Hiſt. IX. 31.* de uictore ita loquitur: ἀπιὼν πρὸς τοὺς ἑλλανοδίκας, ἵνα λάβῃ τὸν στέφανον, *cum abiiſſet ad iudices, ut acciperet coronam.* Erant autem non ſolum Iudices Graeciae dicti, uiri integritatis, iuſtitiae et aequitatis, fama celeberrimi, qui iureiurando ad Iouis Horcii ſtatuam ſeſe obſtrinxerant, nec aliter, quam ſecundum leges ac iuſtitiae normam, muneribus non corrupti, iudicabant, id quod PAVSANIAS, *Eliacor. f. 135.* et DIO CHRYSOSTOMVS, *Rhodiac. f. 233. p. 2. edit. Aldinae*, docent; ſed etiam certaminum praefecti et moderatores, quos promiſcue athlothetas et agonothetas THEMISTIVS, *Orat. II. de Iouin. Imperatore*, nuncupat, principes et praecipui erant, ad carceres, unde curſores emitterentur, ſedentes, uti patet ex ARISTOTELE, *ſub initium L. II. Ethic. ad Nicom.*, ubi, ἐν γὰρ, inquit, Πλάτων ἠπόρει τοῦτο, καὶ ἐζήτει, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, ἢ ἐπὶ τὸ πέρας, ἢ ἀνάπαλιν. De reliquo ornatum eorum ex corona, purpurea ueſte, ſceptro, ſeu uirgula Mercurii, de qua Martialis: *Aurea cui torto uirga dracone nitet*, conſtitiſſe, LVCIANVS, *ſub init. Dialog. qui Anacharſis inſcribitur*, DIO modo laudatus CHRYSOSTOMVS in *Diog. ſiue Iſthmico, f. 95. p. 2. edit. Ald.* et DIOD. SICVL. *Bibliothec. Hiſt. L. XV. f. 497.* docent, atque propterea, quod τέλεια νικητήρια uictoribus dabant curſoribus, iidem etiam, ut habet Vlpianus, βραβευταὶ dicebantur. Qua quidem ratione coram iudicibus abſoluta curſorum, qui uicerant, nomina, non tantum a praeconibus ſupra deſcriptis, alta uoce, plenoque ore, pronuntiabantur; ſed omnibus quoque coram teſtibus, qui παναγύρεις, *omnium congregationes*, erant, magno numero congregatis ſpectatoribus, eorundemque acclamatione, per medium a ſummo ad imum ſtadium, triumphantium more, cum faſtu atque pompa progredientes, uictoriae praemium ipſi uictores auferebant.

§. 12. Praemia uictoriae diuerſa, diuerſis in agonibus,

apud Graecos priſcis temporibus proponebantur, eaque uel ex aheneis uaſis, uel ex argenteis phialis uinariis, uel ex ueſte mollicina hiberna, uel ex clypeis et chlamydibus, uel aliis ex rebus conſtabat. Cognoſci id partim poteſt ex PINDARI LYRICIS, ubi paſſim de uictorum agitur praemiis, in primis *ex Nemonic. Od. X. ἀντιστροφ. 3. Olymp. VII. ἀντιστρ. 5. IX. στροφ. 4. Iſthm. I. Epod. 1. στροφ. 2.* partim etiam ex Poetae MANTVANI, de ludis ab Aenea Anchiſae praeſtitis, et uictoriae praemiis, agentis, uerſibus:

Et palmae pretium uictoribus, armaque et oſtro
Perfuſae ueſtes, argenti aurique talenta.

In ſacris quoque agonibus non eadem agoniſtis quocunque tempore diſtributa fuiſſe praemiorum genera, affirmantibus id ſcriptoribus, non eſt, cur dubitemus. CLEMENS ALEXANDRINVS, *Paedag. L. II. c. 8. f. 49.* memoriae prodidit, primo athletis praemium fuiſſe conſtitutum δόσιν, ſeu donum, ſecundo loco plauſum, tertio foliorum coniectum, poſtremo coronam. Verba eius Graeca ita ſe habent: ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπιχαρμὸς, τρίτον ἡ Φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος, ἐπίδοσιν λαβόντες εἰς τροφὴν τῆς ἑλλαδος μετὰ τὰ Μηδικά. Vbi per δόσεως uocem ſaepe citatus MERCVRIALIS, *L. I. c. 14.* aut *congiarium*, cum HERODIANO, aut potius leue aliquod munuſculum, deſignat, quod poſterioribus cunctis uilius extiterit. Succeſſu uero temporis, in omnibus quatuor certaminibus ſacris, praemium uictori dabatur *corona*, et quidem Olympionicis ex oleaſtro, Pythionicis ex lauro, Nemeonicis ex apio, et denique Iſthmionicis ex pīnu, qua de re uideantur copioſe ſcribentes, PAVSANIAS in *Arcad.* PLINIVS, *H. N. XV. 4. XVI. 44.* CAEL. RHODIG. *A. L. V. 6. VII. 19.* aliique. Praemium hoc, Graecis βραβεῖον, reſpectu diſtribuentis, et ἆθλον, reſpectu recipientis, dictum eſt, quod, ex loco eminentiori appenſum, uictores, adiudicantibus Hellanodicis, ipſi manibus comprehendebant, id quod ex PLVTARCHI uerbis elici poteſt ſequentibus: καθελεῖν τὸν στέφανον κρεμάμενον, *auferre coronam pendentem ultra metam*, unde uictores ἀθλοφόροι, *praemium reportantes*, dicebantur. Id Graecis ſufficiebat, neque auri

auri argentique pondus, ne magis utilitate et lucro, quam uirtute et gloria, incitati atque allecti se uiderentur exercuisse, desiderarunt. Quapropter etiam Tigranes, apud Herodotum in Vrania, bello Persico, Olympiade XXV. cum, coronam oleaginam Olympicorum uictorum esse praemium, audiuisset; animo perculsus in haec uerba erupit: *Papae, Mardoni, in quos uiros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitant, sed uirtutis?* Interim gloria, quae uictores sequebatur, eo maior erat et glorioſior, quod, VITRVVIO teste, praefat. *L. IX. non modo stantes, cum palma et corona ferebant laudes, sed etiam reuertentes in suas ciuitates, cum uictoria, triumphantes, quadrigis in moenia et in patrias inuehebantur.* Immo, ne memoria apud posteros iniuria temporum deleretur, sed aeternitati τιμαὶ eorum ἀθάνατοι, ut Isthm. 6. *p. 38.* dicuntur, consecrati manerent, uictorum nomina, quorum indicem quendam ex scriptoribus PETR. FABER, *Agonist. L. III. c. 22.* exhibet, non tantum in gymnasiis conscripta fuerunt, sed icones eorum quoque, seu imagines, similitudine ex membris ipsorum expressa, collocabantur. Vid. PAVSAN. *L. VI. p. m. 183.* et PLINIVS; *H. N. XXXIV. 3.* Sicuti de Iconia, curioris et Stadionicae, de Ladae item statua aenea, quam Myron ad uiuum effinxerat; ut procurrere ad coronam ipsam suscipiendam uideretur, elegantissimum Philippi Epigramma Anthol. *L. IV.* legi meretur, quod uidere est apud PETR. FABRVM *Agonist. II. 20.* conferatur, de similibus in marmore expressis, eiusdem *L. I. c. 16.* Atque haec fere praecipua sunt, quae, in describendis Cursoribus gymnicis, ex antiquitate afferri potuerunt.

§. 13. Ex hac *Cursorum gymnicorum* delineatione haud difficulter iam colligi potest, qua ratione spiritu diuino irradiatus Apostolus τοὺς ἐν σταδίῳ τρέχοντας Corinthiis suis in decurrendo uitae Christianae stadio, exemplaris instar ante oculos posuerit. Nam, siue moderatam et plane singularem uiuendi rationem considerarent Corinthii, qua priscis temporibus athletae ab aliis distinguebantur, siue studium et industriam respicerent, quam, ne, implicati curis alienis, extra curriculum ua-

gando, aut tardius progrediendo, praemio ſeſe defraudarent, adhibebant, ſiue, magnam et incredibilem patientiam, qua in perferendis malis ſe ipſos athletae ſuperare uidebantur, contemplarentur; ſimilitudo certe alia non gratior erat efficaciorque, ad effrenatos homines commouendos, et in ruborem dandos, quam, quae a minoribus ſimul ad maiora progrediendi uiam fortiſſimo monſtrabat argumento: *ſi gymnici tanta faciunt, quanto illud magis athletas Chriſtianos curſores decet.* Ac profecto, totam hominis Chriſtiani uitam, ſi accurate rem penſitemus, a conuerſionis initio ad finem usque, *curſui gymnico ἀλληγορικῶς* aſſimilari, ex perpetua quadam agitatione huius, et nunquam intermiſſo illius motu bonorum operum, facile patet. Occurrunt quidem non nulla, quae haud plane omni ex parte iuſtam inter ſe conuenientiam, ſed manifeſtam e contrario diſparitatem, utroque in curſu demonſtrant; uerum, ea diſſimilitudo pro maxima felicitatis parte ab athletis Chriſtianis eō magis habenda eſt, quo nobiliora exinde in diuinis bona, fructusque largiores, prae illis, quae in caducis tantum rebus ex gymnicis multis unus capiebat, hi plures, et, ſi uellent, omnes, accipere poſſunt. Nullam enim nec aetatis, nec ſexus, nec formae ac generis, dignitatem, quae in Iſthmionicis cum ceteris requirebatur, *diuini* reſpiciunt agones; ſed omnes et ſinguli, nullo prorſus habito diſcrimine, per tubam Euangelii, ab Apoſtolis praeconibus, ſub certa, nec fallente, praemiorum ſpe, citantur aduocanturque. Non unus ſcopum primum attingens, ſolus uictoriae palmas reportat, ſed omnes, per ſtadium huius uitae ad metam usque legitime decurrentes, praemia multo perfectiſſima conſequuntur. Interea, non minus apud iſtos gymnicos, quam hos Chriſtianos athletas, tum ante inchoatum certaminis curriculum, tum ipſo in currendi actu, tum denique poſt finitum etiam curſum, ſimilia notatu digna uiciſſim occurrunt. Quemadmodum enim primum Graeci, olim certaturi, nomina ſua, et, quod cuique ipſorum ineundum erat, certaminis genus, palam apud eos profiteri ſolebant, qui praeſidendi iudicandique autoritate certamina moderabantur, atque, in athletarum tabulas relati, iurisque iurandi formula obſtricti, ad firmandas corporis partes, agonem

nem inchoaturi inungebantur; similiter quoque nomina dant sacri certaminis Iudici summo ac Praesidi unico, Christo, nomen ab ipso trahentes Christiani, cum primum ad sacrum initiationis fontem accedunt: ibidem, spiritui malo renuntiantes, fidem adiurant, unde quoque notissima sunt uerba, quibus Catechumeni, primos apud Christianos, notante SVICERO, *in Thes. Eccles. sub tit.* ἀποτάσσομαι, pie utebantur, ἀποτάσσομαι τῷ σατανᾷ, καὶ συντάσσομαι χριστῷ, atque ita, quasi certamen huius seculi certaturi, profitentur cursus sui certamina, ut AMBROSIVS, *de Sacramento L. I. c. 2.* paucis mutatis, loquitur, et, tanquam athletae Christi, contra diabolum certantes, agonistarum albo inseruntur, ibidem pariter interno Spiritus S. oleo inunguntur, ut, contra aduersarios firmiter corroborati, stare, et rem ἀνταγωνισάμενοι, spe non confusa, laeti obtinere possint. Quapropter etiam, in symbolum χρίσματος illius interni, ueteres olim pii, sacro fonte ablutos, oleo, quod exterius adhibere soliti erant, perungebant: quo uerba item CHRYSOSTOMI, *Homil. VI. in Ep. ad Coloss. c. II.* respiciunt: *inungitur baptisandus, more athletarum, qui stadium iam sunt aggressuri.* Et TERTVLLIANVS, *de Baptism. c. VII. exinde*, inquit, *egressi de lauacro, perunginmur benedicta unctione de pristina disciplina.*

§. 14. Recepti porro, quondam inter athletas gymnicos, perpetuo exercitationis studio futura ad certamina publica se praeparabant, et, *summo mane stadium ingrediendo, cursum instituebant*; pari modo athletae. Christiani muneris sui non immemores, haud segni quoque contentionis ardore ad sacra sese accingunt certamina, ipsique non minus, matutino iuuentutis tempore et primis statim annis, in stadio uitae, in stadio concrediti officii et totius Christianismi ac fidei ingressus facti, rectam currendi curam suscipiunt. Non enim male uita nostra, demandatumque munus, nostra item religio et fides, aperto cum stadio, quod *Cursoribus* olim *gymnicis*, magna pedum contentione, si uincere uellent, emetiendum erat, comparari possunt, quoniam per ea omne opus nostrum, siue probationem, siue uituperium, promereatur, quasi in propatulo simul demonstratur. Id quod etiam HAMMONDVS, *in Paraphrasi*

raphraſi uerborum 1. Tim. VI. 12. ἀγωνίζ τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ulterius his declarat. *Sit Chriſtiana Religio ueluti ſtadium, in quo curſu certes, atque in eo ita te geras, ut coronam obtineas, ad quam conſequendam es a DEO in hoc ſtadium uocatus: feſtina, ut recte ſuſcepto munere defungaris, conſtanterque ferto quamuis uexationem fidei Chriſti cauſſa, cum praeſertim multos habeas ſpectatores.* In hoc dicto uitae, officii et Chriſtianiſmi, ſtadio *gymnicorum* more, qui *iudicia ſpectatorum, omiſſis quae a tergo erant, nihil curabant, neque, labore non confecto, conſiſtebant, multo minus recedebant*, curſum Chriſtiani dirigunt. Eo enim hi magis animo intrepido iudicia filiorum ſeculi, quibus piorum ſtudia, labor et contentiones, diſplicent, reſpuere debent ac negligere, quod non illis, ſed DEO, placere quaerunt, *Gal. I 10.* Non retroſpiciunt ad caduca, memores uxoris Lothi *Luc. XVII. 32. Geneſ. XIX. 26.* effatique Seruatoris, οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. *Luc. XI. 62.* item Paulini ἓν δὲ, (τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος) κατὰ σκοπὸν, διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ *Phil. III. 13.* Et, quod, dicente BERNARDO, *bonus non eſt, qui melior eſſe non uult;* indies magis magisque ad metam peruenire contendunt. *Non enim*, ſcribit BALDVINVS, in noſtrum Pauli locum, *recte currunt, ſtationarii, h. e. qui quidem coeperunt recte credere et bene uiuere, ſed incrementa fidei et pietatis facere nolunt, nec facile admittunt inſtitutionem, exiſtimantes, ſe omnia iam ſatis perfecte tenere. Longe melius Apoſtolus Paullus, qui fatetur, ſe nondum eſſe perfectum, ſed tendere ad perfectionem, Phil. III. 12. ad quod ſtudium et alios adhortatur Eph. IV. 15. idem facit D. Petrus 1. Petr. II. 2. Multo minus recte currunt 2) Retrogradi, qui non tantum non proficiunt in pietate, ſed et indies deteriores fiunt, donec tandem omnem fidem et conſcientiam amittunt, uel per apoſtaſiam, uel per malitiam, exemplo ſunt Iudas, Saul, Demas, 2. Tim. II. 10.*

§. 15. Vlterius *gymnici curſores*, dum in certaminibus ſuis conſtantes facerent progreſſus, ante omnia *lineam albam ſeruando, metam inſectabantur.* Hos imitantur *Chriſtiani*, qui albam, eandem-

eandemque ſacram a priſcis dictam, lineam, ſcripturam nempe diuinam, tanquam normam et ueriſſimam lineam ac regulam ſacram, quae ad uictoriae metam tutiſſimam monſtrat uiam, ſtudioſiſſime obſeruant, non ignari, ſe per hanc, quam ferunt in manibus, facem, quam etiam *lucernam pedibus et lucem in ſemitis ſuis* Pſaltes, *Pſ. CXIX.* non immerito adpellat, per medias quoque mundi huius tenebras ad uictoriae metam quam optime eſſe peruenturos. Quemadmodum et Apoſtoli ſuper huiuscemodi λυχνοφορῆσιν et τῷ αὐτῷ στοιχῆσι κανόνι, καλῶς ποιεῖτε, ſimulque εἰρήνην ἐπ' ἔλεον exclamant, *2. Petr. I. 19. Gal. VI. 15.* Suas *gymnici* lineas, in ſtadio ductas, tranſire et extra eas uagari, quod ὑπερεκτείνεσθαι, *ſuperextendi* extra lineam ſuam, dicebantur, enixiſſimeque ſtudebant, ne, praeter ſolam praemii iacturam, aut in gladiorum cuſpides, aut in flumina, quibus ab utraque certantes parte, ut ignauiae praeſens eſſet periculum, cincti erant, inciderent; pariter *ſpirituales* obuiis fluminibus Belialis, et undiquaque ab eodem gladiis ad piorum interitum poſitis, deterrentur, ut non minorem adhibeant induſtriam, ne ſacram uerbi diuini lineam, in uitae Chriſtianae ſtadio ad ſimilitudinem regulae directam, transgrediantur, probe cognitum habentes, lineae huic inſiſtentibus tutiſſimam eſſe uiam. Tali itaque ratione currendo ad metam contendunt perſeueranter, uti ſcriptum eſt, *qui perſeuerauerit usque ad finem, ſaluus erit, Matth. X. 22.* οὐκ ἀδήλως, ita, ut ignorarent, qua eſſet decurrendum, et quo tendendum, ſed ex δηλώσει, ſeu certa cognitione, quod de felici metae, quam certam praefixamque habebant, apprehenſione certiſſimi eſſent, uti Paulus de ſe ipſe refert: κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *Phil. III. 14.*

§. 16. Ceterum, ut omnes hoc expeditius curſum conficiunt, quo minus ueſtimentis rebusue aliis impediti onuſtique uiam ingrediuntur; ita etiam *curſores gymnici* ex gymnaſiis de contentione, ſudore atque algore, iam edocti, ad accelerandum curſum *ueſtimenta et onus premens deponendo ſudores et moleſtias tolerabant.* Quibus omnibus non diſſimiles *athletae* ſunt *Chriſtiani*, qui, impedimentis uitae huius, quaſique ueſtimentis

animoſe reiectis, laeti et exultantes, cum Apoſtolo, *1. Cor. IV. 11.* de ſeſe affirmant: γυμνητεύομεν, *nudi ſumus.* Ad quam denudationem quoque diuinus loci noſtri iam dicti ſcriptor commate ſequenti reſpicit, quando, inter uirtutes athletarum gymnicorum, nunquam ſatis laudatam ἐγκράτειαν, quam per *continentiam*, *temperantiam* et *abſtinentiam*, interpretantur, ſimul etiam refert, his uſus uerbis, πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. Quod IO. ANTIOCHENVS *Hom. VI. Biblioth. Patrum T. I. p. 1035.* ita explicat: ἐγκράτειαν δὲ φάμεν οὐ τῶν βρωμάτων μόνον, ἀλλὰ τὴν περιεκτικὴν, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀποχὴν πάντων τῶν ἀπηγορευμένων, *Abſtinentiam uocamus, non tantum a cibis, ſed quae et alia complectatur, h. e. abſtinentiam ab omnibus uetitis.* Huc et uerba, denudationem athleticam magis declarantia, referri poſſunt, quae ad *Hebr. XII. 1.* extant: ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. Quibus in uerbis per ὄγκον non tantum infeliciſſimum peccati pondus ſignificatur, ſed amor etiam et cura terreſtrium rerum, aut quicquid de luxuria et faſtu, ſiue in uictu, ſiue cultu, aliisue in rebus, deprimit animum ac praegrauat. Ideo D. EPHREM EDESSENVS, *Serm. de Virginit. f. 188. p. 2.* ab athletis gymnicis ſimilitudinem ducens, ſic fere pios adhortatur: *Fac, ſis continens animo, uigil ſpiritu, abſtinens corpore, continens habitu, continens ſpiritu, abſtinens cibo, abſtinens riſu, cogitationum quoque continentiam ſeruans, ut per omnia ueluti perfectus athleta innoteſcas:* et, *c. II. continentiam habeto*, inquit, *in habitu, continentiam habeto in cibo, continentiam habeto in lingua, abſtinentiam in aſpectu, in cogitatu, in riſu, ut athleta pietatis perfectiſſimus in omnibus demonſtreris.* Atque adeo patientiam conſtantiamque probant ſuam athletae Chriſtiani, et, γεγυμνασμένοι, uelut exercitati in gymnaſiis calamitatum, moleſtias omnes ſpe fructus, quem exſpectant, tolerant animoſe et uincunt, *Hebr. XII. 1. et 11.*

§. 17. Interea gymnicis ſuo, non alieno, merito uincendum erat, et quidem ex legum, quas habebant, ſeueriſſima praeſcriptione, de qua, certantem, ait CHRYSOSTOMVS, ἂν μὴ πάντα ἁπλῶς διέλθοι τὰ τοῖς ἀθλήταις προσήκοντα, ἀδίκοτε στε-

φανῦ-

Φανῆναι, niſi omnia prorſus, quae ad athletas pertinent, obſeruauerit, nunquam coronari. Nec tantum, qui transgrederentur leges, νομίμως ἀθλῆσαι, negabantur, praemioque excidebant; ſed etiam nefario modo contra eas peccantibus, et aliis offendicula aut ſupplantationes ponentibus, coram iudicibus ratio reddenda, et poena, qua ſaepe a Rhabdophoris, ſeu Maſtigophoris coercebantur, uirgarum metuenda erat. Non minus quidem ſeuerae Chriſtianis decalogi leges propoſitae ſunt, et iudicium, et uirgae, quas ad puniendum ſummus ille ac ſeueriſſimus iudex habet, malitioſe transgreſſos manent, quamobrem Apoſtolus *2. Tim. II. 5.* digitum quaſi in leges, Chriſtianis athletis diuinitus praeſcriptas, intendit, inquiens: Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ· et ad *Rom. XIV. 13.* quam diligentiſſime dehortatur, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον, rationem commate X. adiiciens, prouocando, ad iudicem ſummum ſerio punientem: πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. Attamen, cum uires Chriſtianorum deficiant per proprium ſibi demereri meritum aeternitatis praemia, quoniam de ipſorum curſu, labore et operibus, legitur, *non eſſe uolentis, nec currentis, ſed miſerentis Dei, Rom IX. 16.* accedit perfectiſſimum Chriſti meritum, ui cuius, per fidem εὐδόκιμοι efficiuntur, non, qui uelocitate pedum plurimum ualent (quippe non ſemper uelocibus ſuccedit uelocitas, nec Atalanta quaedam uelociſſima ſemper metam attingit, quo prouerbium Hiſpanicum, quod Ioannes Pineda, Hiſpalenſis, *in Comment. in Eccleſ. c. 9. u. 1. p. 785.* habet, Claudos in D. Iacobi peregrinatione perinde, atque ſanos, currere, reſpicere uidetur) ſed, qui fidei metam in fine uitae aſſequuntur. De quibus nemo, neque ceſpitantes per lapſum, modo *genua ſurgant ſoluta, Hebr. XII. 12.* et, ut gymnici repetendo curſum licet non priores, attingant tamen rectis pedum greſſibus metam, excluditur, ſiquidem infirmiſſimus et minus uelox, per fidem, cum Paulo, *Phil. IV. 13.* de ſe gloriari poteſt, πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ, *omnia poſſum per Chriſtum, qui me corroborat.*

§. 18. Certamina olim ſua *gymnici* potiſſimum a *precibus* auſpicabantur, contentionis uehementiam uero per ſuſpiria et

gemitus indicabant, ac denique σάσει et *quiete* leuabant. Sic et ipsi Christiani agonistica sua inchoant precibus, quas non ad Mineruam, aut Dianam, quod isti faciebant, sed ad uerum, cui hi soli confidunt, DEVM, hoc feliciores fundunt, quo certiores esse possunt, eum rite supplicantes nullo tempore ope sua et auxilio frustrari. Quare, secundum ea, quae CICERO *L. I. Tuscul. Quaest.* habet: *nec unquam ne ingemiscit quidem uir ac sapiens, nisi forte, ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio Cursores exclamant, quam maxime possunt.* Etiam diuini, quanquam durissima saepe in uitae Christianae stadio occurrunt, tantummodo firmiores se reddentes, ingemiscunt sublatis ad coelum oculis, et exclamant, unde gratissimae σάσεως solatium resonat: εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, *Matth. XI. 29.*

§. 19. Multum prisci cursores ad certandi ardorem incitabantur, tot spectatorum, totidemque testium, aut fortitudinis, aut ignauiae, multitudine, praecurrentium exemplis, et antagonistarum palmam contrauertentium studiis, acclamationibus denique, athletharum item gloria et praemiis, post confectum feliciter curriculum, sequentibus uictores. Haud dissimiliter athletae quoque sacri in Cursu Christianismi fortiter ad metam, uitae finem, usque, perseuerando non uno modo incitantur. Ipse diuinus Apostolus noster, dicto capite IX. Corinthios, unaque cum iis omnes praeconii muneris sui rationem habens, non solum, ad τὸ ἀγωνίζεσθαι τὸν καλὸν ἀγῶνα quam fidelissime uocat: ὅτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε, siquidem etiam partim hic, partim multis alibi in locis, tum uirtutes athletarum accurate praescribit, tum etiam antagonistas, tanquam κοσμοκράτορας, currentibus in stadio pietatis nullis non rationibus ac modis uictoriam et palmam dubiam facientes, quorum contra machinationes et insidias arma proponit tutissima aptissimaque uiuis coloribus depingit, *Eph. VI. 11.* sed etiam suum ipse exemplum ad imitationem ipsis proponit, dum industriam et studium, quod in decurrendo uitae suae spatio adhibuit, ne praedicando alii ipse ἀδόκιμος efficiatur, ita explicat: ἐγὼ τοίνυν ὅτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως· ὑποπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, κ. τ. λ. Huc suo exemplo ad confirmationem imitationis et incita-

citationis, *1. Tim. VI. 12. Heb. XII. 1.* non tantum innumerabilem credentium turbam atque multitudinem, ueluti denſiſſimam nubem, ſpectatores et teſtes curſus fidei, adiicit; ſed et ipſius exemplo Chriſti, contra moleſtiarum, tribulationum et perſecutionum ſenſum animos fortiter obfirmat et obdurat. Nam ut ille ἀρηγὸς, qui praeit, et uiam in Chriſtianae uitae curriculo oſtendit, et τελειωτὴς uictores praemio afficit, *Heb. XII. 3.* ita etiam pro certaturis uerus ſimul athleta commilitoque fit, et uerus ἀγωνοθέτης, βραβευτὴς, παρασάτης atque ἐπισάτης, cum ipſis contra diabolum praelium init: qua de re TERTVLLIANVS, L. ad Martyr. *p. 467.* ſuper Apoſtoli καλῶς ἀγωνίζεσθε, pie opportuneque ad gymnica reſpiciens, his utitur uerbis: *Bonum agonem ſubituri eſtis, in quo agonothetes Deus uiuus eſt, Xyſtarches Spiritus S. Corona aeternitatis, brabeum angelica ſubſtantia, politia in coelis, gloria in ſecula ſeculorum. Itaque epiſtates ueſter Chriſtus Jeſus, qui uos ſpiritu unxit, et ad hoc ſtamma produxit, uoluit uos ante diem agonis ad duriorem tractationem a liberiore conditione ſeponere, ut uires corroborentur in uobis.*

§. 20. Praemium apud *gymnicos Victores* primarium, *corona*, ex arborum ramis confecta, erat, quam, antagoniſtis aduerſariisque praeſentibus, qui de ea controuerſiam facere poſſent, manibus auferre et abripere, athletae ius habebant, pariter *Chriſtiani Curſores*, per fidem in Chriſtum Indicem, qui eos perfectos pronuntiat, praemium ſibi eripi ab antagoniſtis, non patiuntur, ſed ὅτω τρέχωσιν, *ita currunt*, ἵνα καταλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς, *ut apprehendant aeternam uitam, 1. Tim. VI. 19.* qua de corona arripienda eleganter nos minus, quam argute, ut ſolet, PETRVS CHRYSOLOGVS, *de Infantium Iudaeorum nece, ſerm. CLIII.* ſic diſſerit: *Conſitentur tacentes, neſcientes pugnant, uincunt inſcii, moriuntur inſcii: ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes; ergo, ſicut uirginitas corruptionis neſcia contulit honorem matri, ſic infantia paſſionis ignara martyrii palmas rapuit et coronas.* Corona autem Chriſtianorum non eſt, φύλλινος, ut LVCIANVS eam uocat, ſed στέφανος ἄφθαρτος, ἀμίαντος et ἀμάραντος, *1. Pet. I. 4.* καρπὸς etiam εἰρηνικὸς, *Hebr. III. 11.* quae uerba alludere ad coronas ex olea, quae ſymbolum pacis

erat, uidentur. In loco uero noſtro βραβεῖον appellatur, quam rem Chryſoſt. ad h. l. ita deſcribit: *Quodnam brabeum eſt? non ramus palmae, ſed quid? regnum coelorum, requies ſempiterna, gloria cum Chriſto, hereditas, fraternitas, innumerabilia bona, quae uerbis exponi non poſſunt. Palmae illius pulchritudinem explicare nefas eſt, ſolus ille nouit, qui obtinet, et, quod acceptum eſt, non eſt aurum, non ex lapidibus conſtat, multo iſtis eſt pretioſius, aurum prae illo lutum eſt, lapides pretioſi prae illa pulchritudine lateres ſunt.* Haec eſt corona, quam curſores Chriſtiani, legitime ſtadium uitae decurrentes, accipiunt: gloria, quae gymnicos ſuper coronam ſequebatur, non cum gloria hac, quae uere nunquam finitura Chriſtianos expectat, comparanda eſt. Illa fluxa et caduca, haec coeleſtis atque aeterna: illi triumphantes in patrias ſuas interituras ex agonibus reuertebant; hi in patriam coeleſtem, ubi uerum Chriſtianorum πολίτευμα eſt, in ipſius conſpectu Dei, coelitumque omnium, cum palmis ubique uolitantium, triumphantes ingrediuntur. Illorum nomina in gymnaſiis aerumnoſae huius uitae deſcripta erant; horum gymnaſium ſempiternae gloriae nomina ipſius tabulis inſerit aeternitatis. Illi per imagines expreſſas poſteris commendabantur; hi uero uiuam uiui conditoris ſui imaginem perpetuo prae ſe ferent, nulla temporum ſeculorumue iniuria corrumpendam. Atque ſic ſatis emphaſin uocis ἀγωνίζεσθε intelliges.

CAPVT XIX. XXII. ET XXIII. IOH. III. VII. XII. ET XIX.

§. 1.

Ad u. 38. Cap. XXII. u. 66. XXIII. 1. ſqq. Ioh. III. 29. VII. 37. XII. 13. XIX. 1. ſqq. Nundinae Lipſienſes iam inſtantes, aliaequae complures cauſſae nos ad finem Tomi Primi inuitant, quare, breuitati daturi operam, ſecundo Antiquitatum Biblicarum Tomo, heic quae prae-

praetermittenda duximus, innectemus. Antequam tamen coronidem imponam operi, *de Processionibus* quaedam adiicienda putaui, maxime quod multis SCRIPTVRAE commatibus lucem adferunt. In *Processiones* praecipue *sacras* commentati sunt IOHANNES FAES *Libro de Cereis Baptismal. p. 250. sq.* CHRISTIANVS LVPVS, ALOYSIVS NOVARINVS, et, qui primo loco nominandus erat, IOHANNES CASPAR KREGELIVS in Dissert. A. C. M DCC XII. habita, cuius argumenta utique lectione perquam digna censui. Acturi itaque de Hebraeorum Processionibus, superuacaneum ferme putamus, prolixe, quid per Processiones intelligamus, exponere, quum res non adeo abstrusa sit et incognita, ut non cuiuis nomen tantum audienti statim patescat. Stylo quidem Ecclesiastico *Processiones* uel *praecessiones* notare solent *publicas supplicationes, ubi binos praecedendo bini longo ordine sequuntur, a loco ad locum progrediendo, ac magna uoce orando*, prout describit POL. VIRGILIVS *de Rer. Inuent. L. 6. c. 11.* Quem tamen strictum nimis significatum hic non attendimus, sed uocem *Processionis* in sua sumimus latitudine, et per eam notatum uolumus *quodcunque agmen hominum ad instar exercitus ordine bene disposito incedentium*, uel potius, *omnem pompam, actum, et processum publicum, qui singulari cum comitate, apparatuque solenni, siue deuotionis, siue laetitiae, siue honoris, siue alius cuiusuis caussa peragitur.* Sic namque uox haec Veteribus usurpari solita, qui, quoties Imperatores uel ad palatia suburbana secederent, uel etiam ad Sacra procederent, aut ubi Consules ad Circum, quod septies fiebat durante Magistratu, aut ubi ad Capitolium, ad nouum Consulatum, procedebant, procedere autem et Imperatores et Consules cum pompa ac magnifico comitatu amploque apparatu solebant, omne id *Processionem et Processum*, dicebant. Vide quae notarunt BALVZIVS et CVPERVS ad LACTANTIVM de M. P. c. 17. *Procedere enim proprie dicitur, qui pompa quadam in publicum incedit*, inquit IAC. GVTHERIVS de Offic. Dom. Aug. L. 2. c. 17. p. 446. conf. CAROL. du FRESNE in Gloss. Lat. u. Processio, et in Gloss. Gr. u. πρόοδος. Scriptoribus classicis in hoc negotio loco *Processionis* uox maxime solennis est *Pompa*, de cuius significatione uid. MARTINI in

Lex.

Lex. Philol. col. 2786. *Pompa eſt ſolennis apparatus in ſpeciem triumphi cum ludis et longo omnis generis hominum ordine, quam* proceſſionem *nominamus*, inquit HADR. IVNIVS in Nomenclat. p. 225. Hinc *pompa funebris, pompa lictorum, pompa triumphi, pompa deorum*, et ſexcenta alia ſaepiſſime occurrunt. Apud Rabbinos quoque uox πομπὴ pro huiusmodi ſolenni apparatu publico uſurpatur, qua de re plurima collegit loca BVXTORFFIVS in Lex. Talmud. col. 1851. conf. R. COHEN de LARA in שיר רויד p. 68.

§. 2. In V. T. ſolemnitas quaedam ſacra occurrit, quae non plane ſine Proceſſione uidetur peracta. Illam ſcilicet innuo, quam piiſſimus Rex Judae, Joſias, ad uerum Dei cultum, foeda ac horrenda plane Anteceſſorum ſuorum idololatria deprauatum, penitusque collapſum reſtaurandum inſtituebat. Miſſis enim per uniuerſam Judaeam nuntiis Seniores populi ad hanc ipſam Reformationem cultus conuocabat. Qui quum ſtato die conueniſſent, Rex et cum eo omnes uiri Juda et inhabitatores Jeruſalem, Sacerdotes et Prophetae, omnisque populus a maiori ad minimum usque aſcendunt in domum Dei, ibique, lege diuina publice praelecta, foedus cum Deo renouant, Templum purgant, aediculas, ſtatuas, imagines, omniaque uaſa idolis dicata confringunt, igneque comburunt, profanarum aedium Sacerdotes interficiunt, ſicque uerum ac purum Dei cultum reſtituunt, prout totus Reformationis huius proceſſus fuſe et cum cura *2. Reg. XXIII.* et *2. Paral. XXXIV.* exponitur. Non aperte quidem locum hunc Proceſſionem quandam inſinuare libenter fateor; totum tamen negotium, et adſcenſionem in Templum praeprimis curatius paulo ſecum perpendens, eam, ad minimum ex parte Regis et Procerum, non omni plane deſtitui fundamento, fatebitur. Tale quid etiam ante Joſiam a Rege Hiskia ſuſceptum uidemus *2. Paral. XXIX. 20.* Inter alia uero ſcandala per hanc Reformationem a Rege Joſia ſublata hoc quoque commemoratur, quod Judaei liberos ſuos in honorem Molochi traduxerint per ignem in ualle Filii Hinnom, uallisque haec eam ob cauſſam a Joſia ſit profanata, cultusque, ibidem qui uigebat, Molochius deſtructus.

Quare

illis, ſcil. idolis. Vel: *Et dediſti illos idolis, dum immolares.* Sed quid, ſi utrumque actum, immolationem ſcil. et ſimplicem per ignem traductionem, uerbis hisce deſignari, diceremus? Diſtinguuntur enim per Accentum maioris diſtinctionis Atnachum. Nempe exprobrat Deus in hoc capite Iſraelitis multifariam, quam exercuerint, idololatriam, et inter alia quoque nefandum eius attingit exceſſum, ſcilicet, filiorum filiarumque conſecrationem idolis factam, et quidem *partim* per ipſam immolationem, conf. u. 20. *partim* per traductionem; Quo ipſo DEVS impietatem Iſraelitarum magis exaggerat, quod non aliquos tantum liberos idolis obtulerint, ſed in uniuerſum omnes, quosdam ſcil. illis ſacrificando et igne comburendo, reliquos u. per ignem illis, uel in honorem eorum, traducendo, ſicque ſolenniter illis initiando et conſecrando. Sic enim Gentes, quarum exemplum Iudaei imitati, non ſolum totaliter filios ſuos comburebant, ſed ita etiam cuidam ſuorum idolorum initiabant, ut eos ab ignis flamma attingi ſaltem finerent, quia, ſicut corporum delicta aqua luſtrali putabant auferri, ita et animi ſordes exuri poſſe, ſi luſtrales admouerentur flammae, quia nihil tam mundat et purificat, quam ignis, arbitrabantur. conf. JO. LOMEIERVS *de Luſtrat. c. 19.* Poſito uero quod uerbum העביר apud Ezechielem immolandi ſignificationem habeat, uti etiam c. XXIII. 37. DEVS idem ſcelus taxans repetit: *Etiam filios ſuos, quos mihi pepererunt* העבירו להם לאכלה *traduxerunt illis in cibum;* tamen eam non eſſe perpetuam, ſed ſolum nonnunquam denotari tranſitum, monet locus *2. Reg. XVI. 3.* ubi de Achazo, Rege Judae, dicitur, quod filium ſuum *per ignem traduxerit.* Jam u. ſi העביר ſemper in hoc negotio haberet ſignificationem comburendi, uel immolandi, Achazus nullum habuiſſet filium ſucceſſorem, quum tamen *Cap. XVIII.* Hiskias, peſſimi patris piiſſimus filius, dicatur ſucceſſiſſe. Equidem adducitur locus parallelus, *2. Paral. XXVIII. 3.* ubi Achazus filios ſuos *igne combuſſiſſe* dicitur; Sed potuit plures habuiſſe filios, quibus triſtis illa moriendi ſors obtigit, et e quibus Hiskias manſit ſuperſtes, igne forte tantum luſtratus. Vel, quo Interpretes frequentes inclinant, ut ut unus Cananaeorum ritu Molocho fuerit immolatus, caeteri tamen ad unum omnes flam-

flammis piacularibus fuere purgati; Vnde additur, quod Rex ille impius hoc fecerit iuxta *ritus et abominationes Gentium;* Apud Gentes u. utrumque, luſtratio et combuſtio, fuit in uſu, uti paulo antea monuimus. Certe enim, ſi omnes filios igne Achazus combuſſiſſet, Hiskias non potuiſſet ſuccedere, cum reliquis quippe fratribus combuſtus. Conf. *2. Reg.* XXI. *6. coll. 2. Paral.* XXXIII. *6.* ubi eadem de Manaſſe habentur Hinc THEODORETVS in 2. Reg. Qv. 47. *Ego exiſtimo id, quod dicitur, tacite ſignificare genus erroris, quod ad nos usque peruenit; Vidi enim in aliquibus ciuitatibus ſemel in anno accendi rogos, et trans eos ſaltare aliquos, non ſolum pueros, ſed etiam uiros, infantes autem per flammam ferri a matribus: Videbatur autem quaedam eſſe expiatio et purgatio. Et hoc fuiſſe exiſtimo Achazi peccatum.* Vid. WALTHERVS *Harm. Bibl. p. m. 446.* Confirmant hoc R. SALOMO, qui ad Levit. XVIII. 21. להעביר explicat per עברת האש *tranſitum ignis*, et JVDAEI GERMANI, qui ita uertunt להעביר zu machen überfahren. Vnde eriam PISCATOR in Concordant. de hoc ritu dicit: die Juden zogen ihre Söhne und Töchter durchs Feuer, den Götzen zu Ehren. Multi quoque Interpp. ſolius tranſitus ſignificationem hac in re uerbo העביר adſtruunt ex loco allegato *Leu. XVIII. 21.* collato cum *Leu. XX. 2.* putantque illum de tranſitu per ſe, iſtum de immolatione intelligendum eſſe, ne unius praecepti ſuperuacanea inſtituatur repetitio. Quin imo ſi R. MAIMONIDI credimus, ne quidem liberi Molocho fuerunt combuſti, ſed tantum per ignem traducti. Sic enim is Lib. de Idolol. c. *6.* §. 5. tradit: *Accenſo igne magno partem ſui accipiebant ſeminis, quam dein Sacerdotibus igni ſeruientibus tradebant. At Sacerdotes ubi filium accepiſſent, eum patri reſtituebant, quo ipſe ex ſententia ſua eum per ignem traduceret. Igitur pater filium permiſſu Sacerdotum per ignem agebat; pedibus autem iubebat tranſire, donec, flammae quicquid erat, emenſus foret. Non enim Molocho eum comburebant, quomodo liberos ſuos aliis exurebant Diis: Sed cultus ille Molochi tantum in tranſitu conſiſtebat.* Eandem fouet opinionem Doctiſſ. G. I. VOSSIVS *de Orig. et Progr. Idol. L. 2. c. 5.* ubi ſcribit: *Haec traductio non erat crematio liberorum, ſed februatio h. e. purgatio, ſiue expiatio quaedam, qua per ſpatium inter duos ingentes ignes intermedium, uel a Camaris,*

ſiue ſacerdotibus, uel ad eorum praeſcriptum a parentibus ipſis, ducebantur, aut geſtabantur. Repetit uerba haec Cl. LOMEIERVS *de Luſtrat. c.* XIX. *p.* 246. Et certe uerbum העביר cum ב conſtructum, ſi tenaciter ei inhaerere uelimus, communiſſime de ſolo tranſitu uſurpatur, Quando u. gr. *Exod.* XII. 12. Deus dicit: ועברתי בארץ־מצרים *et tranſibo per terram Aegypti.* Sic *Num.* XXXI. 23. de ualis ex metallo confectis, purgationis ergo per ignem transmittendis, תעבירו באש, *tranſire facient per ignem.* Sic 2. *Sam.* XII. 31. Dauid uictos Ammonitas העביר במלבן *tranſire fecit per fornacem lateritiam*, ſiue diuiſit eos hinc inde in latomias, ut optime locum hunc explicauit Celeb. DANZIVS *in pecul. Diſſ.* ad h. l. Conf. *Ioſ.* III. 2. 4. 11. 2. *Sam.* XV. 23. XIX. 16. 17. 19. 40. etc. Verum liberos Molocho non tantum per ignem traductos, ſed ei ſacrificii cauſa igne quoque combuſtos ac immolatos eſſe, loca apud Ezechielem ſupra citata, et Jeremiam c. VII. 31. XIX. 5. 6. aliaque ſufficienter demonſtrant. Quare tutiſſimum erit ritum utrumque coniungere cum Hebraeorum Magiſtris, quos ad *Leu.* XVIII. 21. citat ABEN ESRA, qui tradit: *Verbum* העביר *comburendi notione exponi poſſe, quia hoc cultus genere Molochus afficiebatur: Inueniri tamen alios, qui de traducendis per ignem infantibus explicare malint, quorum alii per ignem traducti incolumes maneant, alii u. intermoriantur.* Ipſe etiam poſteriori adſtipulatur ſententiae, cuius uerba extant in peruulgato libro, cuius titulus eſt MICHLAL JOPHI *ad Leu.* XVIII. 21. Vid. C. S. SCHVRZFLEISCHIVS *Diſſ. de cultu ignis* §. 17. *ſqq.* conf. TH. GOODWINVS *Moſ. et Aar. L.* IV. *c.* 2. §. 11. nec non Vir Cl. PHIL. OLEARIVS Diſſ. de καθαρμῶν *Gentilium* §. 10. ubi meminit, nonnullos eſſe, qui credant, ambiguum Daemonis oraculum ſeculis antiquiſſimis fuiſſe editum, quo ſimplicem plebem לעביר בנו באש *ut filios ſuos per ignem, uel in ignem tranſire facerent*, deuinctam tenuerit. Hoc enim oraculum flexuoſum et ad fraudem populo faciendam compoſitum eſſe, quia העביר ſenſu *conſumendi et tranſeundi* ſumatur, et באש *in ignem*, uel *per ignem* denotare poſſit: *Oraculum autem*, bene addit Vir ille doctus, *uerbis tam perplexis et ambiguis efferebatur, ut liberorum immolationem innueret potius, quam aperte praeciperet, et populus ad oraculi iuſſa, ſenſu rigidiori capta, adimplenda pedetentim deduceretur.*

§. 3.

§. 4. Dum ita in exponenda traductione Infantum per ignem in honorem Molochi facta occupamur, alius ſuccurrit ritus in cultu Molochico non ignobilis, neque a nobis ſilentio praetereundus, ſcil. *baiulatio, ſiue circum geſtatio tabernaculi Molochi* ab Iſraelitis in deſerto peregrinantibus exercita. Aperit nobis morem hunc idololatricum *Amos c. V. 26.* ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם:

Et portaſtis tabernaculum Molochi ueſtri et Ciun imaginum ueſtrarum, ſtellam DEI ueſtri, quem feciſtis uobis. Quae uerba licet paululum immutata, LXX. interpr. quippe uſus uerſione, repetit B. Stephanus Protomartyr. *Act.* VII. *43.* Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. Omiſſa iam diuerſarum, quae circa loca haec et eorum conciliationem habentur, ſententiarum prolixa recenſione, ritum ipſum, quo in thenſa, ſiue tabernaculo portatili cum pompa circumlatus eſt Molochus, breuiter conſideramus. Namque tale quid Iſraelitas omnino factitaſſe, et uerba textus ſuadent et mores Gentium, quos hic rurſus imitati ſunt, neutiquam nos dubitare ſinunt. Apud Gentes quippe Deorum imagines in lecticis, aut thenſis magna cum pompa publice circumferebantur, qua de re alibi differendi redibit occaſio. Et ſic etiam in tali thenſa, aut tentorio Molochi effigies circumferebatur. Vnde GOODWINVS Moſ. et Aar. L. IV. c. 2. §. 18. *Baiulatio tabernaculi illius notat cultum, quem detulere idolo iſti, portando illud huc et illuc in tabernaculis et aulaeis, ſolenni proceſſionis ritu. Haec ſolennitas Romanis uocatur* Pompa, *et tentorium, ſiue theca, qua portabatur idolum,* Thenſa, *iuxta id.* Thenſa Deorum uehiculum. Equidem, obſeruante Cornel. a Lapide Comment. ad Amos l. c. Lyranus, Vatablus, et a Caſtro, uerba Amoſi prophetice accipiunt, quaſi futura: *portaſtis*, inquiunt, id eſt, *portabitis.* q. d. Transferam uos trans Damaſcum in Aſſyriam, ibique Aſſyrii cogent uos captiuos humeris portare Moloch, aliaque idola ueſtra per ludibrium, quod illi Dii uani ſint, qui uos a clade Aſſyriorum tutari non potuerint. Aut *portaſtis*, id eſt, portabitis et luetis ſupplicium excidii et captiuitatis, propter tabernaculum et idolum Moloch, quod

crexi-

erexiſtis. *Verum*, inquit non male CORNEL. A LAPIDE, *hic ſenſus durus eſt; tam Hebraea, quam LXX. Chaldaeus, et alii omnes uertunt*, portaſtis, *in praeterito. Tò enim portaſtis pertinet ad 40. annos in deſerto, qui praeceſſerunt. q. d. Quadraginta annis in deſerto ſacrificaſtis non mihi, ſed Moloch et idolis; ita explicat S. Stephan. Act. VII. etc.* Deinde paucis interiectis ipſum ritum ſic tradit: *Iudaei more Gentilium ſolenni pompa in tabernabulo ſecum circumferebant Moloch, Deum ſuum, religionis et protectionis ergo, quaſi uiae ſuae comitem et ducem; ſicut per deſertum portarunt arcam et propitiatorium, in quo quaſi throno reſidebat Deus. Sic gentes per uiam ſecum duxiſſe tutelares Deos, docet Seruius in illud Aen. 6.* Errantesque Deos etc. *Sic Rahel furata idola patris ſui, ea ſecum duxit in Chanaan, Gen. XXXI. 34. Jacob uero de Deo ait:* Socius fuit itineris mei, *Gen. XXXV. 3.* Huc usque CORN. A LAPIDE. Conf. LEIDECKERVS, *de Republ. Hebraeor. L. IV. c. 14. f. 239.*

§. 5. Etenim multi, inter quos etiam B. LVTHERVS noſter, nomen סכות accipiunt ceu proprium alicuius idoli, uertuntque, *portaſtis Siccuth Regem ueſtrum*, appellationis ratione a *protectione, tegumento, ſeu munimento*, deducta; quaſi fuerit peculiaris quidam Deus tutelaris, ein beſondrer Schutz-Gott. uid. Gloſſa marginalis B. LVTHERI. Sed eiusmodi idolum nomine hoc uocatum extitiſſe, cultumque unquam ab Iſraelitis eſſe, difficulter forte monſtrari poterit. Verior ſine dubio eorum eſt interpretatio, qui τὸ סכות ſumunt *appellatiue*, pro caſula et tabernaculo, a rad. סכך, *obtexit, operuit*, et contra *proprie* nomen alterum מלכם, de Idolo Ammonitarum Molocho (qui alias dicitur מֹלֶךְ *1. Reg. XI. 5.* et מַלְכָּם. *Sophon. I. 5.* et מלך *Leuit. XVIII. 21. XX. 2. 4. 1. Reg. XI. 7. 2. Reg. XXIII. 11.* a quo eſt Graecum Μολόχ) cui Iſraelitae in deſerto litarunt; ut Lucas etiam in allegato Actorum loco reddidit: τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. Vnde J. H. VRSINVS exponens *Succoth Benoth 2. Reg. XVII. 30.* hanc σκηνὴν τοῦ Μολὸχ confidenter refert ad eas aediculas, ſeu tabernacula, quibus tecta et circumdata erant Idola. vid. *Anāl. Sacr. P. II. Qu. 27.* Simili ratione SELDENVS de *Diis Syris Synt. I. c. 6.* per hanc σκηνὴν *Lecticam* intelligit, in qua portarint Numinis,

Bibliography of Bibliographies, Bibliography of Bibliographies, Bibliography of Bibliographies,

ſit in ῥεμφάν. Vt ita כוכב exponat uocem praecedentem כיון, quod Lucas quoque, ſiue LXX. Interpretes potius, transponendo uoces et efferendo, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, innuere uidentur. Quicquid uero horum ſit, Iſraelitas certe Molochi et reliquorum idolorum imagines, et quidem eo maxime, ut opinor, tempore, quo a Moabitis ſeducti ſacris eorum intereſſent, et idolis ſe incuruarent, Num. XXV. ſolenniter circumtuliſſe, dubio fere caret. Ad quam idolorum circumgeſtationem, niſi omnia me fallunt, digitum quoque intendere uidetur *Eſaias Cap. XLVI. 7.* ubi de Deo fictitio : ישאהו על־כתף יסבלהו ויניחהו תחתיו ויעמד׃ *Leuent eum in humerum, portant eum, at quieſcere ſ. conſiſtere faciunt illum in loco ſuo, et ſtetit.* Ad quem locum Procopius : Φασὶν ὡς ἐν ταῖς τῶν δαιμονίων πομπαῖς ἐκκομίζοντες ἱερεῖς τὰ ἀγάλματα φέροντες ἐπ' ὤμων τὰς πλατείας ἀχθοφορῦντες διήρχοντο. *Facere hoc*, dicit, *ſicut in pompis Daemonum ſacerdotes deferunt imagines geſtantes in humeris, et per plateas baiulantes incedant.* Similis locus eſt *Baruch. VI. 3. 25.* Et certe imagines Deorum ferebantur apud Gentiles ab hominibus, et quidem in humeris, ut alibi, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσομεν, demonſtrabitur. Sufficit h. l. ritum iſtum tantummodo indicaſſe, ex quo circumgeſtationi Molochi ab Amoſo et B. Stephano memoratæ lux aliqua oritur. Quid? quod magis adhuc baiulatio haec Molochi confirmatur, ſi, quod SCHVRZFLEISCHIVS, G. J. VOSSIVS, SELDENVS, GOODWINVS, aliique Viri Celeberrimi propugnant, Sol in eo fuit cultus. Nam talis proceſſio ſolennis apud Romanos in honorem Solis fiebat; Cui ſolennitati ut pompam ac dignitatem adderent Romani et Iſraelitae ſpecioſae magnitudinis equos et currus huc illuc ducebant, qua de re inſignis locus eſt *2. Reg. XXIII. 11.* ubi de Ioſia, Rege, cultum hunc idololatricum reformante dicitur, quod remouerit *equos*, quos dicauerant Reges Judae Soli, et *currus Solis* igne combuſſerit. Quam quidem idololatriam *Solem* adorandi didicerant a Perſis, qui *Mithram* uocabant Solem, eique equos conſecrabant, prout clara res eſt ex CVRTIO *Libr. 3.* ubi *Equus Solis eximiae magnitudinis* memoratur. Conf. L. IV. 13. itemque Juſtino l. 10. 15. qui ita hac de re: *Solem Perſae unum Deum eſſe credunt, et equos*

eidem DEO sacratos ferunt. Conf. BERNEGGERVS ad h. l. Verum satis iam de cultu Molochi per Circumgestationem. Pluribus de loco Amosi agunt CORNEL. A LAPIDE ad h. l. DRVSIVS *Qu. Hebr. l. 66.* GLASSIVS *Philol. Sacr. L. IV. Tr. III. Obseru. XVII. col. 1372. sqq.* MICH. WALTHERVS *Harm. Bibl. p. 1007.* A. PFEIFFERI *Dub. Vex. Cent. IV. Loc. 80. p. 928. sqq.* TH. GOODWINVS *Mos. et Aar. L. IV. cap. 2, §. 16. seqq.* JO. LIGHTFOOT. *Hor. Hebr. et Talm. in Act. c. VII.* SOSTMANNVS *de LXX. hebd.* DANIELIS *Praef. p. 21. 22.* aliique.

§. 7. Jam ad Processionem in Festo Tabernaculorum apud Judaeos usitatam, nos conferimus, breuissimis eam expendentes. Institutum ab ipso DEO erat hoc festum in memoriam commorationis Israelitarum in deserto sub tentoriis, modusque celebrandi illud describitur *Leu. XXIII. 33. sqq.* Inprimis uero ad nostrum negotium pertinent uerba *u. 40.* ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפת תמרים וענף עץ־עבת וערבי־נחל ושמחתם לפני יהוה אלהיכם שבעת ימים: *Et sumetis uobis in die primo fructum arboris pulcherrimae, spathulas palmarum, et ramos ligni densarum frondium, et salices torrentis, et laetabimini coram Domino DEO uestro septem diebus.* Circa haec uerba acerrima lis est inter Karaitas et reliquos Judaeos, quam prolixe ut discutiamus, instituti nostri ratio et pagellarum angustiae non permittunt. *Illi* enim tentoria ex his recensitis speciebus conficienda esse propugnant, sententiamque suam ex *Nehem. VIII. 15.* seqq. conantur stabilire: *Hi* contra defendunt, et mea quidem opinione recte, fasciculum saltem ex istis speciebus esse colligendum, et manibus gestandum, quem fasciculum uocant לולב, *Lulaf*; Et sic locum hunc a Judaeis sub primo templo uiuentibus esse intellectum, festumque ita celebratum uno ore asserunt. Intelliguntitaque per fructum arboris pulcherrimae, *malum citri*, quod אתרוג, *Etrug*, uocant; Hoc in manum sinistram sumebant, fasciculum autem ramorum ex spathis palmarum, salicum et myrti confectum in dextram, et sic quouis die semel altare circumibant, septimo uero die septies; Vnde dies iste dicebatur ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ἑορτῆς, *Jo. VII. 37.* Extra Hierosolymam uero

uero uno tantum die לולב geſtabant. Hanc Judaeorum, tum ueterum, tum recentiorum, conſuetudinen MAIMONIDES ita exponit: *Altare ſingulis diebus cum Lulaf in manibus una uice circuire ſoliti ſunt et dicere: Quaeſo Domine ſalua, fac ut proſpere ſuccedat, obſecro. At die ſeptima altare ſepties quoque circuibant. Nunc uero Iſraeli receptum, ut arcam in media Synagoga ſiſtat, eamque ſingulis diebus eo circumeat modo, quo olim altare εἰς μνημόσυνον Templi.* Meminit quoque cerimoniae huius JOSEPHVS *Antiqu. Jud.* III. *10.* ubi totum Feſti Tabernaculorum proceſſum deſcribens ſubiicit: Φέροντας ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιόνην μυρσίνης καὶ ἰτέας σὺν κράδῃ Φοινικᾶ πεποιημένῃ, τῷ μήλῳ τῷ τῆς περσέας πρόσοντα, *geſtantes in manibus ramum myrti et ſalicis cum ramo palmae facto, addito praeterea malo Perſeas.* Quam ſolennitatem PLVTARCHVS uidetur innuiſſe, quando *L. IV. Sympoſ. Qu. 5.* ſcribit: Ἔστι δὲ καὶ κραδηφορία τις ἑορτὴ καὶ θυρσοφορία παρ' αὐτοῖς ἐν ᾗ θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασιν. *Eſt etiam* Judaeis *ſolenne feſtum cradephorias et thyrſophorias, ubi thyrſos, ſeu baculos frondibus cinctos habentes in templum intrant.* Illum uero faſciculum, quem ferebant, uocabant quoque *Hoſanna*, ſine dubio exinde, quia tenentes eum inclamant Deum הושיעה נא, *ſalua quaeſo.* Atque huic cerimoniae ἀνάλογα quodammodo eſt memorabilis illa Saluatoris noſtri Hieroſolymam ingredientis exceptio, laetitiaeque a uulgo conceptae publica declaratio, de qua *Matth.* XXI. *8. 9.* Ὁ δὲ πλεῖος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ· οἱ δὲ ὄχλοι προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβιδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, conf. *Marc. XI. 8. Luc. XIX. 36. ſeq.* et inprimis *Joh.* XII. *12. 13.* ubi inſignis illa Proceſſio his uerbis effertur: Τῇ ἐπαύριον ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἀκούσαντες, ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν Φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἔκραζον· Ὡσαννὰ εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

Ἰσραήλ. Vide non de hac tantum, ſed et altera breuiter huc usque delineata Proceſſione in Feſto Tabernaculorum egregie et erudite differentem D. GRODDECKVM *in Diſſ.* חלכות לולב, ſeu *Cerimonia Palmarum apud Judaeos in Feſto Tabernaculorum ſolenni*; Nec non B. J. H. VRSINVM *in Arbor. Bibl. c. 2. §. 24. ſeqq. et c. 44.* qui itidem fuſe docteque huc facientia enarrat. Conf. HADR. RELANDVS *Antiqu. S. Vet. Hebr. P.* IV. *c. 6. §. 8.* TH. GOODWINVS *Moſ. et Aar. L.* III. *c. 6. §. 3. ſeqq.* et Cl. HOTTINGERVS *in ſubiectis Notis.*

§. 8. In eo iam eramus, ut Sectionem hanc primam de Proceſſionibus Hebraeorum ſacris concluderemus; Sed remoratur nos paulisper alia adhuc Proceſſio in Feſto Tabernaculorum adhibita, ſcilicet, quando aquam petebant e fonte Siloah, quod magna cum ſolennitate nec minori laetitia fiebat. Vocabatur illa Cerimonia ניסוך המים, *Libatio aquae*; Cum enim aqua eſſet allata, cum uino in altare effundebatur, canente toto populo illud Eſ. XII. 3. *Haurietis aquas in laetitia ex fontibus ſalutis.* Breuiter ritum hunc laudatus GRODDEGK l. c. nobis ita delineat. *Poſt iuge ſacrificium matutinum ſacerdos quidam cum aureo cantharo, ſiue amphora, ibat ad piſcinam Siloah, quae iuxta R. Salomonem et Obadiam de Bartenora in not. ad Miſchn. mox citandum, erat* מעין סמוך לירושלם, *fons prope Jeruſalem ſitus, et forte idem eſt, cuius aquae commendantur ab Eſaia c. 8. 6. ibique aquam hauriebat, quam deinceps per portam aquae in atrium reuerſus, maximo cum iubilo exceptus, ſuper altare, cui membra uictimae erant impoſita, effundebat, uti ſummatim hic ritus deſcribitur in Miſchna Tr. Succa. c. 4. f. 48. a. atque tunc totus populus occupatus erat circa cultum religionis* ניסוך המים, *cumque appropinquaret is, qui amphoram portabat, eum populus cum magna laetitia excipiebat, ſimulque cum eo altare, ſuper quo tunc aqua effundenda erat, circuibat.* Hactenus GRODDECKVS. Vnde apparet, Proceſſionem aliquam fuiſſe, quia populus Sacerdotem comitatus eſt cum magno iubilo. Inordinatam autem hanc fuiſſe turbam, non ſit ueroſimile, quum alias apud Judaeos omnia εὐχημόνως καὶ κατὰ τάξιν, in exterioribus praecipue fuerint habita. Atque ex hoc ritu iam, quem ex L. EMPEREVR in

Mid-

Non plebeius, aut qui uoluerit, celebritatem hanc peragit, ſed non niſi ſapientiſſimi in Iſraele, Rectores Academiarum, Judices, excelleuter pii, Seniores, et qui geſtis famam acquiſiuerunt: Memorati ſaltabant etc. Verum omnis populus, tam foeminae, quam Viri, omnes ſpectatum et auditum ueniunt. Finem uel huius ritus eum potiſſimum fuiſſe tradunt Rabbaniſtae, ut elicerentur a diuina gratia pluuiae in ſequentem annum, quum iam ſementis tempus inſtaret. Vid. ſaepe laudatus GOODWINVS *Moſe et Aar. L. III. c. 6. §. 12.* et ibi CL. HOTTINGERVS. it. RELANDVS *Antiqu. S. Vet. Hebr. P. IV. c. 6. §. 6.* et LEIDEKKERVS *de Republ. Hebr. L. IX. c. 7. f. 563.*

§. 9. Atque hae fere ſunt potiſſimae Proceſſiones ſacrae, quas apud Hebraeos ductu potiſſimum S. Scripturae et Antiquitatis Judaicae hac quidem uice obſeruare licuit. His omnibus iungatur adhuc mos apud eosdem receptus *procedendi cum Choris*, atque ſic diuina celebrandi beneficia, de quo in ſacris literis non ſemel fit mentio. Scilicet in uſu apud Hebraeos erat, ut poſt ſingulare aliquod acceptum beneficium diuinum non mares tantum, ſed et foeminae, uirgines inprimis atque puellae, ad declarandum gaudium ſuum integris exirent choris cum tympanis, uariisque inſtrumentis muſicis, laudesque diuinas pſallerent ac decantarent. Eximius locus hac de re occurrit *Pſ. LXVIII. 26.* ubi Dauid uictorias Chriſti per uerbum Euangelii partas ſtylo et phraſi V. T. deſcribens Chorum nobis eleganter depingit: קדמו שרים אחר נגנים בתוך עלמות תופפות: Quae uerba mea quidem opinione ſic reddi poſſunt: *Praeeunt cantores, poſtremo loco* (eunt) *pulſatores, in medio uirgines tympanizantes.* HIERONYMVS ita reddit: *Praeceſſerunt cantores eos, qui poſt tergum pſallebant in medio iuuenicularum tympaniſtriarum.* Quem ſequuntur quoque caeteri, qui Hebraeum textum prae oculis habent, praeter CAIETANVM, qui hoc modo uertit: *Praeuenerunt principes, poſt ſonatores*, aitque deſcribi triumphos Iudicum et Saulis in uictoriis, quas retulerunt, illosque praeiuiſſe ante exercitum, ſed praecedentibus ſonatoribus, hinc et hinc iuuenculis tympaniſtriis conſiſtentibus in uiis. CHALDAEVS: *Praeuenerunt et dixerunt Canticum poſt Moſen*

et Aaron, qui modulabantur ante eos. Septuaginta: Προέφθασαν ἄρχοντες ἐχόμενα ψαλλόντων, uel ut emendatiora Biblia habent, ἐχόμενοι. Vox Hebraea שרים significat *Principes*, si ש habeat punctum in sinistro cornu, *cantores*, si in dextro. Vtraque hoc loco significatio potest concurrere, ut sint principes cantores siue praecentores. Graece autem ἔχεσθαί τινος *est adhaerere atque coniungi alicui, proximum esse, proxime sequi.* Sic Apostolus *Hebr. VI. 9.* appellauit ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, *uiciniora saluti.* Si igitur sumamus ἐχόμενα, sumendum erit ἐπιῤῥηματικῶς, aduerbialiter, *Praeuenerunt principes, postea psallentes;* Si ἐχόμενοι, erit nomen significans, quod proximi erant, uel coniuncti psallentibus, siue hi priori starent loco, siue illi. Vtrique enim praecedebant reliquam multitudinem. Verba sunt LORINI *Comment. ad h. l.* Vtcunque uero uerba illa explices, alludi certe ad morem cum choris procedendi manifeste deprehendes. Quo etiam pertinet u. 12. de choris euangelizantium N. T. cuius sensum hunc esse VRSINVS *Anal. S. Vol. II. L. 1. c. 4.* dicit: *Egregias obtinebit populus Dei uictorias, ut Euangelizantes per magnas turmas conuenturae, chorosque pro more agitantes Epinicia publice decantaturae sint: Deus ipse et uerba suppeditabit, et canendi materiam ac occasionem. Summa erit: Reges exercituum magna animorum consensione se inuicem diligere, aeternoque foedere coniunctos esse Iamque Reginam, quae sit decor quasi et amoenitas domus Regiae, spolia partiri, ac inter eos, qui rem strenue gesserint diuidere etc.* Conf. GLASSIVS Phil. S. L. 3. Tr. 1. col. 610. 611. qui planius rem explicat, quando ita commentatur: *Aut* de praeterito, *aut* de futuro *Iehouae beneficio uerba haec loquuntur. Si* de praeterito *(uti ex praecedentibus apparet uerbis u. 8. sq. foemininum genus de foeminis Deo tripudiantibus propriissime usurpatur. Moris enim erat, in populo Dei ἐπινίκια a choris foeminarum et puellarum cani, ac Deo gratias agi, Exod. 15. 20. Iud. 15. 11. c. 11. 34. 1. Sam. 18. 6. 7. et in ipso hoc Psalmo 68. 26. Sensus igitur est:* Dominus dabat sermonem; earum, quae annunciabant, exercitus *erat* magnus, *dicentium* uers. 13. Reges exercituum fugiunt, et quae commoratur domi, partitur spolia, *hoc est, ipsae mulieres imbelles partiuntur spolia: ut Iud. V. 21. Debora canit:* Proculcato, anima mea, robur, *hostium scil. auxilio Dei prostratorum. Si* de futuro, *sic-*

que

que de praedicatoribus Euang. in N. T. uerba intelligantur, tum non ad praeſtantiam foeminini generis: ſed adpoſitam iam foeminarum in V. T. conſuetudinem Pſaltes ibidem reſpicit. Solent enim Prophetae de rebus et cultu N. T. phraſibus ſui temporis uti, ſeu talibus, quae ex V. T. conditione, cultu, et ritu, deſumuntur, ut ſuo loco declaratum eſt. Sic DEVS ipſe ad morem hunc uidetur reſpicere, quando inter alia beneficia Iudaeis ex captiuitate Babylonica reducendis conferenda hoc quoque allegat *Ier. XXXI. 4. Amplius aedificabo te, et aedificaberis, uirgo Iſrael, amplius laeta tympanizabis* ויצאת במחול משחקים *et egredieris in Choro ludentium.* conf. uerſ. *13.* et *c. XXX. 19.* Omnium optime u. rem illuſtrabunt exempla eorum, qui ita cum choro proceſſere. Sic *Exod. XV. 20.* de Miriam memoratur, quod ſumſerit tympanum in manum ſuam, et eam ſecutae ſint omnes mulieres בתפים ובמחולות *cum tympanis et choris*, Deumque ſic cantico euchariſtico, Moſaico ἀμοιβαίῳ, ob deletum in mari rubro Pharaonis exercitum laudauerint ac celebrarint. Simile quid factitaſſe Debora uidetur in ſuo cantico cum Barak. *Judic. V. 1.* Clarior res eſt cum Jephtha, cui uictis Ammonitis domum redeunti unica obuiam fit filia, quae patrem exceptura uictorem בתפים ובמחולות *cum tympanis et choris* laeta proceſſerat. *Judic. XI. 34.* Silunte feſtum annuum celebrabatur Domino, in quo uirgines eius loci exibant לחול במחלות, *ad ſaltandum cum choris*, unde ſibi Beniamitae a caede inter ipſos facta reliqui מן־המחללות *ex choris iſtis* ſumebant uxores. *Jud. XXI. 19.* Sic quum Saul e praelio cum Allophylis habito reuerteretur, mulieres uaria inſtrumenta muſica gerentes, ex omnibus urbibus in occurſum ei ueniunt לשור והמחלות, *ad cantandum et ad choros 1. Sam. XVIII. 6.* Et quum primum in Regem a Samuele eſſet unctus, ueniretque אל־גבעת האלהים, *ad collem Dei*, ut uulgo uertitur, occurrit ei חבל נבאים ירדים מהבמה ולפניהם נבל ותף וחליל וכנור והמה מתנבאים: *Coetus, ſeu Chorus Prophetarum deſcendentium ab excelſo, et ante ipſos nablium, tympanum, et fiſtula, et cithara, et ipſi erant prophetantes*, ſiue, *diuina beneficia aeternamque maieſtatem et gloriam ad fidium, tibiarum, tympanorumque, quae uel ab ipſis uel ab aliis Muſices peritis, ſcienter pulſabantur, concentum decantabant*, ut παραφράζει Cl. JO. CHR. WICHMANNSHAVSEN

SEN *Diſſ. de Saule in* גבעת האלהים *uaticinante ad 1. Sam. X. §. 10. §. 8. conf. 1. Sam. XIX. 20.* Verum ſatis de his. Poſtquam itaque hactenus Proceſſiones, quae ad cultum diuinum ſpectant, et ad honorem ſiue Deo uero, ſiue falſo et fictitio habitum, quocunque modo referri poſſunt, uidimus, easque *ſacras* appellauimus; reliquum eſt, ut diuiſionis ſuperius factae memores etiam *profanas* breuiter perluſtremus. Profanas appellare eas placuit, non, quod omnis ibi exulet pietas reuerentiaque Numinis, ſed potius, quod non proprie et immediate ad cultum diuinum referantur, uerum in communi tantum et politica uita, ciuilique hominum conuerſatione, occaſione ita ferente, adhiberi conſueuerint.

§. 10. Atque tales Proceſſiones Ciuiles et profanas apud Hebraeos quoque offendimus, quas ſi melioris ordinis et tractationis ergo diuidere uelis in *laetas* et *triſtes*, per me id quidem licebit. Laetas quod attinet, primum inter eas locum meretur occupare memorabilis Iſraelitarum ex Aegypto egreſſus, *Exod. XII. XIII. et XIV.* deſcriptus, qui quidem non ſine inſigni apparatu laetitiaque haud uulgari fiebat, ut *ex Pſ. CV. 42.* et *CXIV.* uidere eſt.

§. 11. Rebus laetitiam cientibus merito accenſetur Victoria de hoſtibus reportata, Triumphusque poſt eam inſtitui ſolitus. Hic qua pompa, quoue apparatu olim, apud Romanos inprimis, fuerit peractus, res in uulgus eſt nota, neque hic prolixe tradenda. Inſtituti potius noſtri memores talem triumphandi ritum, antiquiſſimo more, apud Hebraeos quoque fuiſſe receptum obſeruamus. Sane ueſtigia eius rei deprehendimus *1. Sam. XXX. 20.* ubi Dauid ereptam Amalekitis praedam omnem ſolenni quaſi pompa ante ſe agens triumphantium more inceſſit, populo, titulum uelut ferculo praefigeret, clamante: זה שלל דוד *Haec praeda Dauidis!* Illuſtrius uero huius rei exemplum praebet Rex Joſaphat, de quo *2. Paral. XX.* legitur, quod poſt inſignem de Ammonitis, Moabitis et Edomaeis reportatam uictoriam, diuiſaque hoſtium ſpolia, et laudes Deo בעמק ברכה *in ualle benedictionis, ſeu laudis* dictas cum uniuerſo populo laetabundus Hieroſolymam ingreſſus ſit. Sic enim uerſ. 27. 28. triumphalis ille ingreſſus deſcribitur: וישבו כל־איש־יהודה וירושלם ויהושפט בראשם לשוב אל־ירושלם בשמחה

בשמחה כי־שמחם יהוה מאויביהם: ויבאו ירושלם בנבלים ובכנרות ובחצצרות אל־בית יהוה: *Et reuerſi ſunt omnes uiri Juda et Jeruſalem, et Joſaphat ante eos, ad reuertendum Hieroſolymam cum laetitia, quoniam exhilerauerat eos Deus ob inimicos eorum: Et uenerunt Hieroſolymam cum nabliis, et cum citharis, et cum tubis ad domum Domini.* Et certe uel ſolus *Pſalmus LXVIII.* qui non incommode *Pſalmus Triumphalis* meretur dici, morem triumphandi euidenter ſatis inſinuat, indicans quippe et adſcenſum in montem Sion, et currum triumphalem, et captiuorum et ſpoliorum traductionem, et miſſilia in uulgus ſparſa, aut dona militibus et amicis diſtributa; quae omnia in Triumphis obſeruata nouimus. Inprimis notabilis eſt uerſ. 19. quem Apoſtolus diſerte ad Chriſtum eiusque triumphalem in coelum adſcenſum accommodat, quando *Eph. IV. 8.* ait: Διὸ λέγει. Ἀναβὰς εἰς ὕψος ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Innuitur uero his ipſis, quod Chriſtus multam in Triumpho duxerit captiuorum turbam, quo ſenſu alias uox שבי *Eſ. XLIX. 24. 25. Jer. XXIX. 14.* uſurpatur. Per hos captiuos *alii* intelligunt hoſtes ſpirituales, qui nos antea detinebant captiuos, uti exponit Chryſoſtomus: *Tyrannum accepit captiuum, Diabolum et Mortem, Maledictionem et Peccatum;* ὁρᾷς σκῦλα καὶ λάφυρα, *uidesne hic praedam et ſpolia?* Homil. XI. h. l. *Alii* uero intelligi uolunt fideles, quos prius illa Tyrannis tenebat captiuos, *non actu, ſed reatu*, in infernali carcere. Vtraque quidem ſententia ex triumphandi more eſt petita, prior tamen et uerior et textui concinnior uidetur, prout ipſe Apoſtolus alibi ſeſe explicat, quando *Col. II. 15.* hunc ipſum Chriſti triumphum elegantiſſimis plane uerbis deſcribens ait: Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

§. 12. Superſunt ex Proceſſionibus, quas laetas cenſemus, Proceſſiones in Nuptiis adhiberi ſolitae, quando omnium fere gentium conſuetudine ſponſa publico ac ſolenni comitatu in mariti domum deducebatur, aut alias quoque uel ſponſus ſponſae, uel uice uerſa ſponſa ſponſo ſolenni proceſſione ibat obuiam. Apud Hebraeos quoque ritum hunc obtinuiſſe, uel ſolus *Pſalmus XLV. eximium Meſſiae ſponſi Epithalamium*, ſatis aperte loquitur. Sic enim u. 15. de ſponſa in ſplendido ornatu ad

Re-

Regem adducenda: לרקמות תובל למלך בתולות אחריה רעותיה מובאות לך: *In ueſtibus acupictis adducetur Regi, uirgines poſt eam proximae eius adducentur tibi. Pompoſa hic innuitur ſponſae ſplendidiſſimae adductio ad ſuum ſponſum*, inquit B. GEIERVS ad h. l. p. 913. Quid u. ſint בתולות אחריה רעותיה Interpp. non conueniunt. Vatablus reddit: *Pediſſequae, quae dicuntur eſſe poſt eam*, id eſt, eam ſequentes. Hieronymus: *ancillae eius adducentur illuc.* Paraphraſtes exponit non de Virginum comitatu, ſed de oblationibus, quas offerant plurimi in ueſtibus acupictis coram Rege orbis. Tuccius רעותיה exponit *paſtrices eius*: contendens intelligi de Virginibus paſtricibus comitantibus ſponſam, quae ſint ouium eius magiſtrae, ac propterea amicae, ſodales, cognatae etc. Campenſis easdem putat Virgines et proximas, nimirum Virgines, quae cognatae eſſent reginae ſponſae. *Deſcribuntur ergo hoc epitheto*, inquit B. GEIERVS l. c. *illae, quae ſponſam comitantur uirgines, quod non incognitae illi ſint, ſed longiori quaſi conuerſatione in eius tranſierint familiaritatem.* Conf. *Judic. XI. 27. 38.* Quod animales Judaei hic de concubinarum gregibus comminiſcuntur, lubentes praetermittimus. Optime, ni fallor, B. LVTHERVS noſter uertit: Man führet ſie (die Braut) in geſtückten Kleidern zum Könige, und ihre Geſpielen, die Jungfrauen, die ihr nachgehen, führet man zu dir. Nempe uti ſponſo erant מרעים, *ſodales. Judic. XIV. 11.* οἱ υἱοὶ τῆ νυμφῶνος, ut *Matth. IX. 15.* Φίλοι τῆ νυμφίε ut *Joh. III. 29.* uocantur, qui ei addebantur; ita ſponſae quoque adiungebantur בתולות רעות, *amicae, proximae*, παρθένοι *Matth. XXV.* Nos die Braut-Führer, Braut-Diener, Braut-Jungfern, uocare ſolemus. Atque hi comites et ſodales e ſponſi et ſponſae proximis atque agnatis ut plurimum, uel certe ex amicis intimioribus, eligebantur, officiumque eorum erat, circa neonymphos eſſe, eos comitari ad publicam εὐλογίαν domumque nuptialem et maritalem deducere. Hinc GROTIVS ad *Matth. XXV.* (qui locus uenuſte quoque hanc nuptialem proceſſionem delineat) de δέκα παρθένοις quae cum lampadibus exierunt εἰς ἀπάντησιν τῆ νυμφίε, ait: *Haec ſunt* בתולות רעות *in Pſ. 45, 14.* pergitque: *Notandum eſt, inter laudatos mores, quos a Patribus Judaei acceperunt, etiam hunc fuiſſe, ut matrimonium non priuatim, ſed in piorum conuentu celebrarent*, μετ' εὐλογίας, *cuius formulae extant in ipſorum ritua-*

ritualibus, quod, ut multa alia Judaeorum inſtituta, imitati ſunt Chriſtiani ueteres. Deinde adductis quibusdam ex IGNATIO, TERTVLLIANO, et EVARISTO, teſtimoniis, ritum ipſum neonymphos deducendi apud Hebraeos tradit, quando pergit: *Ante hanc εὐλογίαν deducebatur ſponſus a uiris grandaeuis, ſponſa a matronis. Redeuntibus ἀπὸ τῆς εὐλογίας obuiam procedebant iuuenes et puellae,* οἱ υἱοὶ καὶ αἱ θυγατέρες τῶν νυμφῶν. Quanquam hoc loco Saluatorem non tam ad illam proceſſionem, qua πρὸς εὐλογίαν neonymphi deducebantur, quam potius ad alteram, qua cum lampadibus, uel taedis nuptialibus ſub ueſperam ſponſis tradebantur ſponſae, pueris puellisque eas comitantibus, digitum intendiſſe exiſtimem. Vid. LORINVS *Comment. ad Pſ. XLV.* Fiebat uero haec ſponſae deductio, (die Heimhohlung, oder Heimführung der Braut, ut nos uocamus) non ſine ſumma laetitia, quin nec absque omni plane muſica, ut Hieropſaltes l. c. non obſcure innuit, quando pergit: תובלנה בשמחת וגיל חבאינה בהיכל מלך: *Ducentur in laetitia et exultatione, ducentur in palatium Regis.* Exemplum huius rei extat in hiſtoria Maccabaeorum L. 1. c. 9. uerſ. 39. ubi *ſponſus exiuit et amici eius et fratres eius in occurſum ſponſae et comitum eius cum magna pompa, cum tympanis et Muſicis et armis multis.* Sic hodieque ſponſus apud Judaeos a uiris et iuuenibus, ſponſa a matronis et puellis cum inſtrumentis muſicis ad locum benedictionis deducitur. Ritus eorum nuptiales haereditate a maioribus ſuis acceptos ſtudioſe collegit et expoſuit Celeb. BVXTORFFIVS *in Synag. Jud. c. 39.* ex quo ad noſtrum negotium facientia breuiter excerpemus. Sponſam, inquit, pridie nuptiarum aqua frigida lauari, totamque in aquam immergi oportet. A mulieribus cum tinnitu et ſtrepitu ad balneum ducitur, et rurſus educitur, ut ſinguli audiant et cognoſcant, illam ſponſam eſſe: a quibusdam coram illa ſaltatur et tripudiatur; uerum id a piis mulieribus improbatur. -- Vbi dies ille aduenerit, quo ſolenni benedictione matrimonium confirmandum eſt, ſponſus ueſtes ſuas Sabbathinas, ſponſa ueſtes nuptiales induit, et, more Judaico, quam poteſt, magnificentiſſime ornatur: a mulieribus quoque et uirginibus in peculiare cubiculum non uelato capite, paſſis capillis deducitur, feſtiuae cantilenae nuptiales coram illa canuntur, illam in pulchro ſedili collocant, crinem illi pectunt,

ctunt, capillosque in elegantes cirros et cincinnos distribuunt, magnificam uittam imponunt, uelum oculis obtendunt. etc.-- Quum solenni benedictione coniungendi sunt, quatuor pueri conopaeum quatuor perticis alligatum illuc deferunt, ubi matrimonii confirmatio celebrari debet, in plateam scil. uel horrum sub dio: Sponsus cum aliquot uiris sequitur, deinde sponsa cum mulieribus, cum testudinibus, aliisque musicis instrumentis, et sub illud conopaeum חפה, *chuppa*, id est, Tegmen illis dictum) se conferunt, singulis acclamantibus ברוך חבא, *benedictus qui uenit;* sponsa uel ter sponso circumducitur (ut gallus gallinaceus gallinam circuit) iuxta id quod dicitur: *Foemina circumdabit uirum.* Tum sponsus sponsam acceptam semel quoque circumducit, populus autem in illos frumentum coniicit, et omnes conclamant פרו ורבו, *Fructificate et multiplicamini.* -- Proximo post nuptias Sabbatho sponsus in scholam mane se confert, comitantibus eum hospitibus nuptialibus idem facit et sponsa, quam foeminae quaedam comitantur. Cum lectio legis peragitur, sponsus ad legendum euocatur, qui eleemosynas se daturum promittit. Lectione ac oratione finita, illos domum iterum deducunt, et sibi inuicem ualedicunt. Vid. C. CALVOER *in Rit. Eccl. P. I. L. 1. Sect. 1. c. 19. p. 45. sq.* Quod in specie ritum deducendi sponsam in domum sponsi attinet, pluribus illum exponit ALPH. SALMERON *T. I. Proleg. XI. Quinquag. 3. Can. 47. f. 221. et T. VII. Tract. 38. f. 251.*

§. 13. Omnium uero tristissimae illae haud dubie sunt Processiones, quas mors, eaque uel naturalis et honesta, uel non naturalis et uiolenta, iubet suscipere. De utroque genere pauca afferemus, incipiemus tamen a posteriori. Namque capitali supplicio afficiendi si qui essent, adeoque morte uiolenta propter antegressa scelera occumbere necesse haberent, solenni apud Hebraeos quoque processione ad supplicii locum deducebantur. Vestigia huius rei animaduertimus iam in Thamare, nuru Judae, quae propter fornicationem, ut combureretur, educitur, *Gen. XXXVIII. 25.* Sic illius Israelitidis et uiri Aegyptii filius, inter rixas cum uiro quodam Israelitico habitas sanctissimum Dei nomen blasphemans, solenniter iussu Dei extra castra deducitur, ibique lapidatur, *Leuit. XXIV. 14.* Simili ratione Israelitae quendam ligna Sab-

batho colligentem iubente Deo extra caſtra ducunt, ac lapidibus obruunt, *Num. XV. 36.* Huc quoque, ni fallor, pertinet, quod, inuento mortuo, cuius interfector non conſtabat, Seniores ac iudices illius urbis, in cuius confinio mortuus ille inueniebatur, uitulam iuuencŭlam ad uallem aſperam deducere, ibique certis peractis cerimoniis eam occidere, tenerentur, quo ita delictum hoc expiaretur; eſſetque quaſi uitula loco occiſoris, eadem morte, ſi conſtaret, afficiendi, *Deut. XXI. 1. ſq.* Sic Achan de opibus urbis Jericho anathemate percuſſis aliquid ſurripiens, huiusque ſacrilegii conuictus, cum uniuerſa familia in uallem Achor deducitur, ibi cum omnibus ſuis liberis lapidibus obruitur, eorumque cadauera cum rebus ſuis igni traduntur, ac cineres ingenti lapidum ſtrue obteguntur, *Joſ.* VII. *24.* conf. ISINGIVS *Exercit. in Pentat. et Joſ. Diſp. 17. Qu. 26.* Sic innocentiſſimus Naboth dolo peſſimae Jeſabelis ad mortem falſis ſubornatis teſtibus condemnatus extra urbem Samariam ducitur et lapidatur, *1. Reg.* XXI. *13.* Eodem modo Stephanum Protomartyrem itidem per μάρτυρας ψευδεῖς morti adiudicatum impii Judaei ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλων, *Act.* VI. *13.* VII. *59.* Et pene omiſeramus illuſtre Saluatoris noſtri exemplum, qui etiam more recepto ad locum crucifixionis ſuae כשה לטבח יובל: *ſicut agnus ad occiſionem ſolenniter deductus eſt.* Quam deductionem, uti reliquas etiam paſſionis eius circumſtantias, omnes Euangeliſtae, *Matth.* XXVII. *31. Marc.* XV. *20. Luc.* XXIII. *26. Joh.* XIX. *16.* diligenter annotarunt. Audiamus inprimis Lucam, qui ita hac de re: καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν (nempe εἰς τὸ σταυρῶσαι, ut Matthaeus, uel, ἐξάγουσιν αὐτὸν ἵνα σταυρώσωσιν αὐτὸν, ut Marcus effert) ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου τοῦ ἐρχομένου ἀπ' ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν, φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ. Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ, καὶ γυναικῶν, αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτόν - - Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι. Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον, τὸν καλούμενον Κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, etc. Locus itaque ſupplicii, ad quem capite plectendi proceſſione huiuscemodi ſolenni deducebantur, erat extra urbem, ut allata hactenus exempla ſufficienter demonſtrant, conf. *Deut.* XVII. *5.* Alludit eo Apoſtolus, quando, crucifixionem Chriſti inprimis prae oculis habens, ſuosque Hebraeos, ut cultum Judaicum cerimonia-

monialem et umbraticum iam abiiciant, neque ὀνειδισμὸν a Judaeis legum patriarum zelotis expectandum curent, admonens ait: Διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης (uel ut alia habet lectio, ἔξω τῆς πόλεως) ἔπαθε. Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες. οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, etc. *Hebr.* XIII. *12. 13.* Confer uerba haec elegantiſſime plane explicantem Magnif. Dn. D. GOTTFR. OLEARIVM *noſtrum*, Praeceptorem ac Patronum cum cura mihi ſuſpiciendum, *in Anal. Logic. Epiſt. ad Hebr. §. 17.* Ducebantur damnati ad illum locum a duobus executoribus, quos Rabbini uocant חזני הכנסת, *Spectatores congregationis*; quod nomen paraphraſis eſſe uidetur illius, quem *Marcus c.* VI. *27.* nominat σπεκουλάτωρα. Praecedebat uere reum ad ſupplicium trahendum הקורא, ſeu חכרוז, *praeco publicus*, clamans: *Hic uadit ad ſupplicium, quo ſubit hanc mortem, quia commiſit hoc flagitium, hoc loco, et N. N. ſunt huius rei teſtes: propterea ſi quis quid ſcit, quod huic prodeſſe poſſit, ueniat et in medium proferat.* Vid. TH. GOODWINVS *Moſ. et Aar. L. V. c. 6. §. 6. et 7.* Immediate Reum mea quidem opinione ſequebantur, uel Judices, uel Teſtes, qui manus ſuas ante executionem capiti eius imponebant, et primum, ſi quidem lapidandus eſſet, lapidem in eum coniiciebant. uid. *Leuit.* XXIV. *14. Deut.* XIII. *9.* XVII. *7. Joh.* IIX. *7. Act.* VII. *59, 60.* Hos Judices et Teſtes deinde totus excipiebat populus, uel etiam cohors aliqua ſiue militum, ſiue ſeruorum publicorum. Obiter uero adhuc, antequam diſcedamus hinc, obſeruamus, eos quoque, qui Judicibus, ad propoſitas quaeſtiones reſponſuri, uel examinandi, eſſent iſtendi, in locum iudicii quodam cum comitatu eſſe deductos. Patet ſane hoc ex Hiſtoria crucifixionis Chriſti, qui primum a Judaeis Pilato tanquam reus offertur, et deinde modo ab hoc ad Herodem, modo ab Herode ad Pilatum, eius cognoſcendae cauſae ergo deducitur, *Luc.* XXIII. Clarius uero id eluceſcit ex exemplo Apoſtolorum, qui e Templo ad Synedrium eorum cauſſa congregatum tali cum comitatu deducebantur. Namque ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἤγαγεν αὐτοὺς ἄνευ βίας. ΕΦοβοῦντο γὰρ τὸν λαὸν, ἵνα μὴ λιθάσωσιν, ἀγάγοντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ ἀρχιερεύς etc. *Act. V. 26. 27.* Neſcio an huc quoque referen-

ferendum ſit exemplum Eliae, qui itidem a tali στρατηγῷ et quinquaginta militibus ad Achaziam Regem Iſraelitarum deducebatur, *2. Reg. I. 9. ſeq.*

§. 14. Reſtat, ut de altero Proceſſionis genere, quod mors naturalis et honeſta poſcere ſolet, ut ſcil. defunctus publica pompa ad μνημεῖον ſuum efferatur, paucis agamus. Talem νεκροφορίαν (noſtris Leich-Begängniß, Leich-Proceſſion) apud omnes fere moratiores populos, atque ſic etiam apud Hebraeos, animaduertimus. Antiquiſſima, quam legimus, proceſſio deductioque funebris procul dubio eſt ea, quae Jacobo Patriarchae eſt praeſtita; niſi forte talis proceſſio etiam in ſepultura Abrahae. *Gen.* XXV. *8. 9.* Itemque Iſaaci, *Gen.* XXXV. *29.* Quin et Iſmaelis. *Gen.* XXV. *18.* fuerit adhibita. Res tamen clariſſima eſt in ſepultura Jacobi, qui inſigni certe cum comitatu ex Aegypto in terram Canaan ad ſepulchretum hereditarium deductus eſt. Comitantur quippe funus hoc Patriarchale, duce filio Joſepho, omnes ſerui Regis Pharaonis, Seniores Domus eius, Seniores totius Aegypti, tota Joſephi familia, Fratres Joſephi, itemque Jacobi demortui familia, adhaec currus et equites bene multi, ut totus hic comitatus המחנה כבד מאד *exercitus ualde magnus*, fuiſſe dicatur. *Gen. L. 7. 8.* Sic, Simſone in terra Philiſtaeorum mortuo, deſcendunt Fratres eius totaque patris eius familia, eumque in terram Judae ad ſepulchrum patris Manohae deducunt. *Judic.* XVI. *31.* conf. *2. Reg.* IX. *28.* ubi funus Achaziae, Regis Judae a Megiddo Hieroſolymam ad regium ſepulchrum deducitur; itemque *2. Reg.* XXIII. *30.* ubi ſimili ratione funus Joſiae a Megiddo Hieroſolymam ad ſepulchrum deducitur. Tali comitatu funus Abneri, ipſo Dauide Rege poſt feretrum eunte, deducitur. *2. Sam.* III. *31. ſqq.* Talem deductionem funebrem uidemus in iuuene Nainitico, qui ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ· καὶ αὐτὴ χήρα· καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ. *Luc.* VII. *12.* Amplum itaque funera Hebraeorum habuiſſe comitatum, ex hactenus dictis patet; Quo etiam pertinet ὄχλος θορυβούμενος in aedibus Jairis, funus filiae eius ſine dubio proſecuturus. *Matth.* IX. *23.* Qui tamen comitatus pro conditione mortui aeſtimandus eſt, ut MAIMONIDES indicat quando. *Quisquis*, inquit, *effertur in lecto* מצויבין רבים עליו *multi iuxta illum inhoneſtant ſua praeſentia:*

illos medius incedebat, reliquus autem populus omnis pone sequebatur. Quinquaginta ministri ad latus feretri gestabant totidem aurea thuribula; lignum odoriferum adolentes maxima copia et myrrham purissimam continue iniicientes. Ferebant eum magnates Israel suis humeris, tarde ac grauiter incedentes cum honore, usque dum eo peruenissent. Quod uix adeo solenniter contingit ulli Regum. Et sane pretiosissima haec est pompa funebris, omnibus iis, quas hactenus recensuimus, Jacobaeam forte si excipias, superior, Vid. SCHICKARDVS in משפט המלך *c. VI. Theor. 19. p. 415. sqq.* Ridicule uero Rabbini hic nugantur, baiulos sandalia non debere pedibus inducere, cuius rei caussam ipsimet ita tradunt: *Efferunt defunctum humeris* (nec uehunt lectica) *usque ad sepulchretum, sed latores prohibentur calceari sandaliis* (quamuis R. Isaac Corbeilensis in compendio praeceptorum *permittat, ab ostio domus, ad necessitates demortui*) *ne forte rumpatur corrigia cuiusdam, et illud processionem impediat.* Vid. SCHICKARDVS l. c. p. 417. Caeterum an in tali processione funebri tibicines adhibuerint ueteres Hebraei, non adeo liquet. המקוננות *lamentatrices foeminas* certe habuerunt, *Jer. IX. 17.* quae ad hoc pretio conductae erant, ut ululatu suo lugentibus lachrymas elicerent, ut apud Romanos Praeficae. Habuere tamen posterioribus temporibus suos αὐλητὰς *Matth. IX. 23.* quos sine dubio uero a gentibus, sub quarum potestatem uenerant, mutuarunt; *Mutos Hebraeos*, inquit GEIERVS l. c. *incessisse post uel ante feretrum, cum alias affectuum essent adeo impatientes haud uero simile; putarim potius, auditum loco cantus murmur quoddam, aut eiulatum inconditum; ferme sicut 1. Reg. XIII. 30. de sepultura Prophetae interfecti legitur, positum esse cadauer in sepulchrum, et planxisse demortuum praesentes* הוי אחי *uae; uel heu frater mi! De planctu isto Maimonides:* המספד *planctus demortuo est honorificus: quapropter adigumtur* (*moribundi*) *haeredes, ut mercedem soluant* והמקוננים המקוננות, *lamentatoribus et lamentatricibus, plangantque ipsum. Ac si praeceperis, ne ipsum plangant, planctum quoque intermittunt.* In Talmude tamen legitur: *Etiam pauperem inter Israelitas non adhibere pauciores, quam duas tibias, unamque foeminam lamentatricem,* in funere scil. uxoris suae in captiuitate mortuae. Vid. C. CALVOER. l. c. c. 24. conf. et SCHICKARDVS l. c. p. 418. Habes itaque L. B. Processiones Hebraeorum praecipuas tum Sa-

Sacras tum Profanas, seu Ciuiles, quas quidem e sacris praecipue literis et Antiquitate Judaica eruere potuimus. Praestitimus non quod debuimus, sed quod potuimus.

